Colby College

From the SelectedWorks of David M. Freidenreich

1956

Bernard of Pavia, Summa Decretalium, ed. Ernst Adolph Theodor Laspeyres

Bernard of Pavia

Available at: http://works.bepress.com/david_freidenreich/13/

SELECTEDWORKS™

BERNARDI PAPIENSIS

FAVENTINI EPISCOPI

SUMMA DECRETALIUM.

AD

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM FIDEM

CUM ALIIS

EIUSDEM SCRIPTORIS

ANECDOTIS

EDIDIT

ERN. AD. THEOD. LASPEYRES

IURIS UTRIUSQUE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR, IN SUPREMO LIBERARUM GERMANIAE CIVITATUM APPELLATIONUM TRIBUNALI LUBECENSI ASSESSOR, IN ACADEMIIS BEROLINENSI ET HALENSI ATQUE ERLANGENSI QUONDAM ANTECESSOR.

1956

AKADEMISCHE DRUCK- U. VERLAGSANSTALT

G R A Z

936
A756

32851G

Unveränderter Abdruck der 1860 im Verlag Josef Manz in Regensburg erschienenen Ausgabe.

Photomechanischer Nachdruck
der Akademischen Druck- u. Verlagsanstalt Graz

32851G
JUL 1960

UNIVERSITATIS

FRIDERICO-GUILELMAE BEROLINENSIS

ALMAE STUDIORUM MATRIS

ANNUM DECIMI LUSTRI IUBILAEUM

CELEBRATURAE

SENATUI ACADEMICO

ATQUE

OMNIUM ORDINUM

OMNIBUS QUI NUNC SUNT FUERUNTVE

PROFESSORIBUS ET DOCTORIBUS

ATQUE INTER EOS

INPRIMIS

TRIUMVIRIS

ILLUSTRISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS

EX FUNDATIONIS TEMPORE

PER DIVINAM GRATIAM SUPERSTITIBUS

AUGUSTO BOECKHIO

HUIUS ANNI IUBILAEI

RECTORI UNIVERSITATIS MAGNIFICO

CAROLO FRIDERICO DE SAVINIO

ET

FRIDERICO AUGUSTO BIENERO

DOMINIS SUIS AC MAGISTRIS

AD CINERES USQUE

PIO GRATISSIMOQUE ANIMO COLENDIS

HUNC LIBELLUM

GRATULABUNDUS ATQUE VENERABUNDUS

OFFERT

EDITOR.

Instant, Rector magnifice Virique summe venerabiles, consultissimi, experientissimi, amplissimi, academiae Vestrae natalicia semisecularia. Litteris quantum attulerit incrementi per decem lustra fundatio Regis pii sibique adversis secundisque in rebus constantissimi, cujus et nomen Vestra universitas haud inani gerit superbia et natalem diem quotannis sollemni gratiarum actione celebrat, quantum animi et fiduciae temporibus illis perniciosissimis summeque deplorandis, quibus Borussia haud quidem nominis sui vel ingenii interitum ingemebat, at libertatem famamque amissas, optimus quisque ceperit ex nova litterarum sede tamquam fortissima atque inexpugnabili omnium virtutum arce, id profecto nec is sum, qui digne possit praedicare, sciuntque omnes, et gratulabunda hisce diebus tota Vobis aliisque testificabitur Germania. Me vero hac laetissima et festissima opportunitate oblata profiteri iubet animus, quidquid sim valuerimque, id Vobis me maxime debere, illustrissimisque, qui Vos antecesserint, Vestrae academiae professoribus et doctoribus. Numquam mihi evanuit grata memoria, nunquam obliviscar eorum dierum, quibus ante hos triginta et quod excurrit annos discenti mihi docentique Vester vocari ius erat atque fas. Complures Vestrum illo ex tempore supersunt, quos collegarum nomine mihi quondam licuit appellare, multi, quorum et tunc gaudebam et in hunc usque diem oblector amicitia, at paucissimi,

quos olim magistros habuisse mihi contingit esse tam felici.

Hos inter ceterorumque omnium ac totius academiae nomine Te primum saluto, Vir magnifice. Nam quis est, qui summum locum Tibi sit hisce festis diebus denegaturus, Teque nolit nuncupare eorum sollemnium choragum, ad quae celebranda iam se accingunt omnes patriae academiae. Vitae enim et litteris, quod in Te idem est, per tanti temporis spatium Te incolumem servatum vident gaudentque collegae, amici, discipuli, et cuicumque aut curae aut cordi sint litterae atque artes. Sed et cathedram, quam illis, non festis quidem, at faustissimis novae fundatae academiae diebus, non Tua, sed omnium Tui fiducia, vixdum vir occupasti, eandem noluisti umquam deserere et in hunc usque tenes diem, senex aetate, animo iuvenis. Superesse Te, laborum atque curarum socium, virtutum studiorumque exemplum, illorum dierum testem, praesentium sacrorum ducem et decus, inter festivitatis laetitiam summo iure et Vos reputabitis summum gaudium, Professores atque Doctores honoratissimi, neque ullus erit, qui non consentiat, inter omnes, qui Vestrae faventes academiae aut litteris undique concurrent in Vestrorum festorum communionem aut congratulationem. Cuius quanti viri, quem mihi quoque praeceptorem fuisse gratissimus recordor, inclyto nomini una voce et mente eorum adiungetis laetam atque venerabundam memoriam, qui, soli cum illo, quamvis collegarum non amplius in numero, tamen et Vobis adhuc superstites sunt ex magno doctorum numero, qui dignitatis atque auctoritatis, qua Vestra universitas et gaudebat semper et gaudebit, ante hos quinquaginta annos iecerunt fundamenta. Neque Vestram effugerem indignationem, si aut essem aut viderer tantorum virorum immemor, quos, cum de me ipso fuerint meritissimi, Vestrum alii per multorum annorum consuetudinem amicos atque familiares habuerunt, alii collegas aut magistros, Vos vero omnes, cuiuscumque sitis ordinis aut aetatis, summa veneratione atque aemulatione studiosissima prosecuti estis hucusque et per totam vitam existimabitis dignissimos.

Quanta enim, Vir excellentissime, in quo iuveniles annos vix egresso iurisconsultorum optimus quisque iam providebat et praesentiebat, quem, ad extremam fere humani generis aetatem progressum, et nunc et iam diu venerantur omnes, artis suae principem — quanta sint Tua in me merita, quanta beneficia, denuo edicere nolim, neque, si vellem, possem eo modo praedicare, qui et Tui ingenii magnitudini et meae Tui admirationi par esset. Tuo nomine haud dedignatus es a me tirone insigniri, quas ex eo historiae atque iurisprudentiae campo Tibi obtuli studiorum primitias, cuius vix a Te aperti

et exculti opimas feceras messes omnesque fere aliis praeripuisti fructus. Haud ergo, quae est semperque erat Tua comitas et benevolentia, reiicies libelli dedicationem, quem eadem, qua illum, pietate atque gratiarum actione Domino suo ac magistro offert discipulus iam senescens, Tuoque quasi iure Tibi posses vindicare. At in dedicationis gratique animi testificandi communionem Bienerum quoque Tuum et licuit vocare et decuit. Tu vero ipse, Vir optime et, qui me olim in iuris studiosorum recepisti numerum, pater quasi spiritualis, neque donum meum quantulumcunque aspernaberis neque illius temporis commemorationem, quo in patriae urbis universitate me doctorem Tua honorasti consuetudine, et quoties quidquid ex Te fuerim sciscitatus, semper me liberalissime ex amplis subtilissimae eruditionis copiis adiuvisti.

Prodeat itaque in publicum sub Vestro speciali patrocinio, Viri summe colendi, Domini mei et magistri carissimi, iste libellus, quem iam diu notissimum, nec tamen ab ullo cognitum, post septem fere secula ex bibliothecarum latebris depromtum, communi omnium nomine insignire placuit, qui, quam Vos cum ceteris, quos iam diu nuperve mors suis litterisque eripuit primae fundationis doctores, celeriter comparastis novellae academiae, feliciterque servarunt horum successores Vestrique quondam collegae, nunc suis studiis ac virtutibus concreditam vident Universitatis Friderico-Guilelmae intra et ultra Germaniae fines laudem et gloriam.

At benigno, Vos quaeso omnes, excipite animo, quod grato offertur munusculum. Maluissem certe Vestrum nomen praeponere libello, qui meimet ipsius maiori posset dici iure, propiusque et ad nostra spectaret tempora et ad res Borussicas. Neque quidquam profecto mihi evenire potuisset exoptatius, quam ut in hos festissimos dies tandem ad finem perducere Vobisque pro xenio dicare valuissem illud de catholicae in terris Borussicis ecclesiae historia atque conditione opus, cuius conscribendi, dum adhuc Vester eram, cepi consilium, edendi initium eo ipso anno feci, quo summum diem Vestrae academiae Regius obiit fundator atque patronus. Sed ne quis eorum, qui saepius me de eo perficiendo admonuerint, mihi vitio vertat, aut desidiae taediove adscribat, quod ipsorum votis non sim obsecutus. Taceo de scriniis publicis, illius libri emissa parte priori, sub magnae liberalitatis specie mihi apertis, mox maiori pertinacia reclusis. Extra patriam autem ne ea quidem subsidia, quorum aditus privato patet, mihi adfutura fuissent omnia, fefellitque spes aut revertendi in doctoralem cathedram aut tantum mihi inter iudiciorum strepitum datum iri otii, quantum sufficeret, ut sensim sensimque ad finem perducerem librum, quem propediem esse proditurum tunc et speraveram et promiseram. Sed

quid plura? Vestram benevolentiam, Viri illustrissimi atque honoratissimi, et mihi ipsi et operae, qualiscumque sit, subsecivis plurium annorum horis, ne ad sacra natalicia, quae iam instant, vacuis manibus accederem congratulabundus, alieno operi impensae haud esse defuturam confido. Neque a Vestris studiis plane alienum aut academiae Vestrae festivitate ac nomine prorsus indignum videbitur, quod Vobis inter haec anecdota offero canonici, quin fere universi iuris antiquissimum compendium. Id vero prae ceteris omnibus et fore spero, et a Deo omnipotenti exoro, ut vegetos incolumesque Vos servet omnes usque ad ultimos humanae vitae dies, utque in sempiternum, ad litterarum profectum, bonarum artium incrementum, gentisque nostrae apud exteros famam atque auctoritatem, salvam esse iubeat Vestram academiam, salvam patriam urbem et terram, salvam totam Germaniam.

Valete mihique favete!

Scribebam Lubecae a. d. X Calend. Octob. MDCCCLX.

PRAEFATIO EDITORIS.

Inter decretalium extra Gratiani Corpus Decretorum vagantium collectiones, quae vocari solent antiquae, iampridem obtinuit Primae nomen servavitque hactenus, quin etiam, licet non tam ex temporis ordine, quae olim erat communis opinio, quam ob sui praestantiam et auctoritatem summo jure ea meruit, quam sub Breviarii extravagantium titulo composuit **Bernardus Papiensis.**

I. Hac de compilatione, vel de illis, quae alio ordine digestae eam praecesserant, eodem mox alia post aliam subsecutae sunt, neque mihi consilium est hoc loco disserere, neque opus. Nostratium enim haud facile erit quisquam harum rerum aut studiosus aut curiosus, quem fugerint, quae de istis collectionibus, aut iam pridem editis, aut nuper in latebris bibliothecarum inventis, alii enucleaverint et disseruerint [1]), alii iam approbata divulgaverint [2]). Et sperandum est, **Fr. Maassenium,** hactenus Oenipontanum, nunc Graeciensem antecessorem, qui magnum et arduum, nec tamen eius viribus ac virtutibus [3]) gravius,

[1]) Cf. **Aug. Theineri** Comm. de Rom. Pontif. epistolarum decretalium antiquis collectionibus etc., Lips. 1829. 4°, Recherches sur plusieurs collections inédites de Décretales du moyen age, Paris 1832. 8°, Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones, Romae 1836. 4°, atque **Aem. Lud. Richteri** Comm. de inedita decretalium collectione Lipsiensi, Lips. 1836. 8°, et Praefatio ad Corp. iur. can. P. II. Lips. 1839 pag. II. III.

[2]) Accuratius de istis collectionibus post **F. Walterum** (Lehrbuch des Kirchenrechts. § 105), et **A. L. Richterum** (Lehrb. d. kathol. u. evang. Kirchenr. § 74) nuper inter recentiores egit **G. Phillipsius**: Kirchenrecht, Tom. IV. § 182 sq.

[3]) Cf. eiusdem Comment., quae sub his titulis: »Beiträge zur Geschichte der jurist. Literatur des M. A. insb. der Decretisten-Literatur des XII. Jahrh.,« et: »Paucapalea, ein Beitrag zur Liter.-Gesch. des canon. Rechts im M. A.« in Actis Academiae Scientiarum Vindobonensis atque separatim prodierunt Vindob. 1857 et 1859, necnon, quae in Ephemer. Bekkeri

sibi imposuit historiae iuris canonici conscribendae onus, quam celerrime, uti studia sua, ita ipsum opus per ea tempora, quamquam longissima, esse deducturum, quae inter Gratianum atque Bernardinam et Gregorianam intercedunt compilationes. Taceo itaque de Appendice, quae dicitur Concilii Lateranensis, atque de Lucensis codicis collectione, necnon de ea, quae ex bibliotheca Cassellana et originem duxit et nomen, quarum illa inter Acta Conciliorum saepius est edita, alteram **Mansius** promulgavit, haec vero in **I. X. Boehmeri** C. I. Can. editione quam plurimorum versatur in manibus. Taceo de **Richteri** Lipsiensi collectione inedita, atque de illis, quas **Theinerus** iam ante hos fere triginta annos Brugis, nuper **Maassenius** Parisiis invenerunt decretalium collectiones, et dissimiles Bernardi Breviario et anteriores. Sed nec de hoc ipso, cum novi quid non habeam, quod de eius ratione et indole aut aetate notari possit [4]), quidquam hoc loco proferam. Quae vero ad eius exemplum et complementum postea emanaverunt compilationes: Secunda scil., in quam unam **Ioannes Galensis** quasi coëgit **Gilberti** compilationem, hactenus ne inventam quidem in bibliothecis, atque **Alani**, an re vera servata nobis sit Bruxellis, dubiam; deinde Tertia, **Petri Beneventani** cura ex ipsius Innocentii P. III. mandato collecta Bononiamque Anno 1210 transmissa, ut in eius locum succederet, quam Romae sua privata auctoritate a **Bernardo Compostellano** archidiacono congestam sub Romanae nomine receptura erat illa schola; Quarta porro, incertae quidem originis et aetatis, sed haud diu, uti videtur, post Innocentii III. mortem i. e. post A. 1218 in lucem emissa; Quinta denique sive Honoriana, neque magnae neque duraturae auctoritatis, sed prima, quae possit quodam iure authentica nuncupari decretalium collectio; — eas omnes, et quam **Raynerius Pomposianus** Romanam praecedere iussit, alia vero ratione digesserat ex epistolis Innocentinis, nominasse sufficiat. Ex quo enim **Ant. Augustinus** quatuor priorum compilationum [5]), quintae vero **Innoc. Cironius** [6]), Raynerianae **Baluzius** [7]) paraverint editiones, iuris canonici studium ita ab illis pendet cognoscendis ac perscrutandis, ut ipsis operam impendere ne ii quidem possint supersedere, quibus satis videatur primis labris hanc iurisprudentiae partem attigisse. Neque minus pro notissimis ea fere omnia sunt habenda, quae nobis de illarum compilationum origine et de glossis aliisve scriptis huc pertinentibus

et Mutheri Tom. II. p. 220 sq. ab eo evulgatae sunt: »Kleine Beiträge zur Kenntniss der Glossatoren-Zeit.«

[4]) Id unum leviter attingo, cap. 1 de matrim. contra interd., quod solum Coelestini P. nomen in fronte habet pluresque dubios fecisse videtur de Breviarii origine ante A. 1191 ponenda, iamiam allegari in Bernardi de matrimonio summula (v. infr. p. 304), idque non Clementis III., sed Coelestini sub nomine; procul itaque dubio, quod et in c. 2. C. XXXV. qu. 6 (Palea) factum videmus, illud cap. ad Pontificem huius nominis secundum multoque priorem aetatem est referendum. Sed et, quas Clementis III. Breviarium exhibet decretales, postea crediderim esse a Bernardo adiectas. Earum enim non solum sunt paucissimae, sed nec c. 4 de frigidis videmus ad illum tit. laudatum, licet fusius Bernardi summa agat de frigiditatis impedimento, et de c. 6 et 7 de cler. coniug. ab ipso allegatis ex veteri interprete adnotat A. Augustinus, Papiensis consilio et auxilio esse factum, ut illae epistolae dispensatoriae fuerint a Gregorio VIII. concessae, a Clemente III. confirmatae, id quod facile ipsi ad illas addendas potuisset dare ansam. Hostiensis in comment. ad c. 29 X de iure patr. Breviarium sub Alexandro III. compilatum et comprobatum esse dicit, idemque in anonyma summa legimus, quam excerpsit Vincentius Bellovacensis (v. App. sub VI. D. pag. 358); id vero ipsum, quanta iam tunc antiquarum compilationum fuerit inscitia, satis comprobat.

[5]) Editio princeps, quae sub hoc titulo: »Antiquae collectiones decretalium. Cum Ant. Augustini Episco. Ilerdensis notis,« prodiit »Ilerdae apud Petrum Rob. et Ioannem a Villanova Anno MDLXXVI,« semel hucusque ex cura Car. Labbaei, qui Cuiacii atque Nic. Fabri codicum instituit collationem, novam nacta est recensionem. Nam quae inter A. Augustini Opera, Lucae 1769, Tom. IV. fol. prostat editio, repetita est ex Parisina A. 1609 sub tit.: »Antiquae collect. decret. cum Ant. Augustini Ep. Ilerd. et Iac. Cuiacii notis et mendationibus;« editionem vero Parisinam A. 1621 eandem atque hunc esse librum, novo tantum praeposito titulo, iam pridem admonuit Schottius ad Doujatii praenot. canon. (Mitav. et Lips. 1788) Lib. IV. c. 16. not. 16; Romae an re vera aut A. 1583, uti Theinerus in Comm. cit. p. 12. not. 81 ex recentioris bibliographi auctoritate adnotat, aut A. 1683, quem in Struvii biblioth. iur. selecta cap. 13. § 10 video indicatum annum, altera evulgata sit editio, alii diiudicent. Ceterum ex Quartae compilationis et praefatiuncula et ipso contextu, quippe qui paginarum numeros in tribus primis haud obvios novosque exhibeat custodes, necnon ex notula notis ad Primam his verbis adiecta: »Cetera Tarracone, Deo auctore, pleniora edentur,« satis me iudice patet, Ant. Augustinum quartam non eodem, quo tres priores, edidisse tempore, unde factum videtur, ut principis editionis exemplaria Quarta quandoque careant. Neque illud, licet quis pro quisquiliis possit habere, de ista editione, utpote rarissima, silentio mihi praetereundum esse videtur, in eo, quo ex Hamburgensi bibliotheca mihi licuit uti exemplari, alio eoque pallidiore atramento haec esse titulo subiecta: »Barcinone | Venales habentur apud Natalem Baresson, ad forum Regium | Anno 1592.«

[6]) Quinta compilatio epistolarum decretalium Honorii III. P. M., nunc recens ex tribus vett. MSS. in lucem edita et notis illustrata, studio et industria Innoc. Cironii, Tolosae 1645. fol.

[7]) Inter Epistol. Innocentii III., Paris. 1633, Tom. I. p. 543 sq.

aut eiusdem aetatis aut posteriores glossatores et commentatores tradiderunt, totiesque ea nuper sunt typis repetita, ut diu haesitaverim, utrum mihi in huius libri Appendice sub Nro. VI. harum narrationum novus sit conspectus dandus necne, quod tamen, ut illuc possim remittere lectores, ratius esse duxi.

In iis vero quamquam subsistet haec praefatio, quae propius ad libellos pertinent a me editos, mihi tamen, priusquam illuc transgrediar, unum addere liceat de ipsis compilationibus. Quod enim iam diu complures optaverunt, id, quo rariores maiorisque pretii sint illarum editiones, et ipse quam maxime habeo in votis, scil. ut tandem nostratium quis novae parandae editionis, si non omnium, certe priorum et praecipue Bernardi collectionum sibi imponat curam, a **Rieggeris** [8]) aliquando, scil. a filio Iosepho Antonio de illa [9]), de Honoriana a patre Paulo Iosepho [10]) susceptam, sed ad finem a neutro perductam. Verendum quidem est, ne deperditi sint, quos codices in subsidium suae editionis adduxerat Augustinus ex Tarraconensis, Barcinonensis et Panormitanae ecclesiarum libris, quia eorum nullum certum vestigium inest catalogis, qui de illarum regionum hodiernis bibliothecis extant [11]);

[8]) Ex translatitio quasi errore recentiores fere omnes, quod viderim, Cironianae quoque editionis (nam novi quid non datur praeter Cod. Vindob. lectionum varietatem) repetitionem vindicant filio, isque in Opuscul. ad hist. et iurisprud. praec. eccles. pertinent. p. 221 re vera egit de Honoriana collectione. Ipsius vero libri nova editio solum patrem commemorat, nec tamen huic ipsi pro certo poterit adscribi, cum non eius, sed candidati **L. B. de Lilien** nomine, cuius in tentamine Rieggerus functus est praesidis officio, dedicatoria ad Imperatricem Mariam Theresiam epistola sit subscripta.

[9]) Bernardi Praep. Papiensis breviarium extravagantium cum Gregorii IX. decretalium collectione ad harmoniam revocatum etc. P. I., Friburgi 1779, 4°.

[10]) Ad lineas litterasque fere, ne recurrat ille error, libri titulum proferre placet; est vero hic: „Quintae | compilationis | decretalium | libri priores duo, | quos primum in lucem dedit | .... Innoc. Cironius | .... nunc iterum | variantibus lectionibus e Cod. Ms. bibl. Augu|stae Vindob. aucti|dum | .... | praeside | Paullo Iosepho Riegger I. C. | .... tentamen ex iure .... subiret | Illustr. Dom. | Alexander L. B. de Lilien | die M. Octob. MDCCLXII. | Vindobonae | typis Ioan. Thom. Trattner etc., 4°.

[11]) Cf. **G. Haenelii** catalogi librorum manuscriptorum, qui in biblioth. Galliae, Helvetiae etc. asservantur, Lips. 1830, p. 919 sq. et **Fr. Blumii** bibliotheca libror. manuscr. Italica, Gottingae 1834, p. 228 sq. Illo in libro recensentur quidem pag. 945 duo Codd. membr. sub tit.: „Decretales antiqui;" sed cum sint Sec. XV., equidem dubitaverim, an contineant antiquas

Cironii vero quintae compilationis codicum ne dubius quidem potest esse interitus, cum ipse eos iam tunc pulvere, situ et paedore confectos fuisse asseruerit, neque Haenelius [12]) eorum inter libros civitatis Albiensis faciat mentionem. Sed ne dicam de bibliothecis remotioribus adituve difficilioribus, Lusitanis ac Hispanis, quarum Alcobazensis, praeter Alexandri III. „decreta et consultationes," trium priorum compilationum possidet codicem, aliumque, cuius partes sic apud Haenelium referuntur [13]): „Synodus generalis Lateranensis, celebr. A°. 1215; V. libr. extravag. collectarum p. Bernardum Pap. et decretales plures; XXXV bullae Pont. usque ad ultim. Honorii III.", Matritensis vero Honorianam nostris temporibus servasse videtur [14]), sola iam Italia praebet satis amplum novae editionis apparatum. Nam Bernardini breviarii duo codices extant Romae in bibliothecis Palatino-Vaticana et Chisiana [15]); trium priorum aut certe primae et secundae compilationum unum exhibet bibliotheca Estensis, quae Modenae est [16]), alterum bibliotheca montis Casini [17]); Florentini, quorum Theinerus [18]) plures esse ex Bandini auctoritate adnotat, non est verendum, ut deperditum ierint. Largae vero messes, ut de Londinensibus taceam, proculdubio sperandae sunt ex Franco-Gallicis bibliothecis. Parisiis enim in bibliotheca olim Regia,

compilationes, nedum istos codices Augustini, a cuius manu suae editionis archetypa in bibliotheca S. Laurentii (Escorial) videntur servata (cf. ibid. p. 936 et 945.

[12]) Cf. catal. cit. p. 15. [13]) Ibid. p. 1024 sub Nr. 304. 305 et 314.

[14]) Quae inter libros Regiae bibliothecae (l. c. p. 969) occurrunt: „Decretales Honorii III.," eas pro Quinta habere malim; audacior vero mihi coniectura videtur, magnum librorum numerum, quos sub tit.: „Decretales Innocentii III." recensent catalogi (cf. ibid. p. 36. 38. 39. 156. 257. 284. 401. 955. 988), protinus referre ad Quartam.

[15]) De altero cf. **Blumii** bibl. cit. p. 178, ubi legimus, commentarios amplissimos et notas appositos esse diverso charactere, sed desiderari finem; de Palatino-Vaticano libro Nr. 653 (ibid. p. 125) fusius iamiam egit **M. Sartius** de claris archigym. Bonon. professoribus Tom. I. P. II. p. 194.

[16]) Cf. **Blumius** l. c. p. 220.

[17]) Eodem sub signo, scil. XII. L. 8, apud **Blumium** (l. c. p. 36. 37. 40) praeter Bernardum et Ioannem Vallensem alia quoque „Decretalium epistolarum collectio cum glossis" commemoratur, sed non tam Petri Beneventani, quam Bernardi Compostellani mihi esse videtur; nam illa (cf. **Theineri** Comm. cit. p. 15. not. 8) titulo de summa trinitate plane caret, neque habet cap. Alexandri III. ex Conc. Tribur. c. 2 de suffraganeis V. 22. Comp. II.), Estensis vero codex, teste Blumio, illo tit. incipit et in hoc cap. explicit.

[18]) Cf. Comment. cit. p. 28.

nunc Imperatoria sub No. 3925—33 quinque Primae codices extare, Secundae et Quartae quatuor, Tertiae non minus quam octo, Quintae denique unum, idem ad catalogi fidem affirmat Theinerus; quin et pro certo habuerim, inter aliarum illius regni bibliothecarum libros, qui eos ipsos inspexerit, antiquarum collectionum plures codices esse inventurum, quam ex catalogis Haenelianis sperandum videatur, utpote in quibus, quos fiducia quadam huc posses referre libros manuscriptos, equidem non invenerim, nisi Andegavense „breviarium M. Bernardi cum summa Tancredi“ [19]), et „Bernardi Praep. breviarium extravagantium“ [20]), quod Valentinianis extat. Sed vel intra Germaniae fines novam post Augustinum editionem paraturo magnus librorum manuscriptorum numerus non erit defuturus. De Alani quidem et Gilberti compilationibus, si illam invenire contingeret editori, hanc vero iam inventam esse ex accuratiore bibliothecarum perscrutatione patefieret, itidemque de Compostellana [21]), quarum ea certe capitula, quae in Secundam vel Tertiam non transierunt, hisce essent adiicienda, ad exteros fortasse non poterit evitari refugium. Aliarum vero collectionum, inque primis breviarii Bernardini vel mihi, qui visitandarum bibliothecarum Germaniae nullam habuerim opportunitatem, quam plurimi innotuerunt intra Germaniam libri manuscripti. Nam Richtero [22]) teste, et Lipsiae duo in bibliotheca Paulina extant, quorum alter tres priores, alter quartam et quintam collectiones a schola receptas continet, et Marburgi secundae et quartae unus; quintae codicem Vindobonae adesse, patet ex Rieggeriana editione; bibliotheca Francofurtensis, olim S. Bartholomaei, in Vol. XXVIII. tertiam et quartam possidet, quas ipse vidi; Bernardinae

[19]) Cf. **Haenelius** l. c. p. 28. [20]) Ibidem p. 491.

[21]) Praeter Estensem, de quo supra dixi, atque Londinensem, quem descripsit **Theinerus** in: Recherches etc. p. 49 sq., nominasse iuvabit bibliothecae Barberinae librum sic insignitum: »Innocentii III. decretalium breviarium per Bernardum Compost.« (cf. **Blumius** l. c. p. 149), et Basileensem similis tituli, scil.: „Hispani Bernardi Compost. breviarium decretalium Innocentii III.“ (cf. **Haenelii** catal. p. 556), quem codicem, cum in academiae sit bibliotheca, pro nostro, non exterorum habere nobis quodammodo licet. Ceterum id adnotasse velim, a **Diplovataccio** fol. 154ª, cuius librum summa erga me comitate magister meus mecum communicavit, Compostellanae collectionis initium sic referri: „Innocentius III. *Apostolicae servitutis officio, quo sapientibus etc.*“ atque in illius codice haec ad finem operis fuisse adiecta: *Extractum ex registris Innoc. a principio sui pontificatus usque ad decimum.*

[22]) Cf. Comm. cit. p. 5. not. 11 et signor. explicatio in C. I. Can. P. II.

autem collectionis in bibliotheca Regia Monacensi praeter eum, cuius Phillipsius [23]) iamiam mentionem fecerat, scil. Cod. lat. 8302 s. Cod. Mon.-August. 2, tres alios [24]) eosque splendidissimos extare libros manuscriptos, ex Celeb. **Föringeri**, illius bibliothecae praefecti, litteris ad me datis percepi; iisque accedunt cum Halensis codex, qui nobis servavit Bernardi summam et mox accuratiori subiacebit descriptioni, tum Friburgensis, quem iam Rieggerus filius in repetita breviarii editione adhibuit, nuper **Henr. Amannus** describendum curavit [25]), porro Fuldensis atque Giessensis, quorum notitiam **Bickello** [26]) atque **Senkenberglo** [27]) debemus, denique Bonnensis, cum amicissimus mihi **Böckingius** inter alia varii generis *κειμήλια* nitidissimum exemplar habeat breviarii Bernardini. En eius, quae quasi principatu fruitur, compilationis undecim intra Germaniam libros manuscriptos, neque posteriorum collectionum est ulla, cui non possit sine exterorum auxiliis nova adhiberi aut cura aut medela. Sed et, quamvis, quae a me ipso factae sunt investigationes, alias pro maxima parte haud frustraneae, hanc spem valde minuerint, tamen non desperandum videtur, ex ulteriori Germanicarum bibliothecarum perscrutatione plures proditurus esse huius generis codices. Alacri itaque animo inter nostrates iuniorum quis subeat opus, quod nobis imperfectum relictum est a maioribus. At vero novus editor, quisquis fuerit, in edendis ipsis compilationibus ne subsistat. Etenim maior pars codicum nobis superstitum glossas exhibet aut interlineares aut marginales [28]); neque desunt, unde, qui vel post Gregorianae emissae glossataeque tempora eadem atque ipsae compilationes fruebantur auctoritate [29]) glossarum apparatus, **Tancredi**

[23]) Cf. eiusd. Kirchenrecht l. c. p. 234. not. 37.

[24]) Eorum speciales signaturas addere mihi licet, scil.: Cod. Fris. 152, Aug. eccl. 179, Inderstorf. 30.

[25]) Cf. Praestantiorum aliquot Codd. MSS., qui Friburgi servantur, ad iurispr. spectantium notitiae, lectionum in acad. Alberto-Ludoviciana habendarum indici praemissae Fasc. II. sub Nr. III. p. 1 sqq. Friburgi Brisg. 1837. 4°.

[26]) In Ephemeridibus Erlangensibus a **Schunkio** editis, Tom. XII. p. 233.

[27]) Cf. **H. C.** de **Senkenberg** meditat. Fasc. II. Nr. 5. p. 372 sq. et **I. C. Kochii** opusc. iuris canon., Giessae 1774, pag. 11 sq.

[28]) Eorum numero sunt Codd. Halensis, Friburgensis atque Fuldensis, necnon Monacensium duo; idem et de Chisiano iudicandum est, adnotaturque a **Theinero** de maiori eorum parte, quos Britannicarum bibliothecarum recenset libros manuscriptos, a **Blumio** vero de codicibus Estensibus.

[29]) In **Ioannis Andreae** Novella, Sec. XIV. ineuntis tempore scripta, saepius

nempe ad tres priores [30]), **Vincentii** [31]) vero atque **Ioannis Teutonici** [32]) ad Innocentinam compilationes, possent produci in lucem, ut post trium fere seculorum spatium iis satisfieret promissis, quae de veterum interpretum glossis alio tempore edendis quondam fecerat Ant. Augustinus [33]), nec tamen, nisi de Quarta, cui Ioannis Teutonici aliorumque

antiqui apparatus Vincentini mentionem fieri vidi una cum eo, quem ad Gregorianam conscripsit, e. g. ad c. 4. X. de renunt. et ad c. 15. X. de off. iud. deleg. Ad ipsas collectiones saepissime his verbis: »in antiqua«, vel »in integra decretali« aut »compilatione«, aut »in parte decisa« recurritur tum in glossa ordinaria, tum ab aliis scriptoribus, singularum vero compilationum rarior est commemoratio; nec tamen desunt exempla. Sic Comp. secunda laudatur in gl. *ad abolendam* c. 32. V. 3, Innocentina in gl. *ecclesiam* c. 18. III. 15 et gl. *coercenda* c. 45. V. 39, quinta in gl. *super crimin.* c. 10. II. 21 et gl. *exheredatio* c. 10. V. 7 atque apud Ostiensem ad c. 8 de iudic. (II. 1) v. *de omni*, qui et Compostellanae collectionis atque Gilbertinae ad c. 27 de off. iud. deleg. (I. 29) v. *per constit. nostram* iniicit mentionem.

[30]) Tancredinus apparatus in Cod. Lips. Nr. 868 servatus est, neque dubito, quin »Tancredi summa«, quae inter libros Andegavenses recensetur, huius apparatus primam partem vel praelectionem exhibeat; idem fortasse latitat in amplissimis illis commentariis Cod. Chisiani. Quae a **Haenelio** l. c. p. 36 et 219 ex bibliothecis Atrebatensi et Metensi, et a **Blumio** l. c. p. 127 ex bibl. Palatino-Vaticana recensentur »Tancredi Bonon. summa« vel »summa decretalium«, an eum ipsum exhibeant apparatum, videant alii.

[31]) Vincentii antiquum apparatum extare in Cod. Lips. Nr. 863, **Richteri** habemus testimonium, idemque coniecerim de Cod. bibliothecae Barberinae Nr. 402, quem his verbis: »Tancredus, Vincentius, super decretales fol.« recenset **Blumius** l. c. p. 155. Qui vero apud **Haenelium** l. c. p. 974 Matriti in bibl. Regia occurrit liber MSC.: »Vincentii, Episc. Hisp. apparatus in V lib. decretalium,« eum ad Gregorianas referre maluerim.

[32]) Teutonici nostri (nam et Ioannes Friburgensis, auctor summae confessorum ex Raymundiana excerptae, illud gerit nomen) unum tantum scriptum inveni in catalogis, scil. inter libros Atrebatenses apud **Haenelium** p. 36, ubi haec: »Ioa. Teutonicus in decretales Gregorii IX. Sec. XIV. memb. fol.« Iam vero Ioannes eodem, quo Vincentius, modo suum apparatum post Gregorianas emissas reformasse nullibi, quod sciam, fertur; facile itaque isti codici poterit subesse ille Quartae apparatus.

[33]) In litteris ad Gregorium P. XIII. dedicatoriis et praefatoriis p. 4. **Ant. Augustinus** haec interpretum refert nomina: Vincentii Hispani, Alani, Laurentii, Tancredi, Iacobi et Rogerii; accuratiorem vero recensum iis inseruit, quae editioni de singulis compilationibus »ex Ioanne Andreae et aliis scriptoribus« praemisit. Quorum interpretum quas ipse viderit glossas, cum Augustinus adiiciat, istae notulae, licet alias minus rectae, haud indignae mihi visae sunt, quas fere integras in App. antiquioribus testimoniis adiicerem.

addidit scholia, implenda curavit [34]). Sed mittamus istas collectiones, tandemque transeamus ad eam, quam solam nobis huius praefationis materiem elegimus.

II. Summam, ut de ea primo loco agam, super decretalibus ab ipso compilatis conscriptam esse a Bernardo Papiensi, **Ioannes Andreae**, nobis servatam, **Maur. Sartius** et post eum **F. I. G. La Porte du Theil** hactenus nobis erant auctores et testes. „Ipse", ait ille in additionibus ad prooem. speculi iudicialis Durantini [35]), „super rubricis compilationis, quam fecerat, fecit Summam, quae incipit: *Profectus discipuli gloria magistri.*" Haud quidem magna isti assertioni quantumvis certissimae tributa esse videtur fides; nam et apud alios eiusdem temporis glossatores idem, quod sciam, de ea re servatur silentium, quod apud posteriores, neque dubitavit Ant. Augustinus de illo opusculo Bernardi his uti verbis: „summam scripsisse dicitur", qua eadem loquendi formula Douiatius [36]) et alii utebantur. Quid quod equidem vel nunc dubitaverim, ex autopsia retulisse Ioannem, quae de summa enarrat. Nolo iis insistere argumentis, quae aut ex differentia veri summae initii ab eo, quod Ioannes profert, aut inde possunt desumi, quod **Guilelmum Durantis** falso coarguerit, ex antiquis Bernardum prorsus esse ab illo praetermissum. Iam vero, si vel summae, quam Bernardus composuit iamiam Faventinus episcopus, nil nisi praefationem legisset Ioannes, ipsi certe, quam fecit coniecturam, scil. de Bernardo, non de **Petro Papiensi** aut locutum esse aut loqui voluisse Guilelmum, audacior videri debuit, quam sub „episcopi Faventini" verbis, **Iacobi de Albenga** nomini adiectis, non tam huius ipsius dignitatem (eius enim ille alias nusquam mentionem facit), sed alium glossatorem, et nostrum quidem latitare Bernardum; id quod nunc mihi extra omnem dubitationem videtur positum, cum nullum eius nominis tunc temporis Faventinae ecclesiae praefuisse sciamus, iamque pridem ex ipsius Ioannis Andreae [37]) auctoritate admonuerit **Sartius** [38]), Iacobum ne episcopali quidem, sed praepositi tantum dignitate in Albingaunensi functum esse ecclesia.

[34]) De iis ad Compil. primam glossulis, quas ex Tancredino apparatu vel aliunde **Augustinus** in scholiis passim profert, cf. **Theinerus** in Comment. cit. pag. 12. not. 78.

[35]) Vide Append. sub VI. F. 3. pag. 362.

[36]) In praenotion. canon. Lib. IV. c. 16. § 4.

[37]) Ad c. *Ex litteris* X. de excess. praelat.: »Dicit Ostiensis, se audivisse a mag. suo Iacobo **praeposito** Albing. etc.«

[38]) L. cit. Nr. XXVIII. p. 330.

Sed parvi habeo, quae ex istis omnibus de vacillante Ioannis fide eo magis possimus desumere argumenta, quod et de Damasina summa ipsius narrationem minus correctam esse mox videbimus. Id vero magni mihi videtur momenti, quod nullibi alias, quantum ex fugitiva additionum aliorumque Ioannis scriptorum perlustratione iudicare licet, Bernardinae summae ab ipso facta sit mentio; neque alia desunt argumenta, quae nimiam Ioanni tribuere fidem dissuadeant. Etenim summularum de matrimonio et de electione, licet eas saepius sibi Bernardus in decretalium summa vindicaverit, illam silentio prorsus praetermisit, hanc vero Bernardi Compostellani esse dixit opusculum [39]); neque Papiensis super compilatione prima librum pro succincto ipsarum iuris materiarum compendio ad systematis ordinem redacto habuisse videtur, uti ex totius narrationis contextu satis apparet, sed Bernardi summam (id quod de recentioribus quoque e. g. Glückio [40]) dicendum est) illis ad Decretum, qui summae nomen ferebant, continuis commentariis glossarumque apparatibus et comparat et adnumerat, quod quam erroneum sit, ipsum primo obtutu, si re vera librum istum habuisset in manibus, nullatenus fugere potuisset. Sed haec eum tantum in finem dicta sint, ne iusto maiori auctoritate fruantur, quae scriptor ille profert, non facundus, sed fecundissimus. Nam quidvis aut alii pridem iudicaverint aut ipsi sentiamus de Ioannis auctoritate et fide, ipsius rei veritatem, i. e. scriptam a Bernardo, id quod vel Diplovataccius [41]) dubium reliquerat, et superstitem esse summam, comprobavit tandem **Sartii** in perscrutandis bibliothecis industria, qui ex Cod. Vaticano Nr. 2692 et praefationem summae excudi fecit [42]) et versus finales. De novo, quod servatus sit iste liber, ad liquidum perduxit Cod. Parisiensis descriptio, per **La Porte** paucis annis post data [43]). Cum vero et hic praefationis fines in communicandis summae verbis non sit transgressus, neque de ratione, quam in suo opusculo secutus sit Bernardus, quidquam aliud dixerit, nisi quam saepissime ab ipso laudari iuris civilis

[39]) Cf. **Ioannis Andreae** addit. ad spec. iudic. Lib. IV. P. I. rubr. de electione in princ.

[40]) Cf. **Ch. Fr. Glückii** praecogn. univ. iurispr. eccles., Hal. 1786, § 95. p. 155.

[41]) Nihil in Bernardi vita (l. c. Nr. 36. fol. 148b) affert, quae non habeat ex Ioanne Andreae.

[42]) De claris archigym. Bon. profess. T. I. P. 2 sub Nr. XIV. § 5. p. 202 sq.

[43]) In libro: Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale, Tom. VI. p. 49 sq.

locos [44]), haud minor prorsus, quam hactenus, de vera huius libelli indole, et an dignus sit accuratiore cognitione et qui ederetur, suberat incertitudo. Immo tanta erat eiusdem inscitia et incuria, ut omnes, quod viderim, iuris periti, memet ipso nequaquam excepto, haud observaverint, quae iam pridem **Schraderus**, et ante hos viginti annos **Pertzius** de summa Bernardi inter libros Regiae bibliothecae Monacensis obvia curaverant adnotanda.

Quo ipso fere tempore mihi Halis adhuc degenti et docenti incidit in manus codex, quibusdam annis ante ex Halberstadiensium monasteriorum ad secularem statum reductorum, nesciunt quo, illuc translatus, atque academicae bibliothecae dono datus a superioribus. Libro inesse Bernardi compilationem, huic vero subesse summam, primus me docuit adspectus, lectura vero subsecuta eo perduxit, ut illius describendae atque aliquando evulgandae iam tunc inierim consilium. Nam si non anteponendum, certe aequiparandum legistarum summis, quas eiusmodi generis ex illo habemus aevo, statim mihi videbatur Bernardi opusculum, in quo et compendiosa universi fere iuris delineatio erat obvia, et tanta iuris civilis se manifestabat scientia, quantam canonici iuris illorum vix ulli poteris vindicare. Sed propositis non tam obstitit aliorum dissensus, quam ipsa codicis Halensis conditio. Mox enim vidi, eundem gravissimo laborare defectu, cum secundus quaternio, nescio quo casu, exciderit omnis; cui lacunae priusquam aliunde ex libris manuscriptis medela fuerit adlata, summam intra Germaniae partes ex inopinato inventam eadem qua hactenus oblivione obtectam relinquere satius esse duxi, quam mancam mutilamque atque mendosam uno ex codice in lucem proferre. Parisini vero tandem codicis viginti fere annis post collationem adeptus eodemque tempore certior factus de altero libro manuscripto, quem ad meliorem summae recensionem et poterat subministrare bibliotheca Monacensis et summa comitate atque liberalitate vix rogatus mecum communicavit, qui ipsi praeest Celeb. **Halmius**, statui ad illa vegetae virilitatis redire consilia; haesitabundus quidem, cum provectae aetatis, etsi nondum debilitates sentirem, certe annos viderem appropinquare, summa etiam afflictus moestitia mediasque inter calamitates familiares, sed bono animo eoque fidentiori, quod doloris

[44]) *„Ecriture très jolie au premier aspect, mais la plus serrée, la plus chargée d'abrevations extraordinaires, la plus remplie de citations des paragraphes du droit civil, en un mot l'écriture pour moi la plus pénible et la plus difficile.“*

atque desiderii licet iustissimorum atque ardentissimorum optimum medicum sperabam futurum esse laborem. Neque fefellit spes. Sed novae curae, alia super aliam meisque viribus paene maiores, mox natae sunt. Nam ad finem iam deducta summae ex tribus illis codicibus recensione, secundus et tertius ultro ex bibliotheca Monacensi eadem, qua primus, fiducia et bona voluntate mihi offeruntur; sciscitansque, an forte in aliis Germaniae bibliothecis hactenus delituerit Bernardi opusculum, ab earum praefectis non tantum, uno solo excepto, mox responsa tuli officiosissima tam ad litteras a me ipso datas, quam ad percontationes ab aliis benevole susceptas, sed et nova eaque optima editionis a me parandae accepi subsidia. Quae enim, quod sciunt omnes, Celeb. **Gersdorfii** hisce in rebus est comitas, ne meimet quidem ipsius opus erat precibus, ut mihi transmitteret Lipsiensis bibliothecae librum manuscriptum, cui Bernardinam summam inesse mihi amicissimus **Haenelius** fuerat nuntius, nuntii comes ipse erat liber. Neque minorem, quin, quo inusitatior ibi esse fertur eiusmodi librorum manuscriptorum ad exteros transmissio, eo maiorem et iucundiorem Vindobonae expertus sum liberalitatem. Acceperam enim a Celeb. **Arndtsio**, non deesse bibliothecae Imperatorio-Regiae, quem quaererem Bernardi librum, neque de felici eventu prorsus esse desperandum, si de illo ad domicilium, quantumvis longinquum, mecum communicando eorum quis mihi extiterit precum intercessor et quasi fideiussor, quibus apud Imperatorem exterorum regnorum publicae res atque causae demandatae essent gerendae atque curandae. Quam petebam, licet sibi hactenus alieno haud mihi denegavit interventionem Illustr. **Heckscherus**, liberae civitatis Hamburgensis apud Imperatoriam aulam, qui dici solet, minister residens, eiusque votis, meo nomine benevolentissime ad summum rerum aulicarum eundemque bibliothecae praefectum emissis, tanta indulgentia atque facilitate respondit gratiosissimus et perillustris Dominus ac Princeps Liechtensteinensis, ut per tres continuos menses in aedibus privatis illo libro mihi uti licuerit.

Sic senario numero ultra Alpium montes servatam esse compertus sum Papiensis summam decretalium [45]), cuius ne unum quidem

[45]) Ne quis novas et frustraneas de ea instituat inquisitiones, eas bibliothecas Germaniae enumerare placet, quas ipsam non habere scio. Sunt vero hae: Bambergensis, Bonnensis, Erlangensis, Friburgensis, Giessensis, Gottingensis, Gryphiswaldensis, Heidelbergensis, Herbipolitana, Regiomontana, Rostochiensis, Wratislaviensis.

exemplar in auctoris patria cismontana superesse videtur, neque, solo excepto Parisiensi, ulla hactenus in aliarum terrarum bibliothecis mihi licuit reperire certa et fida vestigia. Etenim non semel quidem, sed bis, cum primae litterae eo fine illuc transmissae in itinere interciderint, periculum feci, num forte Sartiano-Vaticani quoque codicis, si non integri, certe in illis summae locis, qui maiores de vera lectione relinquerent dubietates, consequi possem collationem. Maximae hinc mihi et sunt et erunt gratiae habendae, cum **Leop. Wittio V. D. Cand. Caroli** quondam collegae semperque mihi amici filio, tum viro honoratissimo Dr. **Detlefsenio**, quorum ille, patre intercedente, lubentissime precibus meis se optemperaturum esse promisit, adversaque impeditus valetudine et redux in patriam amico et familiari suo istam provinciam demandandam curavit, hanc quasi hereditatem, licet onerosam, ex urbanitate sui animi sine ulla deliberatione adeunti in meum honorem et commodum. Quod vero illi Cod. Vaticanum Nr. 2692 quaerenti iamiam responsum tulerant bibliothecarum praefecti et custodes, in nulla earum adesse codicem, qui Bernardi exhibeat summam, id idem confirmaverunt alterius litterae ad me datae. Ni igitur forte sub uno eorum librorum latitet Bernardi opus, qui sub generali et vago titulo iuris canonici summarum in catalogis recensentur [46]), deperiit ille codex, ex quo Sartius nobis primus tradidit summae initium. Quem vero ad Papiensem non tam ipse refert, quam relatum esse a catalogi auctoribus **Blumius** [47]) commemorat in Veneta S. Marci bibliotheca obvium, hisce incipientem verbis: *Formavit Dominus hominem etc.*, is non nostri continet libellum, sed **Bernardi Parmensis** s. **de Botone**, glossae Gregorianae auctoris. Hunc enim non solum in glossis, quod sciunt omnes, adornandis, sed etiam in summa super nova decretalium collectione conscribenda aemulatorem, ne dicam spoliatorem, fuisse eorum, qui ipsum antecesserant decretalistae, res quidem est hactenus, quantum viderim, plane ignota neque ab ullo commemorata, tamen certissima. Adest inter libros Argentoratenses codex, sub signo A 116, qui his verbis tam in catalogis Haenelianis [48]) quam ab aliis laudatur [49]): „Summa super tit. decretalium; summa de matrimonio; Tancredus

[46]) Cf. **Blumius** l. c. p. 127 et p. 190. [47]) Ibid. p. 14 sub Nr. 25.

[48]) Cf. **Haenelii** catal. cit. p. 458.

[49]) Cf. **A. Wunderlichii** prolegomena ad Tancredi summam de matrimonio, Gott. 1841, p. III. et XVII. sub 7. atque **Fr. Bergmanni** praef. ad Pillii, Tancredi, Gratiae libr. de iudiciorum ordine, Gott. 1842, p. X. not. 42.

(rect. libellus mag. Tancredi) correctus per Bartholomaeum Paris. (leg. Brix.)". Quaerenti mihi, an forte nostra illi inesset summa, humanissime respondit **Iungius**, Argentoratensis seminarii professor et bibliothecarius, addita eiusdem libri designatione [50]), in ipso contineri quidem decretalium summam, sed hanc eius esse rubricam: *Incipit summa super titulis decretalium a magistro B. par. compilata.* Quod quidem agnomen haud recurrit ad finem summae, ubi haec tantum leguntur: *Explicit summa mag. b. super titulis decretalium;* sed quo distinctiores ex Viri optimi testimonio illae sunt litterae *par.*, nemini dubium erit, quin Papiensis nostri non sit ea quoque summa: *Formavit Deus hominem*, Compostellanorum vero neutri poterit assignari, utpote quorum antiquus summam scripsisse nusquam tradatur, sed nec Gregorianam collectionem, quae illi subest, vidisse videatur, iunioris vero in editis et scriptis libris habeamus commentarium sic incipientem: *Hactenus, ut loquar cum Seneca, ignorantiam meam ignoravi.* Nihil itaque reliquum est, quam ut ad Parmensem referamus eum libellum hactenus incognitum, quem in Argentoratensi et Veneto codicibus servatum, in altero illi ipsi adscriptum habemus. Eius ad meam hactenus pervenerunt notitiam aliarum bibliothecarum duo libri manuscripti, quos in Regiomontana [51]) extare ex litteris didici Celeb. **Zacherl**, qui illi praeest; sed proculdubio eius plures reliqui sunt. Videant ergo, quibus aliarum et exterarum bibliothecarum aut cura est demandata aut visendarum data fuerit opportunitas, utri Bernardorum, quae in illis vel sub Bernardi nomine vel eo non adiecto adsunt summae decretalium, sint vindicandae, quod quo certius possit diiudicari, recentioris summae et praefationem et titulum de reg. iur. ad codicis Argentoratensis fidem in Appendice placuit publici iuris facere, et cum Damasina, de qua inter utramque intermedia infra dicemus, summa componere. Egomet vero ipse, cum ex catalogorum titulis neque negare velim neque affirmare, sola in Germania Papiensem summam esse superstitem, hoc loco in enumerandis exterarum bibliothecarum libris illis [52]) subsisto,

[50]) Est Sec. XIV. et formae medianae, in duabus columnis lucidissime scriptus, sed scriptura summae minutior est multisque verborum compendiis lectu difficilior.

[51]) Alter Nr. 54 mediae formae, Sec. XIII., duarumque columnarum, alter Nr. 179 eius formae est, quae dici solet folio; in hoc Bernardina summa legitur fol. 58b—87b, in illo fol. 1—48, quorum tamen plura, scil. 5 et 35—36, deesse adnotavit Zacherus.

[52]) Sunt vero hi: 1) Atrebatenses duo, scil. „Bernardi summa super decretalibus Sec. XIV." 4° (**Haenelius** l. c. p. 34) et „Summa de titulis decretalium Sec. XIV." 4° (ibid. p. 46); 2) Andegavensis: „Summa decretalium Sec. XIV." fol. (ibid. p. 28); 3) Albiensis: „Summa decretalium." 12° (ibid. p. 16); 4) Colmariensis: „Summa decretalium Sec. XIV." fol. (ibid. p. 141); 5) Basileensis: „Decretalium summa." 8° (ibid. p. 555); 6) Lincolniensis: „Summa decretalium." 4° (ibid. p. 800); 7) Matritensis: „Decretalium summa" (ibid. p. 969). Qui inter Carnutenses (ibid. p. 126) refertur liber: „Bernardus in decretales," eum non tam Bernardi summam, quam apparatum continere, pro verisimiliori habuerim. Cuius vero et auctoris sit et temporis „**Gerredi** summa in decretales," inter libros Laodunenses (ibid. p. 176) obvia, utrum **Goffredi** scil. de Trano, an **Gerardi** Bononiensis, a Sartio (l. c. sub Nro. XL. p. 359) inter canonici iuris professores commemorati, in ambiguo mihi est relinquendum. Idemque valet, licet ipse librum viderim, de ea „Decretalium (scil. Gregorii IX.) summa," quam bibliothecae S. Bartholomaei Francofurtensis Vol. 132 continet. **Tancredo** ipsam falso adscribi in catalogo, iam monuit **Wunderlichius** in prolegom. ad Summam de matrim. p. III; sed nec **Bernardi** aut **Goffredi**, ad quem fortasse, meo quidem iudicio, ex litterarum forma posset referri titulus a seriori manu additus, hanc esse summam, ex eius libri cum Goffredino collatione certissimus sum, quae et ipsa tertium auctoris nomen, licet haud minus perplexum et obscurum, scil. **Mamfredi**, patefecit.

qui mihi videantur aut forte possint nostrae summae codicibus a me collatis accedere.

Quorum ad accuratiorem iam transiturus descriptionem, neque multa verba faciam de scripturae in singulis codicibus forma atque conditione, aut coniecturas de ipsorum aetate, inde potissimum diiudicandas; neque quidquam proferre libet de verbis per compendia scriptis, vel de singulis litteris pro more illorum temporum additis, geminatis, omissis, praefixis, intrusis, substitutis, et quae sint alia, in quibus codicum scribendi modus ab hodierno recedat saepissime. Etenim fere nihil inveni in libris a me adhibitis, quod aut eiusdem aetatis codicibus alienum sit aut inusitatius, et sicubi vel difficilior erat compendiorum solutio, vel dubius litterarum signatarum sensus, vel notatu digna singulorum verborum scriptura, ista omnia, quatenus communes typorum formae non obstarent, in notulis diligentius proponere haud neglexi. In universum itaque, dummodo lectionum varietates, quoties criticae artis suaderent regulae, ad litteram communicarem, approbatum iri licuit sperare, si summae contextum, quod et ab aliis factum esse video editoribus, fere per omnia ad eum, quo nos uti solemus, redegerim scribendi modum, qua in re, si quid forte committendo vel omittendo fefellerim minusve mihi ipse constans evaserim, benevoli lectores facile excusabunt. Quod vero ad scripturam pertinet eiusque indolem, cum me

artis diplomaticae minus esse peritum et sciam et profitear, placuit in tabula libello adiecta scripturae proponere specimina quam accuratissima atque fidissima, unde quisque, quid sibi de librorum manuscriptorum aetate atque qualitate videatur sentiendum, ipse poterit iudicare.

Sed nec de ratione, quam in recensendo Bernardi opusculo eoque in integrum restituendo secutus sim, ero longior. Omnes enim, quos adhibere mihi licuit codices, non mendis quidem carent aut lacunis, et vario modo in singulis verbis unus discrepat ab altero. Attamen cum in locis ab auctore laudatis, tum in ipsius orationis contextu et tenore mirifice atque ita inter se concordant, ut, quae forte in aliis aut plane deerant aut minus recta videbantur, fere omnia ex aliis restituere atque corrigere aut summa fiducia valuerim, aut aliqua me posse crediderim.

Qua in recensione locorum, ut de hisce primo agam loco, ab auctore laudatorum singula referre tam in verbis quam in numeris menda et lectionum varietates innumeras, nullius utique habui momenti. Pro more enim illius temporis Bernardus rarius sub numeris allegat locos, sed ipsorum fere ubique verba initialia affert; haec vero recte relata numeris corrigendis optime inserviebant, si mendosa et per librarios depravata, ex ipsis locis taediosissimas quidem, cum utriusque iuris libri essent revolvendi, sed facillimas admittebant emendationes. Hinc factum est, ut istiusmodi lectiones varias silentio transire habuerim pro regula, quam postponere non displicuit, nisi quoties minus esset certa emendatio, aut aliae subesse viderentur rationes, quae suaderent exceptionem. An vero harum quasi deviationum sufficiens semper mihi causa fuerit, iustumque in huius generis notulis tenuerim modum, benevolo relinquendum erit lectorum iudicio, qui nec ignoscere recusabunt, sicubi incuriosior fuerim erraverimve in locorum numeris ad hodiernas utriusque iuris corporum recensiones addendis, aut si forte iniuria hunc illumve locum minus ad rem facere dixerim vel frustra a me esse quaesitum.

Alia prorsus atque in locis referendis et rectificandis via incedere placuit in ipsius textus recensione efformanda. Codicum enim omnium nullus aut aetate, aut scripturae diligentia, aut lectionum praestantia, aut quae aliae criticis soleant et debeant esse principatus deferendi causae et rationes, ita ceteris praeeminere mihi videbatur, ut ipsum totius recensionis quasi fundamentum habere licuerit. Sed et, quod ipse viderim, eorum consensus, licet saepissime in singulis locis obvius, tantopere variat pro diversis, quin pro eisdem summae partibus, ut his illisve libris aut communem vindicare fontem, aut alterum ex altero derivare audacior mihi visa sit coniectura. Itaque approbatum iri

haud licuit sperare, si certorum codicum lectiones, dummodo consentirent inter se, semper et ubique aliorum contextui, qualisqualis fuerit, praeponendas curaverim, neque ab illis recesserim, nisi ubi ipsorum depravatio esset in aprico. Sed pro re nata mox hos, mox illos libros, quorum in singulis libelli locis veriores et rectiores mihi viderentur lectiones, inter tantam ipsarum varietatem sequi placuit. Aliquando enim ceteros omnes vel uni postponere haud dubitavi, in quo genuina auctoris verba superesse habuerim probabile; quoties vero, quae in singulis codicibus occurrebant variae lectiones, tolerabiles videbantur omnes, neque ulla ceteris melior, quod quam saepissime tum in verbis obvenit eiusdem similisve argumenti et sensus, tum in coniunctivis auxiliaribusque verbis additis omissisve, equidem, ni quid aliud e. g. eiusdem verbi iniucunda reiteratio obstaret, maiori librariorum numero palmam concedere optimum esse duxi. Quid quod vel grammatices regulas sine ulla postposuerim haesitatione, cum singularem tantum mihi liceret pro eo loquendi modo producere testem, qui illis magis conveniret? Sciunt enim omnes, quantopere in grammaticen peccare soleant vel meliores medii aevi scriptores, eiusque regulas ab ipsis saepissime vel in singulis negligi periodis, neque solum probabile est, sed et ab aliis praemonitum, librarios non in repetendis auctorum scriptis substitisse, sed haud raro pro ipsorum librorum sese gessisse correctoribus. Ne vero, quas ipse rectas habuerim, aliis obtruderem lectiones, nimiaeque in memetipsum fiduciae possem coargui, neve meliori aliorum sententiae praeiudicarem, factum est, ut omnes vel minutissimi momenti lectionum varietates in notis curaverim recensendas, prorsusque nihil, quod in codicibus obveniat, silentio praeterierim, nisi aut incuria aut casu.

Id vero de solius contextus recensione dictum esse scias. Nam in distinguendo atque interpungendo Bernardi sermone non tam codices, quam meum, qualecunque sit, iudicium eam potissimum ob causam secutus sum, quod paragraphorum signa et diversissime a diversis librariis et pro lubitu plane, quin irrationabiliter apposita esse vidi; neque operae pretium habui, quo loco et qualia huius generis signa in codicibus occurrant, lectores facere certiores. De his itaque id tantum monuisse liceat. Per omnes fere titulos, quae introductionis quasi loco Bernardus praemittit de quaestionibus exponendis, ab ipsarum explicatione curavi seiungenda, similiterque notabilia, quae adduntur, ab ea separavi; sed et, ni forte longiores exinde evasurae fuissent paragraphi, harum circumscriptionem numerosque, quos ipsemet addidi proprio

Marte, ex illis diiudicanda censui quaestionibus ab auctore praemissis; denique ipsa notabilia ita distinguenda et numeris insignienda curavi, ut singulae eorum paragraphi ad unam eandemque vel ad connexam pertinerent materiam.

His de recensionis ratione atque editionis indole praemissis, ad singulos codices, unde hauserim Bernardi summam, designandos et describendos me converto, quorum

1) Parisiensem, cum praeter deperditum Vaticanum solus hactenus fuerit cognitus, primo loco producere convenit. Ipsum equidem non vidi, sed descriptionem et collationem accuratissimas mecum communicavit optimae spei — id quod vel patri de eo licebit praedicare — iuvenis, Ricardus meus carissimus, cuius vixdum in patriam terram reducis, iam mihi erat, numquam ad patris domum sinumque reversuri, semper erit lugenda praematura mors. Hic dum autumno Anni MCCCLVII per aliquot hebdomades degebat Parisiis, ea diligentia, assiduitate atque industria, qua in omnibus erat i. e. summa, arduum et taediosum illius codicis cum Halensi libro comparandi opus perfecit, quod ad patris preces lubens, et tamen, utpote harum inexpertus rerum, haesitabundus, quin contra votum et voluntatem susceperat, neque certe fuisset subiturus aut perficere valuisset, ni ipsi Boeckingius meus et suasor extitisset et artis diplomaticae praeceptor benevolentissimus. Sic facili negotio felicique eventu ita perfunctus est illa provincia sibi demandata, ut ex ipsius schedis vel minutissimam Parisiensis codicis reddere possim rationem, interque Bernardinae summae recensendae curas libri illius manuscripti fere nullum, at quantum ipsius filii mihi natum sit desiderium.

Extat Summa in eo latinorum librorum manuscriptorum volumine, quod nunc iamque illius viri aetate, qui ante nos, scil. La Porte du Theil, de ipso egit, Nr. 3934 A signatum est. Priorum temporum liber adhuc fert notas; nam primum folium, praeter signa „bibl. regia“ et „Nr. 944“ lineis superductis deleta, etiam haec exhibet: „Cod. Colbert. 1568“ atque „Cod. regius 3894/7.“ Cuius vero olim fuerit codex et unde venerit Lutetiam Parisiorum, neque enarrat La Porte neque patet ex libro; inscriptionis enim super verbis: „Liber primus“ fol. 1 obviae solum initium: „Iste liber“ reliquum est, ceteris si non consulto deletis, certe non amplius perspicuis, cum magnas aquae lituras in illa libri parte subierit membrana. Omnium, quae isto varii argumenti et maximae formae volumine continentur scripta, agmen ducit Bernardi summa, inde a fol. 1 usque fol. 20ª. Quaternarum columnarum sunt singula

folia; lineae inter 56 et 65 variant, cum non solum primis in foliis earum sit maior numerus, sed et per totum librum quam saepissime infimis in columnis arctior occurrat scriptura. Deesse videntur custodes atque quaternionum numeri; ad superiorem vero marginem per totam summam adiecta est librorum designatio, hoc modo, ut prima pagina „LIBER PRIMUS“ rubro atque caeruleo eoque nitidissimo atramento sit superscriptum, in sequentibus vero foliis ad laevum „L.“, ad rectum „I. II. etc.“ occurrat eadem colorum alternatione, quam et initialia, sed ita exhibent, ut caeruleis litteris rubra sint addita ornamentula atque rubris caerulea. Titulorum rubricae maximam partem desunt, sed ipsis per totam summam spatium a librario relictum esse adnotat filius, cui, quae adsunt, haud eadem manu videbantur additae. Paragraphorum neque desunt signa, rubri, ut ipsae rubricae, coloris, neque interpuncta; sed tam eorum adiiciendorum quam uncialium usurpandorum summa adesse dicitur licentia, ne dicas libido. Lacunae, quarum semper ad marginem additam vides notulam, nec multae sunt nec magnae, rarioresque ad locorum laudatorum spectant numeros rectificandos; aliquando vero ipse librarius, ubi calamus fefellerit, aut suppunctando aut lineola superinducta aut additis signis textum emendandum rectamque verborum seriem restituendam curavit. Summae saepius, nec tamen ultra Lib. III. tit. 21 [53]), ad marginem adiecta esse diversarum manuum glossemata, adnotavit filius, sed non tanti habuit, ut ea describenda esse putaverit. Siglae an in hisce glossematis occurrant, unde et de eorum et de libri manuscripti aetate liceret coniectare, cum de eis taceat filius, equidem subdubitaverim, nec quae alia mihi obvenerunt temporis, quo scriptus fuerit codex Parisiensis, argumenta vel indicia. Nam quod in ipso contextu semel Clementis III. decret. *Nobis* [54]) laudatur, inde nullatenus sequitur, ut compilationem secundam tunc temporis iam in lucem prodiisse putemus; ipsis enim Bernardini breviarii libris novas decretales, prout singulae cuique innotuerint, fuisse adscriptas atque „extra titulos“ appositas, et probabile est, et comprobatur per eum ipsum, ad quem iam transeundum est, summae codicem.

---

[53]) Teste filio inde a tit. de pecul. clericor., qui et ipse non habet nisi unam notulam, unice ad tit. de haereticis (V. 5) eiusmodi occurrit marginale, quod an pro glossemate sit habendum, ille eo iustius addubitavit, quia fere iisdem, quibus ipse Bernardus, verbis exponit: *„quod haereticus dicitur variis modis; primo modo dicitur de eo, quicunque etc.“*

[54]) Plura extant huius initii capitula in Comp. II, scil. c. 2 de iure patron., c. 6

2) Codex Halensis, membranaceus, in folio maiori, olim Halberstadiensis, nunc Ye 80 signatus, praeter summam Bernardi breviarium idque glossatum exhibet, et decretalium exinde emanatarum appendicem.

Ipsa compilatio, cuius utpote prius scriptae primo loco danda videtur descriptio, eorum foliorum 96, quae nunc libro continentur, explet 86. Sed deesse tertium quaternionem, cum ex libri compagine patet, tum ex custodum quaternionumque interrupta serie atque ex compilationis textu; nam desinit fol. 16 medio in cap. un. de ordine iudiciorum (II. 5) verb. *quendam in virum*, atque incipit fol. 17 verb. *aliqua stare* c. 4 de appellationibus (II. 20). Folia, quae in fronte gerunt „L. I. II. etc." duarum omnia sunt columnarum, hae vero 45 linearum, nisi sicubi librarius, ex incuria uno alterove capitulo aut in totum omisso aut pro parte [55]), breviarii textum in inferiorem marginem protendere debuit. Quae in Augustiniana editione praefationem antecedit inscriptio: „Breviarium extravagantium Bernardi Praepositi Papiensis" atque „Liber I.," ea in Halensi libro desideratur; reliquorum vero librorum et titulorum adsunt rubricae, omnes rubro colore, quo et caeruleo in singulorum capitulorum inscriptionumque litteris initialibus alternatim usus est miniator. In fine totius compilationis, quam cum edita accuratius conferendi otium mihi denegatum erat, ab ipso additum legimus: „Expliciunt decretales infra titulos," nulloque interiecto spatio intermedio, sed praemissis his verbis: „Incipiunt decretales extra titulos," inde a fol. 87 usque ad libri finem sequuntur diversorum Pontificum Romanorum 85 decretales. Earum 72 priores eodem atramento et eadem manu, quibus ipsa summa, conscriptae esse videntur, quae vero sequuntur, aliis; ultimae vix legi possunt, cum scriptura in novissima pagina paene detrita sit. Paucas si exceperis, hae decretales omnes in compilationibus secunda et tertia recurrunt. Ad illam prae primis

de sponsal. et c. 9 de simonia. Eorum quidem solum c. 6 Clementi adscribitur in editis; sed in Pontificum nominibus adiectis tanta est Codd. varietas, ut sine ulla haesitatione illud Parisiense emblema ad c. 2 cit. retulerim, quippe quod, licet Alexandri III. ferat nomen, aliquatenus ad rem faciat, de qua egerit Bernardus.

[55]) Haud saepe, nec nisi ad finem columnarum, eiusmodi lacunas animadverti. Sic e. g. adest quidem inscriptio cap. *Consuluit* (27) de appell. (II. 20), sed deest ipsa decretalis; in cap. *Reprehensibilis* (c. 42) eod. exciderunt verba intermedia: *praemissa . . . . . commonitione;* in tit. de commodato (III. 13) sub inscriptione cap. 1 occurrit cap. 2, sed mox addidit librarius huius inscriptionem illiusque contextum.

pertinent, quae sub Nr. 1—53 leguntur Alexandri III. (12), Clementis III. (26), et Coelestini III. (15), non vero ex Pontificum serie digestae, sed aliae mixtae aliis; harum tres tantum easque Clementinas frustra in editis quaesivi [56]). Sequuntur deinde Innocentii III. decretales 19 continuae, tertiae fere omnes [57]) compilationis, quibus 13 tam eiusdem quam illorum Pontificum additae sunt mixto ordine. Earum enim 7, scil. Nr. 73—76. 79. 80 et 82 in secunda extant, scil. Alexandri III. (Nr. 75) et Coelestini III. (Nr. 73) singulae, quinque vero Clementis III. (Nr. 74. 76. 79. 80. 82); ex tertia i. e. Innocentina adsunt 5, scil. Nr. 78. 81. 83—85; in neutra recurrit, quae sub Nr. 77 affertur, hanc exhibens inscriptionem: „Innoc. III. Credonensi Epo." atque huius initii: *Officii nostri debitum et sollicitudo requirit etc.* Hinc satis apparet, novas decretales, utpote in Bernardino extravagantium quasi corpore non clausas, mox ipsi esse adiectas, nec tamen, prout emanaverint, sed eo et tempore et ordine, quo cuiuslibet venerint ad manus, neque esse mirum, si quae falsae et corruptae, quin suppositiae in eiusmodi Breviarii appendices, indeque in compilationes mox natas irrepserint, et authenticarum quasi collectionum excitaverint desiderium. Quod an de Halensi quoque codice dicere liceat, incertus sum, quippe qui multifariam quidem eius litteram ab editarum decretalium contextu discrepare viderim, utriusque vero nonnisi fugitivam instituerim collationem; sed totus consentio **Phillipsio**, istius appendicis quasi geminam, in Breviarii codice Monacensi nobis servatam, ut quis

[56]) Adsunt in Cod. sub Nr. 35—37; prima, haud inscripta, sic incipit: *Per tuas nobis litteras indicasti, quod ei qui tuus compater etc.;* alterius „confessori Salesburensi" transmissae hoc est initium: *Ex litteris tuae dis(cretionis) accepimus, quod cum G. a te poenitentiam postulasset etc.;* tertia „Cassibñ. archiep." destinata sic incipit: *Cum ad sedem apostol. et infr. Super hoc itaque tua prudentia etc.* Quae sub Nr. 41 his verbis: „Idem (scil. Alexander III.) Paduano episcopo" proponitur decretalis *Intelleximus ex litteris tuis etc.*, in Comp. II. haud obvia, eadem est atque c. 9 de iudic. Comp. I., quod in pluribus libris MSC. Alexandro III. adscribi iam notavit A. Augustinus.

[57]) Haud mihi licuit invenire, quas Cod. sub Nr. 64 et 70 exhibet; ibi enim sub inscriptione „Idem" occurrit haec decretalis: *Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod H. de Scto. Stephano etc.*, altero loco sub inscriptione: „Innoc. III. archiepo Sennōn." haec: *Audivimus quod ven. fr. noster Ep. Carnotum ita quandoque sequatur etc.* Quae sub Nr. 71 occurrit inscripta: „Idem Acōn. Siccōn. Berieñ. Biblieñ. Epīs." verbotenus, licet non sub Innocentii nomine, adest in c. un. de parochiis (III. 16) Comp. II.

diligentiori inquisitioni subiiciat. Equidem vero iam hanc rem mitto, utpote meis propositis alieniorem, neque tam diu in ista Halensis codicis parte designanda substitissem, ni mihi inde de eius aetate aliquod datum esse videretur argumentum. Quae enim ibi Innocentii III. epistolae primo loco i. e. sub Nr. 53—72 extra titulos adscriptae sunt, ad eas omnes a Richtero in eius C. I. Can. editione A. 1198 et 1199 appositos video, eisdemque annis idem vindicat, quas illis superadiectas esse probat atramenti diversitas, ea sola excepta, quae penultimum in Cod. Halensi occupat locum, scil. c. 6. Comp. III. sive c. 27. X. de officio iudic. delegati; cui cum Richterus adscripserit A. 1204, coniecturae fortasse haud denegandus videbitur locus, librum Halensem, si non ipso vergente duodecimo seculo, certe haud multo post esse scriptum.

Bernardi summam, ut ad hanc accedamus, in Halensi libro ad infimam marginem singulis titulis ita videmus subscriptam, ut, quantum fieri potuerit, sub uno obtutu eorum et littera et summa pateat, sed et magna huius pars cum illa exciderit planeque desit. Prout enim aut haec aut illa maioris erat ambitus, mox per aliquas pagellas vacuam librarius reliquit marginem, mox summae textum, aut insolitis adhibitis scribendi compendiis, aut per linearum additionem litterarumque formam multo minorem in angustiores fines contraxit. Idem, qui Breviarium, summam haud videtur scripsisse; multo recentioris vero aetatis non existimaverim scripturam, de qua amplius non habeo, quod moniturus sim, nisi titulorum rubricas et paragraphorum pro libitu omissorum additorumve signa per totam summam rubri esse coloris, singulorumque titulorum litteras initiales ad marginem quidem esse a scriptore indicatas, a miniatore vero nusquam impictas.

Superiorem lateralesque margines fere explet glossarum magna copia, quas inter Bernardi nostri esse complures mox videbimus. Compilationi ipsas adscriptas esse iamiam capto, sed nondum executioni mandato subscribendae summae consilio, inde augurer, quod nullas ad inferiorem marginem, licet multis in foliis vacuam, additas viderim; sed non eodem omnes adscriptas esse tempore, licet scripturae diversitas non dissuadeat, inde haud leve mihi datum videtur argumentum, quod glossarum ad latus positarum finis saepe in summo paginae occurrit. Ipsarum indoles, quam brevissimis tetigisse satis habeo, varia est. Nam in aliis remittitur tantum ad alia capitula, ubi, quae notatu digna videantur, iam exposita sint vel possint quaeri; aliae aut iuris civilis aut Decreti et Decretalium afferunt locos, et quidem ita, ut comprobatoriis opponantur, qui contra sint videanturve,

et mox plerumque addantur solutiones; aliae ad singulorum verborum spectant interpretationem, neque tam, quid iuris sit, tractant, quam res grammaticas, historicas, geographicas [58]); in aliis, quae in illorum temporum schola nuncupari solebant, notabilia, generalia et brocardica videmus posita; aliae denique aut distinctiones exhibent aut quaestiones, mox breviores, mox longiores.

Saepius istis in glossis, tam ad notularum finem quam mediis in verbis, occurrunt siglae *b* aut *b'* aut *b^*. Hae quin ad nostrum referendae sint Bernardum, quem super Prima glossas fecisse refert **Ioannes Andreae**, eo minus quis in dubium revocabit, quod hac ipsa littera in summae inscriptionibus auctorem videmus designatum, neque alium habemus eius temporis glossatorem, cuius nomen illa incipiat; eandemque in compilationis primae glossis occurrentem ab aliis ad Papiensem video sine ulla haesitatione relatam [59]). Sed et non signatarum has illasve Bernardinae esse originis, eam ob causam pro verisimili habuerim, quod ipsarum aut sensus aut littera iis prorsus concordant, quae in summa leguntur [60]). Nec tamen omnes venditaverim pro Ber-

---

[58]) Sic, ut aliquot afferam exempla, ad c. 10 de verb. signif. (V. 36) v. *parte ablata* exponitur locisque comprobatur allatis, quid sit prosopopoeia, aphaeresis, synecdoche, pleonasmus etc.; ad c. 21 de election. (I. 4) v. *apocrisiarius* haec vides notata: *i. e. secretarius; nam qui virgo dicitur in hebreo alma* (sic!), *in greco apocrisa, in latino secreta;* ad rubr. c. 2 de renuntiat. (I. 5) adiicitur: *Lundenensis ecclesia est sedes archiepiscopalis in Dacia* (sic!), ad v. *apud monasterium* c. 4 eod.: *quod est cella S. Nicholai ecclesiae.*

[59]) Benevole mecum communicavit **Foeringerus**, duobus in Breviarii libris MS. Monacensibus, scil. Fris. 152 et Aug. eccles. 179 plures obversari glossulas eiusdem siglae, quas et ipse Bernardinas habet. Similiter **A. Augustinus** ad nostrum traxit, quoties in Tancredi aliorumve recentiorum interpretum glossis, quae varias doctorum afferunt opiniones, litteram B. viderit recurrere, Papiensique vindicat, quam ad c. 1 de commod. (III. 13) ex antiquis scholiis profert glossam, B. signatam: *Haec et alia quae de textu Pentateuchi huic inserui volumini ad hoc apposui, ut sciatur, quid de talibus fuit in veteri lege statutum, non quod omnia credam ad litteram esse servanda, ut Di. VI. § ult.*

[60]) Verbotenus enim, nisi quod *Ricardus* loco *Bernardus* legitur, ad tit. de V. S. recurrunt, quae in eiusdem tituli Summa de variis modis significandi proferuntur (v. infra pag. 278). Similem concordantiam invenies, si quae ad c. 1 de precariis (III. 12) notantur de ipsarum speciebus, ad c. 3 de sepult. (III. 24) occurrunt de sepulcris eligendis, ad c. 2 de adulteriis (V. 13) proferuntur de marito ab accusatione repellendo, cum Summa decret. (v. infra pag. 78. § 3. pag. 102. § 4 et pag. 188. § 4) contuleris.

nardinis, id quod **Bickelius** de Fuldensis codicis glossis fecisse videtur, quarum passim, nisi quam aliam siglam ipsis invenerit adiectam, in Bernardi summa quaesivit fontem [61]). Parvi quidem habeo, quod paucarum tantum glossarum Bernardum auctorem esse dicit Ioannes. Uti vero in Halensi saepius iis, quae siglam istam exhibent, additae sunt notae alium interpretem redolentes, e. g. „hoc intelligo", vel „sed ego etc.", vel „credo autem", vel „credo meliorem", sic et quandoque correptum videmus Breviarii auctorem, quod non litteraliter receperit, aut quod non reiecerit hanc illamve decretalem [62]); semel Papiensis vel expressa fit mentio [63]). Aliarum glossarum, an unus idemque sit auctor et quis, nolo decidere. Nam aliae siglae nusquam inveniuntur; pluries vero hisce in glossis ad distinctiones remittitur, quas earum auctor ipse fecerit ad Gratiani decretum [64]), neque solum hoc modo aliorum opiniones referuntur: „dicunt alii", „respondent quidam", „multi fatentur", „secundum quosdam", „exponunt magistri" et quae sunt similia, sed et plurium occurrunt nomina, tam legistarum [65]), ut Bulgari [66]), Ioannis Bassiani [67]), Alberici [68]), Aldrici [69]), quam canonistarum [70]). Horum ex numero quam saepissime laudatur **Hugo** sive **Huguccio** [71]); siglae vero **Ioannis**, sive Teutonicus [72]) sit sive, quod ipse crediderim, Faventinus [73]), **Baziani** [74]), quem [75]) an eundem cum

[61]) Vide supra not. 26. Quam fallax sit ea argumentatio, qua usus est vir clarissimus, is ipse comprobat locus, quem ex Fuldensibus glossis attulit de verborum *rogare, derogare etc.* significatione; nam in summa sua Bernardus ne alludit quidem istam distinctionem. Sed nec ea, quam not. 59 dedimus, de legis Mosaicae auctoritate glossa litteraliter summae textui respondet, et prorsus deest in Cod. Halensi.

[62]) Ad c. 2 de divortiis (IV. 20) rubricam haec occurrunt: *Hoc c. originaliter satis retinetur sensus, verba tamen multum sunt variata et intercisa, ut per originale patet,* ad c. 4 de purg. canon. (V. 29) v. *quotiens* ista: *Hoc c. positum est pro palea C. II. qu. 5,* ad c. ult. eod. v. *in probatione* haec: *Per hoc verbum probo, quod hoc cap. non facit ad titulum.*

[63]) Cf. gl. *Praesenti* ad c. 1 de iudaeis (V. 5): *Hoc cap. positum est pro palea Di. LIV.; circa finem textum corrupit et mutavit Papiensis, ut ibi patet ex littera.*

[64]) Cf. gl. *Non suo* c. 3 de poenitent. (V. 33): *Suus autem iudex efficitur non suus pluribus modis, ut plenius dixi C. III. qu. 6 in distinctione ibi posita;* gl. *Accepta* c. 1 de voto (III. 29): *Nota hic compensationem voti ad melius admittendam, quod in Dist. plene notavi, quando admittatur compensatio, Di. LV. Si evangelica* (c. 13); gl. *Exilium* c. 2 de accusat. (V. 1): *Exilium distingue, ut in summa distinctionum scripsi C. II. qu. 1 In primis* (?); gl. *Prohibetur* c. 3 de usuris (V. 15): ..... *ut plenius distinxi C. I. qu. 7 Multorum* (?).

[65]) Horum de vita scriptisve ad **Savinium** (Gesch. d. R. R., Tom. IV. p. 69 (75) sq., 194 (225) sq., 240 (289) sq.) lectores remisisse satis erit.

[66]) Gl. *In ore duorum* c. 10 de testam. (III. 22): *Propter hoc verbum dixit Bulgarus, maiorem numerum ex necessitate exigendum et leges contrarias esse per evangelium abrogatum, et pium est, nos hoc idem fateri; dicunt tamen quidam, quod hic numerus est exclusivus minoris numeri et non maioris, unde etc.*

[67]) Gl. *Delegare* c. 7 de off. iud. deleg. (I. 21): .... *Cod. de iudic. Auth. Ad hoc. Sol.: Intelligit iob illud, cum quis cognitionem causae delegat, sibi sententia reservata etc.*

[68]) Gl. ad c. 2 de consuet. (I. 2): *Albericus autem dicit, ibi admitti consuetudinem contra legem, ubi pactum speciale admitteretur.*

[69]) Gl. *Bonis* c. 13 de V. S. (V. 37): .... *dicit Aldricus, quod bona temporalia sunt loci muro conclusi.... Alii dicunt, quod universitatis illius loci; at ego credo cum Mag. Hug., quod sint res Dei.*

[70]) Id quoque adnotasse iuvat, cum alias neque ipse viderim neque adnotatum legerim, in gl. *Servos* c. 6 de iudaeis (V. 5) *ius canonicum,* i. e. Decreti, distingui a *iure decretali(um?).*

[71]) Singulas, quae eum commemorant, ad litteram referre glossas, longius esset, recensere tantum, pro inutili habeo. De ipso auctore, natu Pisano, Ferrariensi tandem episcopo, et de eius summa Decreti, praeter **Diplovataccium** l. c. Nr. 48. fol. 152. 53 et **Sartium** l. c. Nr. XIII. p. 296 sq., praecipue cf. **Maassenii** Beiträge etc. pag. 35—44, quibus id solum addere placet, Hugotionis sub nomine inter libros quoque Atrabatenses, Colmarienses et Rothomagenses (cf. Haenelius l. c. p. 39. 141. 426) Summam esse servatam, apud Blumium vero (l. c. p. 33) inter libros capituli Veronensis recenseri „Hugonis, primi glossatoris decretorum, super libros decretalium" aut summam aut commentarium, cuius iam mentionem factam video a Diplovataccio.

[72]) Cf. **Diplovataccius** l. c. Nr. 66. fol. 165b et **Sartius** l. c. Nr. XXII. p. 326 sq.

[73]) Ad c. 15 de appell. (II. 20) v. *iniectionem* hanc codex exhibet glossam: *Ar. contra hoc, quod dixit Gratianus C. XI. qu. 3 § Evidenter, et contr. Io. et Bas., qui dicunt, quod vapulator clericorum tantum ipso iure privatur a communione sacramentorum, non autem fidelium etc.* Celerum de eius quoque Summa celeberrima equidem, ad **Diplovataccium** l. c. Nr. 35. fol. 148b (qui ipsum e gente Faventina de Caballeriis fuisse dicit), **Sartium** l. c. sub VII. p. 289 et **Maassenium** l. c. pag. 25 sq. lectores remissurus, nil habeo, quod moneam, nisi quod Remensis etiam et Matritensis bibliothecae (cf. Haenelius l. c. p. 40 et 970), licet sub corrupto Facentini et Favorini nomine, illam continere videntur.

[74]) Cf. gl. *Obsequio* c. 11 de homic. volunt. (V. 10): ..... *hoc intelligo de homicidio corporaliter post baptismum commisso, nec legi cum aliquo tali dispensatum, et in hoc dico cum Bas.; sed Hug. distinguit ut Di. L. Saepe hi qui,* et gl. *Excommunicatos* c. 14 de sent. excomm. (V. 34): *Quoad colloquium et cibum et omnia, non obstante sententia Basiani et Gratiani, ut C. XI. qu. 3. § Ut evidenter.* Antiquarum collectionum in scholiis (cf. A. Augustinus ad c. 4. de divort. et c. 1 de accusat. Comp. I.), et in decreti decretaliumque glossa ordinaria, et apud alios Baziani saepissime fit mentio (cf. **Goffredi**

Ioanne Bassiano reputare debeant necne, adhuc certant doctores, **Martini**[76]) aliorumque[77]) semel tantum bisve occurrunt, et solius Hugonis nomini additum vidi magistri epitheton. Atvero sufficiant ista de Halensis libri glossematis. Accuratius de ipsis disquirendi eius erit provincia, qui votis de nova Breviarii editione paranda a me supra emissis fuerit satisfacturus. Equidem id solum putavi esse meum, ut quas glossas Bernardinae originis esse sigla *b* aliquatenus comprobaret, in Appendice inter cetera Papiensis scripta hactenus et inedita et incognita in lucem prodire iuberem fere omnes. Nec vero ab Halensi codice recedo, nisi id ultimo loco de ipsius aetate admoniturus, in glossis me Innocentinarum decretalium ne unam quidem, plures vero tam Clementis III. quam Coelestini III.[78]) vidisse allegatas, has vero fere nusquam[79]) sub titulorum rubricis, sed solo adiecto Pontificum

Summa decret. III. 6. § 1, IV. 11. § 1, **Ostiensis** lectura ad I. 40. 3. § 3, III. 6. 4, V. 12. 12, **Roffred. Benev.** sup. iure pont. P. II. rubr. qualiter form. lib. § 2).

[75]) Ad eundem referenda mihi videtur sigla *bar.*, aliquoties e. g. in gl. *Benedici* c. 1 de secundis nupt. (IV. 22) tam Halensibus in glossis, quam in ordinariis e. g. in gl. *Sed multorum* Di. XCV., et gl. *Octo menses* c. 2. X. V. 25 obvia. Adnotat enim Sartius l. c. sub X. p. 292 sq., in manuscriptis libris siglam *Baz.* legi, ubi in editis *Bar.*

[76]) Cf. gl. *Iudicium* c. 3 de iudic. (II. 1): *Dico cum Martino ordinarium recusari posse et mecum dicunt canones.* — Martinus, cuius nominis umquam fuisse decretorum glossatorem **Sartius** negat in vita Melendi (l. c. sub XV. § 1. not. c. p. 305), licet in glossa ordinaria eius occurrat sigla et nomen, apud **Ostiensem** (cf. lectura ad c. 4. § 9. X. de consuet. et c. 1. X. de schismat.) mox Hispani, mox Zamoriensis sub nomine commemoratur.

[77]) Ad c. 3 de iuram. calumn. (I. 34) praemissa littera *G* hacc occurrit glossa: *Ad preces Dom. G. commotus, dico causam ecclesiasticam aliam meram civilem, aliam mere spiritualem, aliam mixtam. Mera civilis est, quae etc. etc.... Haec causa brevitatis dicta sufficiant, ubi quamvis exempla singula non ponuntur, species tamen sufficienter exprimuntur.*

[78]) Sic e. g. in gl. *Aliam* c. 1 de reb. eccl. non alien. (III. 11): .... *ut dicit Clem. III. Ad quaestiones* (c. 2 de rer. perm. in II.), in gl. *Promulgavit* c. ult. qui filii sint legit. (IV. 18): *Sed male, ut Clem. III. c. In praesentia* (c. 3 de sponsal. in II.), in gl. *Remanere* c. 18 de simonia (V. 2): *Clem. III. Nobis* (c. 9 eod. in II.); *contr. infra C. I. qu. 5 c. ult. etc.*, in gl. *Iocosa* c. 2 de sent. excomm. (V. 34): .... *Clem. III. c. Universitatis* (c. 13 eod. in II.), et in gl. *Sustinere* c. 7 eod.: .... *infra extr. Universitatis ....; quidam contendunt, quod mandator incidat in canonem, quibus ego consentio. Dicit tamen mag. Hug. quod non; .... et illi consentirem, si Coel. III. non contradiceret.*

[79]) Sola in gl. *Voluntate* c. 8 de decim. (III. 26), quae siglam *b* non habet, his verbis: *ut infra eod. Ex parte* laudatum esse vidi c. 10 de decim.

nomine, unde satis patere aut certe verisimile esse crediderim, eas decretalium compilationes, quae praecedebant Tertiam, quo tempore compositus sit codex Halensis, si iam natas, ignotas adhuc fuisse ea in Germaniae parte, quae eius fuisse videtur patria terra.

3) Ex bibliotheca Regia **Monacensi** tribus mihi uti licuit summae libris manuscriptis. Eorum prior ad me pervenit eamque ob causam primi notulam accepit

a) **Patavinus**, qui olim erat monasterii canonicorum regularium ordinis S. Augustini ad S. Nicolaum prope Pataviam siti ad Oeni ripas, nunc inter latinos codices Regiae bibliothecae est Nr. 16083, inter libros S. Nicolai[80]) Nr. 83. Ante viginti iamiam annos notitiam eius et habuerat et dederat Ill. **Pertzius**[81]); Bernardi vero cum Faventini cognomen inusitatius sit, aut ipsa notitia, aut id certe omnes hactenus fugisse videtur canonistas, quod ille codex intra Germaniae fines Papiensis summam nobis servavit. Est ille liber formae, quae dicitur in folio, minoris. Quatuor prima folia si addideris, quorum primum praeter codicis inscriptiones nihil, quartum varios tantum diversarum manuum lusus penicilli, alias quoque passim in codice obvios, exhibent, secundum vero et tertium cum Fridericianam constitutionem pacis A. 1235 teutonico sermone, de quo ad Pertzium remitto lectorem, tum privilegium a Leopoldo Duce A. 1221 civitati .. (nescio, cui) concessum[82]), nunc codex 77 constat foliis; sed aliquando eorum multo plura continuerat, quae inter folium 4 et 5 non tam excidisse, quam consulto demta esse, iam ex primo libri patet adspectu. Incipit summa in folio 5ª, explicit in altera folii 36ª columna, eamque, nullo fere intermedio spatio, „Casus magistri **Ricardi**" excipiunt, de quibus infra quaedam proferam. Inde vero a fol. 52ᵇ quam plurimae sequuntur variae, tam theologici et moralis argumenti quam iuridici, incerti auctoris et temporis quaestiones, quarum novissima non est integra servata; in prima enim ultimae paginae columna his explicit verbis: *item in eodem,*

[80]) Pluries haec in codice occurrit inscriptio: *Iste liber est monasterii S. Nicolai Pataviae canonicorum regularium* (fol. 1ª add. *ordinis S. Aug.*), similisve, e. g. fol. 77ᵇ: *Iste liber pertinet ad S. Nicolaum*, atque fol. 1ᵇ: *Iste liber est ecclesiae S. Nicolai Pataviae.*

[81]) Cf. Monumenta Germaniae historica, Tom. IV. (Legum Tom. II.) p. 571.

[82]) Ad marginem adest notula, in Ephemerid. Vindob. Tom. XXXIX. p. 15 sq. istud privilegium esse ab Hormayero publicatum; in ipso codice civitatis nomen consulto videtur esse deletum, neque illum librum mihi adire licuit.

et quae in altera columna extant, a recentioribus, quod mihi videtur, neque omnia ab iisdem adiecta manibus, haudquaquam spectant ad ipsos libellos in codice nobis servatos. Inter Summae, Casuum et Quaestionum scripturas nulla interest diversitas, quin et media inter ista adnotata haec occurrunt: *Explicit hoc totum per manus Iht;* quis vero fuerit totius libri scriptor, et an forte idem atque is ipse Dominus s. Magister Ioannes, cuius pluries, et semel quidem adiecta sigla *Hilden.*, notulae illae faciunt mentionem, in illiquido est. Bernardi ex opusculo totus codex iam pridem accepit nomen, cum in compagine litteris vetustissimis atque fere extinctis legamus haec: *Sua M. Bh̄. sup. decretal.*, atque *E liber quartus;* recentior est eaque falsa, quae summo in dorso occurrit signatura [83]): *Bernar. Circa ep̄. fav. collectio.* Columnis binis, maximam partem 52 vel 53 linearum, scripta est summa; librorum numeros a librario vel miniatore ad marginem nusquam videmus designatos, atque desunt quaternionum custodes; librorum titulorumque rubricae tum intra lineas, tum ad marginem adsunt, omnes rubro colore, quo et titulorum initialia atque paragraphorum signa impicta sunt. Additiones codex exhibet quam plurimas, tam interlineares quam marginales. Earum minima pars ab ipsius codicis librario videtur adiecta, qui lacunis mendisve medelam hoc modo curaverit adhibendam; ceterae omnes alium, sed unum eundemque habent scriptorem, id quod tam ex litterarum forma coniicere licet quam ex atramento, eo, quo textus summae conscriptus est, multo pallidiore. Harum additionum, quae rariores inde a Lib. III., nullae post tit. de sponsalibus adsunt, utrum is ipse sit auctor, qui eas Bernardinae summae adscripsit, an vero hic eas aliunde desumserit et quibus ex scriptis, cum mihi primum obvenerat codex Patavinus, eo minus enucleare valui, quo maiorem scriptura multimodis verborum compendiis scatens legendi praebeat difficultatem, neque ullae, quod viderim, occurrant veterum glossatorum siglae. Nunc vero, inspecta interim, licet obiter, **Damasi** summa, non quidem pro certo habuerim, sed pro verisimillimo, inde esse illorum quasi glossematum partem maiorem depromptam. Nam quae praefando Damasus profert, ea fere verbotenus, licet non uno tenore, sed ad diversa prooemii Bernardini verba redeunt in Patavino codice [84]), eandemque originem ea redolent, quae post tit. de renunciatione occurrunt de usu pallii, similiterque quae de officio vicarii ante tit. de officio iudicis delegati addita videmus. Quae coniectura an et quatenus recta sit, equidem aliis, quibus opportunitas data fuerit accuratioris collationis inter codicem nostrum atque Damasinam summam instituendae, relinquo indagandum, id unum monens, antiquarum compilationum (ad has enim Damasus semper adiectis verbis „Lib. II.“ vel „Lib. III.“ remittit, quoties decretales Bernardino breviario recentiores afferat) nullam mihi istas additiones perlustranti obvenisse commemorationem. Iam vero cum ipse Damasus non tam reformator, quam plagiator fuerit Bernardini opusculi, quippe ex quo, si, quae aut eiecerit consulto aut immutaverit aut addiderit, locos inprimis novarum compilationum allatos novorumque exceperis titulorum summariam expositionem et novum prooemium, ad litteram fere desumta sint omnia, quae pro suis venditat Damasus auctoris nomen reticens, operae vix pretium habendum est, ut quis ipsas illas additiones earumque originem enucleandi taediosum in se suscipiat laborem [85]). Aliorum, quos nobis bibliotheca Monacensis subministravit libros manuscriptos,

[83]) Huc retulerim Nr. XCV infimo in dorso occurrentem, quo (non vero 83) Pertzius codicem Nicolatinum signatum esse refert.

[84]) Sic enim ad v. *In cuius exordio* supra linea additum est *quid ius sit,* signoque subiecto ad marginem remittitur, ubi ea sequuntur, quae summae Damasinae (cf. App. sub V.) exhibet praefatio: *Est autem ius ars aequi et boni etc.;* aliaque in notula, praemissis his verbis: *notandum quod,* verbotenus recurrunt, quae Damasus de compilationibus decretalium *post compositionem decretorum etc.* factis enarrat.

[85]) Summae, quam Damasum super primam compilationem fecisse refert Ioannes Andreae, praeter tres codices a **Wunderlichio** (cf. Eiusd. Anecdota ad processum, Gott. 1841, proleg. p. 36) designatos, Lipsiensem scil., Basileensem atque Oxoniensem, et praeter Venetum, quem inter libros bibliothecae S. Marci **Blumius** (l. c. pag. 14 sub 25) commemorat, Berolinensis quoque bibliotheca Regia possidet librum MS., membranaceum, fol. MS. Lat. 249., Sec. XIII. a **Savinio** (l. c. Ed. II. Tom. IV. p. 166) iamiam commemoratum. Quo nuper inspecto, mox vidi, non tam ad Bernardi, quam ad tres priores compilationes pertinere hanc summam. Etenim decretalibus citatis non tantum saepissime additur „Lib. II.“ vel „Lib. III.“, sed nec titulorum series et rubricae Bernardinis per omnia respondent. In libro primo hos intersertos vidi titulos: de postulatione praelatorum, de usu pallii, de scrutinio faciendo, de officio vicarii, quos apud Bernardum aut frustra quaesiveris, aut non summatos inveneris. Ad finem vero opusculi, scil. Bernardini, i. e. post tit. de reg. iur. redit Damasina ad complures priorum librorum titulos, omnes in tertia compilatione obvios, suo autem loco, quia Bernardus eorum non dederat summam, silentio praetermissos a Damaso, quibus, cuius libri sint, manu recentiori ad marginem passim adiectum videmus. Sunt vero isti summae tituli additionales hi: de translat. praelat. (I. 5), ut lite non contestata etc. (II. 3), de confessis (II. 10), de exception. (II. 16), ut sede vacante

b) Benedictoburanum paucioribus licebit absolvere, qui, cum antea fuerit monasterii, quod in civitate Suevici circuli dicta Blaubeuren olim possederat Ordo S. Benedicti, inde et nomen et specialem numerum, scil. 92, inter libros illius bibliothecae servavit, quorum nunc Nr. 4592 est inter latinos codices. Hic enim quas primo loco exhibet Institutiones Iustiniani pulcherrime scriptas, earum iam diu habemus descriptionem [86]); neque tempus terere libet in iis specialius designandis, quae Bernardi summam inde a fol. 118 usque ad fol. 207 sequuntur binae excerptorum ex apostolorum et synodorum canonibus atque ex patribus collectiones, in 250 et 300 capitula distinctae. Medio in libro i. e. fol. 76—117 occurrit Bernardi summa, binis 48—50 linearum columnis scripta. In singulorum foliorum summa margine librorum numeros pro illorum temporum more videmus designatos, titulorum vero rubricas earumque initialia et signa paragraphorum rubro colore aut eo alternatim inscripta, quem glaucum potius, quam viridem maluerim nuncupare caeruleumve, quo in tabula libello nostro adiecta uti placuit. Adsunt marginalia, non omnia eiusdem manus, sed omnia parvi momenti, cum aut textus tantummodo afferant correcturas, aut paucis referant, quid insit locis a Bernardo laudatis. Idemque sentiendum est de

etc. (III. 9), ut eccles. beneficia etc. (III. 10), de feudis (III. 16), de celebrat. missar. (III. 33), de baptismo et eius effectu (III. 34), de novi oper. nunc. (V. 15), de sequestratione possessionis (II. 9). Hoc demum in titulo explicit summa his verbis: .... *finitur autem sequestratio existente conditione depositionis et restituenda est res, ut Dig. de dolo L. Si quis affirmaverit § Si oleum (L. 9. § 3); item si sequester iusta ex causa interveniente velit deponere officium, potest hoc facere permittente iudice, et erit res deponenda in aede sacra, ut Dig. depositi L. Ei. § ult. (L. 5. § 2).* — Ex accuratiori utriusque summae collatione, cuius instituendae neque tunc mihi inter festorum semisecularium sollemnia erat otium, sed et nunc deest, apertius certe redundabit, quae inter ipsas intercedat ratio, neque vereor, ut non comprobetur, quod in contextu de Damaso tuli iudicium, licet satis acerbum. Ceterum Damasinae specimen i. e. praefatiunculam et ad tit. de reg. iur. summam in App. sub V. placuit publici facere iuris, atque illuc remissurus lectores, hoc loco id unum addo, in Cod. Berol. summae inscriptionem esse hanc: *Incipit summa titulorum a magro Damaso compilata,* atque post tit. de sequestr. hunc legi versiculum: *Damasus hic finit summam q. carmine vivit.*

[86]) Cf. Prodromus corporis iuris civilis a Schradero, Clossio, Tafelio edendi, Berol. 1823, p. 62 sub Nro. CXVI. et not. 64. Quae ibi de Bernardi Faventini episcopi summa super decretalibus illo in libro MSC. contenta fuerat data notitia, canonici iuris doctores pariter fugisse videtur, atque Pertziana de Patavino codice.

his, quae ad finem summae leguntur, utpote quae ad ipsam emendandam vel melius intelligendam nullatenus spectent, atque alia alio tempore pro lubitu videantur addita. Reliquum est, ut

c) de tertio quaedam adiiciamus codice Monacensi i. e. de eo, qui ex Abbatia Windbergensi, Ord. Praemonstratensium, ducatus Bavarici inferioris, cum aliis libris, inter quos Nr. 104 recensetur, Monacum, nescio quo tempore, translatus, nunc inter Regiae bibliothecae codices latinos sub Nr. 22304 asservatur. Miscellaneus qui dicitur, iste est codex, minoris formae, foliorum 230, pluraque eaque diversissima continet scripta, in unum iam ab antiquo, uti ex compagine apparet, volumen coniecta. Primam partem (fol. 1—79) sub hoc titulo: *Incipit liber, qui dicitur Odo,* constituit magnus numerus sermonum seu meditationum de variis Novi Testamenti locis; mox intermissis tribus foliis binarum columnarum, quae diversa notabilia ab alia manu conscripta exhibent, inde a fol. 84 Bernardi sequitur summa; tum in fol. 132c—145, praemissa singula theologici argumenti quaestione, occurrit incerti auctoris libellus „de tabernaculo Moysi"; hunc a fol. 146 excipit de duobus iudiciariis ordinibus tractatus, a theologo, quod mihi videtur, conscriptus, cum nusquam ad iuris civilis vel canonici fontes remittatur, sic incipiens: *Duo sunt iudiciarii ordines, unus de occultis, alius de manifestis, unus de dubiis, alter de certis criminibus etc.;* ultimo tandem loco i. e. in fol. 155—300 legimus titulum de poenitentiis et remissionibus ex aurea, quae dicitur, Hostiensis super decretalibus summa. Ipsa Bernardi summa, quae sola ut paullo accuratius describatur necesse est, inscriptione destituta est, sed in fol. 130 adsunt iidem, qui in aliis codicibus, versus indicantes auctorem, quibus ab eadem, quae in summae textu obvia est, manu additum est: „Explicit liber". Hinc dubium esse nequit, quod et ex scripturae diversitate comprobatur, quin non tam ad summam attineant, sed a seriori manu adiecta sint, quae in ultimo ultimi quaternionis folio, scil. 131, adnotata leguntur tum ad illos notissimos de matrimonii impedimentis versus memoriales: *Error, conditio etc.,* tum ad varios de testium qualitate versiculos, quorum alii in ipsa Bernardina summa ad tit. de testibus occurrunt, alii ab aliis glossatoribus [87]) traduntur. Quaternionum, quorum sunt sex, ultimae paginae per totum librum exhibent custodes;

[87]) Sic audiunt:

Conditio, sexus, aetas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requires.

duo in fronte quoque numeris II et III signati sunt. Linearum in omnibus foliis pariter sunt 42; columnae desunt. Eundem librarium totum descripsisse librum, ex ipsa scriptura, cautissimum ipsum fuisse, inde patet, quod quam plurimae, licet parvulae, per omnes summae titulos, licet versus finem libri plures quam prioribus in pagellis, adsunt lacunae, variis signis ad marginem notatae, quas illum, quoties de vera littera dubitaverit, relinquere optimum iudicasse sed nonnisi rarissime correctoria manu videbis explesse. Ad marginem vel inter lineas haud multae occurrunt additiones atque emendationes, quas ex similitudine inter ipsarum atque rubricarum scripturam perspicua equidem ei ipsi adscripserim, qui rubro colore paragraphorum signa atque initialia adiecit, utraque passim pro miniatoris lubitu exornatiora.

4) Ex universitatis Lipsiensis bibliotheca qui mihi oblatus est codex minoris formae, nunc 66 folia membranacea et 22 papyrea una sub compagine continet. Horum ultimum quaedam recentiori manu adnotata exhibet, ad canonicum quidem spectantia ius, sed nullius prorsus momenti; cetera omnia vacua sunt. Ex membranaceorum autem numero ut plura quasi reiicias, opus est. Etenim fol. 1, in quo glossatorum siglae quaedam aliaque verborum compendia recensentur atque explicantur, ceteris esse posteriore tempore praeligatum, tum ipsa compago docet, tum scripturae forma, quam Sec. XIV. vel XV. esse putaverim; quae vero nunc Nr. 5. 8 et 11 signata vides, non tam integra folia sunt, quam membranarum reliquiae et schedulae, quas quis, cum itidem summae decretalium particulas quasdam continerent, postea eam solam ob causam, ne deperditum irent, diversis opusculi Bernardini titulis, licet non omnes congruo loco, adiiciendas et compaginandas videtur curasse [88]). Quae ad nostram summam pertinent folia integra, binas exhibent columnas, omnes 34 linearum, una excepta, in qua propter membranae decurtationem 33 tantum lineis locus erat reliquus. Litterarum non eadem quidem in omnibus paginis est densitas et magnitudo, sed tanta similitudo, ut ab eadem manu totum librum esse exaratum

[88]) Quae in fol. 5 et 8 occurrunt, inter se quidem cohaerent, nec tamen, cum *de iudiciis* tractent, ad titulum summae de bigamis poni debuissent; suum vero locum obtinuerunt, quae fol. 11 additae sunt binae schedulae, utpote ad tit. de foro competenti et de oblatione libelli pertinentes. Cuius summistae sint, cum neque Bernardi Parmensis neque Goffredi (nam ad Gregorianam collectionem istas reliquias esse referendas, satis docet decretalium laudatio) summas in promtu habeam, in ambiguo mihi est relinquendum.

satis constet. Custodes desunt, libri vero numeros ad summam foliorum marginem adnotatos habes; rubricas atque initialia ad notulas, ex librarii manu passim ad marginem adhuc obvias, rubro colore adiecit miniator, qui nec in paragraphorum substitit signis addendis, neque numero multis neque ex ratione positis, sed et ipsum summae contextum litteris rubro colore adiectis vel correctis passim emendare haud sibi habuit alienum. Membrana et rasuris abundat et foraminibus atque scissuris, unde tamen ipsi litterae, cum eiusmodi locos solertissime evitaverit librarii calamus, nullum provenit dispendium. Compluribus in foliis veteres tam scripturae quam miniaturae perlucescunt; scriptorum vero rasura deletorum natura, aetas atque origo hisce ex vestigiis eo minus mihi erat divinanda, quo maior in singulis foliis litterarum servatarum est diversitas. De tempore, quo conscriptus sit codex, scil. A. MCCI. M. Octobr., ipse librarius nos certiores fecit versiculis quibusdam in fine summae adiectis; quo autem loco, neque addidit scriptor neque aliunde ex ipso patet libro, idemque nescio, quando et unde in Lipsiensem transmigraverit bibliothecam. Hinc mihi id unum restat, quod addam, plures in tegumento libri subesse numeros atque titulos. In summo enim dorso inscriptum vides 79, qui numerus alias non recurrit, atque in infimo agglutinata est schedula papyrea, exhibens signaturam *982 M. S.*, ipso in libro iterum obviam; praeterea tum in ipso dorso haec inscripta videmus: *32 |SVMM.| Bernardi super |Decret.| 32,* tum in fronte tegumenti rubro colore, quantum litterae paene deletae produnt, hic ex antiquo impictus est titulus: *libellus Be[rnhardi fa]vent. extra[vagantium decre]talium.*

5) Ad Vindobonensem transeo codicem, formae minoris, qui nunc bibliothecae Imperatoriae-aulicae est eiusque inter libros manuscriptos sub Nr. 1326 (Salisb. 244) recenseri solet. Eum usque ad primos huius seculi annos Archiepiscoporum et Principum Salisburgensium fuisse, ex litteris Ill. de **Karaiano** didici, qui idem mecum communicavit, tum ipsius compaginis formam, quae aliorum huius originis librorum sit eadem, tum veterem rubri coloris in tegumento inscriptionem: *263 |Summa quaedam, quae incipit: | „verbum abbreviatum“ | item quae hic in|terius* [89]) *circa principium sunt descripta,* extra omne ponere

[89]) Intra tegumentum schedula papyrea, illi medio agglutinata, haec continet: *In hoc volumine continentur infra scripta: | Item summa quaedam, quae incipit: verbum ab|breviatum | Item sermones brevissimi de tempore per | circulum anni | Item summula magistri bernhardi ēpi faventini | super decretalibus;* his

dubium, quin ab antiquissimo tempore iste liber ad bibliothecam archiepiscopalem pertinuerit. Miscellaneis, qui dicuntur codices, nostrum esse adnumerandum, cum haec inscriptio docet, tum liber ipse. Primo loco (fol. 1—76) occurrit illa „de verbo abbreviato" summula, ut titulo hodierno utar, quem libri dorso habes inscriptum, nullo vero modo esse probabilem facile videbis, si vel obiter perlustraveris libellum. Continet enim inde a fol. 4[b] varias super diversissimis vitiis et virtutibus commentatiunculas, nullo plane systematis ordine alias aliis additas [90]), easque (fol. 1[a]—4[a]) praefatiuncula praecedit quinque capitulorum, quae, his verbis incipiens: *Verbum abbreviatum fecit omnes etc.*, de forma, fine et fructu illarum meditationum rationem quasi studet reddere, cum primo *de brevitate lectionis* et *de brevitate quaestionum et disputationum* atque *de nimis profunda celestium inquisitione*, mox *de modo disputandi*, tandem *de praedicatione quae debet praecedere scientias vitae* egerit, quisquis fuerit illarum auctor. De altera libri Vindobonensis parte (fol. 77—110) i. e. de sermonibus nihil habeo quod moneam, nisi binis eos conscriptos esse columnis, neque dari per totum anni circulum i. e. ad continuam omnium dominicarum seriem. In extrema codicis parte (fol. 111—132) Bernardi Papiensis adest summa, ab alio quidem quam illae, quae praecedunt lucubrationes, sed ab uno eodemque librario litteris minutissimis lectuque satis difficilibus conscripta. Quaternionum sunt 3, omnes sine custodibus, sed hic illicve librorum numeris signati. Linearum in columnas non divisarum variat numerus, ut saepe infra 60 remaneat, aliquoties ultra 70 crescat. Deest libelli in paragraphos distinctio, nec ullae fere occurrunt correcturae aut additiones marginales [91]), cuius rei ea mihi videtur esse causa,

vero recentior manus addidit „Nr. 3635", qui quidem numerus, quo tendat, equidem nescio.

[90]) Quinque priorum hae sunt rubricae: *de vitio superbiae, contra invidiam, contra detrectationem, de humilitate, de mansuetudine*, duarum vero postremarum hae: *de vita aeterna, contra assiduum risum*, quae quidem ultima ad finem non est perducta, sed manca et mutila explicit in fine fol. 76[a].

[91]) Harum unam cum in editionis notulis, nescio quo casu, silentio transierim, hoc loco hanc addere liceat, quamvis ipsius Bernardi eas esse vix credibile habeam. Ad tit. de cognat. spirit. fol. 124[b] haec leguntur ab ipso librario, ni fallor, ad infimam marginem adiecta: *Duo sunt casus, in quibus licet alicui habere duas commatres; unus, si uxor alicuius, antequam contraxisset cum ea, effecta fuit commater alicuius mulieris, defuncta mea possum ducere illam; secundus, si uxor mea habet filium, non per me, mulierem suscipientem illum licite duco mea defuncta. Similiter sunt duo casus, in quibus non poteris; unus, si uxor tua contrahit compaternitatem cum aliqua, mea mortua non possum ducere illam; secundus, si ego et uxor mea habemus filium communem, mulier suscipiens illum fit commater uxoris meae, et non possum ducere illam. Et hos duos ultimos casus notat hic versiculus: Respuo quae nostrum cuiusve levat mea natum.*

quod liber, licet rubricas initialesque habeat impictas, revisioni correctoriae haud fuerit subiectus; nam medio in tit. de poenis, qui innumeris scatet lacunis mendisque, librarius, sive morbo correptus, sive alia ex causa impeditus, a proposito destitit librumque reliquit mancum atque mutilum.

Haec de Breviarii Summa et Glossis dixisse sufficiet. Iam unde hauserimus, quae alia auctoris nostri anecdota publici iuris facere nobis datum est, paucis attingamus.

III. Bernardum Papiensem insuper alia opera de iure canonico confecisse, plane novum est atque inauditum. Etenim vel sagacissimus harum rerum perscrutator **M. Sartius**, praeter Lanfranci in Episcopatu Papiensi antecessoris vitam, commentariorum tantum facit mentionem, quae Bernardus, iamiam in patriae urbis sedem cathedralem revocatus, super Ecclesiasten conscripserit et Cantica Canticorum [92]), neque ullum hactenus vel apud antiquos vel apud recentiores canonistas mihi obligit aliarum scriptiuncularum indicium qualecunque. Ipse vero Bernardus

1) pluries in maiori sua summa [93]) ad eas lectorem remittit, quas de matrimonio et de electione fecerit summulas. Quod cum mihi Halensem codicem perlustranti iam ante hos viginti annos innotuerit, simulatque codex Patavinus ad me pervenit, in hanc haud novae originis notulam incidi, primae huius libri paginae inscriptam: *R. Summa de electione, Summa de matrimonio.* Sciscitanti mihi, an forte, quae ex Patavino libro exciderit particula, seorsim servata fuerit illasque servaverit summulas, nuntius relatus est, me vanae quidem coniecturae ac spei indulsisse, sed perantiquam eamque anonymam de matrimonio summulam in eo Primae codice, cuius iam Phillipsius ex Regiae bibliothecae libris manuscriptis fecerit mentionem (Cod. lat. 8302, Mon. August. 2),

[92]) Cf. Sartius l. c. sub XIV. § 9. pag. 305. — Eorum initium ex bibliothecae Taurinensis Cod. 73 hoc esse refert: *Incipit expositio super Iesum filium Sirac a Bernardo Episcopo Papiensi. Post pomorum veterum et novorum esum in expositione Canticorum me quasi otiosum iterum sponsa vocans Sapientiae thesaurum a longo ostendit etc.*

[93]) Cf. Summa decretal. Lib. III. tit. 28 in f. (p. 113) et tit. 29 in f. (p. 114), Lib. IV. tit. 11 in f. (p. 161), atque Lib. I. tit. 4 in f. (p. 8) et Lib. III. tit. 7 in f. (p. 72).

nuperrime inventam esse a Celeb. **Kunstmannio**, quam Bernardi Papiensis esse iam antea coniecerit vir ille de iuris canonici litteris meritissimus, nunc vero ex eius initio ab ipso Bernardo relato plenissima adsit probatio. Eodemque fere tempore Celeb. **Maassenius**, Parisiis degens publicarumque illius urbis bibliothecarum huius generis thesauros perscrutatus, utramque summulam invenit ad calcem antiquae decretalium collectionis Breviario anterioris, quam Cod. lat. Nr. 1566 membr. Fol. continet. Neque invenit tantum et descripsit, sed et, ex quo, quae mea sint consilia de Bernardina summa oblivioni eripienda, mediatore compererat illo viro optimo atque excellentissimo, quem aequa veneratione amplectimur, nostro omniumque nostratium **Savinio**, utriusque statim summulae exemplaria mecum liberalissime ea una sub lege communicavit, ut ipsis, prout mihi libuerit, ad maioris summae editionem melius adornandam plenissimo uterer iure. Qua potestate an mihi utendum esset atque cedendum viri carissimi adhortationibus, aliquamdiu de altera summula, scil. matrimoniali, haesi dubius, utpote certior factus, eum, qui me prior huius scriptiunculae haud quidem notitiam, sed cognitionem adeptus fuerit, iam meditari specialem eius aliorumque medii aevi scholaeque glossatoriae scriptorum ad ius matrimonii spectantium editionem. Huius vero adornandae alia et esse debebit eritque ratio ac methodus, quam libelli mei solum istius scriptiunculae contextum appendicis loco exhibituri, omnesque dubitationes atque haesitationes, suadentibus aliis, ea tandem vicit consideratio, vitio atque vituperationi haud iniuria mihi versum iri, ni libellus noster omnia Papiensis scripta nunc inopinato ex bibliothecarum latebris ad lucem producta uno sub obtutu posuerit ante oculos lectorum. Itaque summulae de electione alteram quoque, licet ex repetita quasi praelectione mox denuo prodituram, adiungere atque praeponere constitui. Utraque vero, quo maiori iure Monacensis bibliothecae praefecti mihi alienigenae non quidem denegandum putaverint librum, quem patriae academiae addictus et primus invenit et in manibus tenebat, sed ab eo medios inter labores noluerint repetere, ad solius Parisiensis codicis auctoritatem illaque Maassenii exempla mihi erat proferenda; id quod omnes lectores, ne negligant aut parvi habere velint, instantissime rogo, si quae forte aut dubitationes aut emendationes atque coniecturae, quarum illas hoc signo (?) indicavi, has vero quisque facile percipiet ex notulis adiectis appositisve uncinis [ ], minus ipsis videantur iustae ac probabiles.

Summulis istis, quarum alteram i. e. de electione Compostellano

iuniori a Ioanne Andreae et post eum a Diplovataccio esse attributam iam supra monui,

2) praeter omnem expectationem aliud demum idque maioris et voluminis et momenti accessit Bernardi Papiensis opus, quod super ipsa compilatione conscriptum summam decretalium non tam praecessit tempore, quam successit, parem vero in oblivionem venisse videtur vixdum compositum.

Namque mihi per unum autumni proximi diem Francofurti commoranti atque bibliothecae olim S. Bartholomaei catalogos perlustranti, an forte inter eius libros Bernardinae super decretalibus summae codicem possem reperire, sub ipsa fere profectione in manus venit scriptorum recensus in Vol. 43, maximae formae codice miscellaneo, contentorum. Quae ibi fol. 233 ultimo loco occurrebat inscriptio: „**Casus decretalium a Bernardo Pap. Ep.**“, prout particulam *a* ad *casus* aut ad *decretalium* verbum retuleris, dubia movere debuit, utrum ipsius Bernardi, an alterius cuiusdam super compilatione prima opus hactenus delituerit illo in codice, neque me certiorem fecit, quod mox mihi a carissimo **I. Classenio**, olim nostri gymnasii professore, nunc Francofurtani directore, transmissum est praefationis et primi tituli exemplum. Nam illa licet, nostrum Bernardum eius libri esse auctorem, haud improbabilia indicia offerre videretur, ipsa tamen littera mirum quantum iis decretalium casibus evasit concordans, quos iam prius in Cod. Monaco-Patavino alio sub praefamine inveneram atque **Ricardi** nomine insignitos. Hinc apud me constitui, ut inter huius aestatis dies feriatos ipse accederem ad accuratiorem utriusque libri collationem, iisque viris, qui illarum bibliothecarum habent curam, benevolentissime voto cedentibus, ut illorum codicum insimul et denuo perscrutandorum mihi daretur opportunitas, mox vidi, utriusque libelli diversitatem multo maiorem esse ipsorum consonantia, certissimasque consecutus sum probationes, genuinum Papiensis opus in altero esse servatum, alteriusque librarium haud iniuria ipsi praeposuisse Ricardi nomen.

Libri enim Francofurtani auctor, singulas decretales interpretaturus, creberrime ad ea remittit lectores, quae ipse in summae suae hoc illove titulo iam prius protulerit [94]), neque ullos mihi licuit invenire huiusmodi locos, quibus non plene et plane, ut Bernardina utar formula

[94]) Innumerorum locorum, quibus comprobari possit, quod supra dixi, vel paucos eligere pro superfluo habeo.

dicendi, respondeat ipsius super decretalibus summa. Papiam porro civitatem suam nuncupat [95]), et eorum, quae in Faventina ecclesia observentur, se probat haud ignarum [96]), expressim tandem summam se de electione fecisse dicit auctor [97]). Quibus omnibus si addideris, quae praefatio profert de libro decretalium composito, de aditu ad ipsas in summa praeparato, atque de tertio labore, quem nunc assumserit auctor in casibus explicandis, omne prorsus dubium ut fugiat necesse erit, quin, quem codex nominat, re vera huius Bernardi Papiensis sit liber. Recte an ipsum librarius vel miniator inscripserit „Casus decretalium", posset fortasse quis movere quaestionem. Nam ad decretalium multo maiorem numerum Bernardus nihil proponit de casu deciso decidendove, aut variis usus loquendi formulis [98]) non opus esse dicit, ut quidquam ad casus explicationem afferat. Neque contentus est generalibus regulis vel brocardicis ad singula capitula proponendis aut contrariis resolvendis doctorumque dissensionibus diiudicandis, sed insimul, quin praecipue ipsam litteram ita interpretatur, ut pro apparatu, quem dicunt, haberi possit liber atque glossae aequiparari, quam Parmensi Bernardo debemus ad Gregorianam collectionem. At vero quidvis eo nomine sentias de nova ista Papiensis lucubratione, omnibus ingratum futurum esse mox persuasum mihi habui, si oblivioni, quae hactenus primi, ne

[95]) Ad c. 19 *Cum locum* de sponsalib. (IV. 1), cuius inscriptio haec est: »Alexander III. Papiensi episcopo«, ita ponitur casus: *Hunc casum vidi in mea civitate, et est talis etc.*

[96]) Ad c. 8 *Cum super* de sepulturis (III. 25), ex decretali Lucii III. praeposito et canonicis Faventinis missa desumtum, auctor ad v. *statuta B. Gregorii* adnotat: *licet hoc cap. sit factum canonicis Faventinis, tamen Faventiae non servatur.*

[97]) Ad c. 7 *Quia autem* de iure patron. (III. 33) in Cod. Francof. haec leguntur: *Casus est satis manifestus, sed non tamen immerito dubitandum videtur, cur dicitur repraesentationem vel electionem patroni ratam non esse, cum constet eam canonicam esse. Sicut enim in summa de electione diximus, ubi ecclesia nec clericum nec collegium habet, ad patronum electio spectat, ut ar. C. XVI. qu. 7 Decernimus (c. 32), Monasterium (c. 33). Sed dici potest, quod factum patroni, licet canonicum sit, non tamen esset ratum etc.... Sed nonne videtur iniuste agi cum priori praesentato? Sicut enim in summa de electione diximus, ex electione canonica aliquid iuris provenit ad electum, quia dum approbat de se factam electionem, ecclesiae sponsus efficitur etc. etc.*, quibuscum cf. Summam de elect. II. § 1 et § 7, infra p. 308 et 313.

[98]) Praeter eas, quae ex specimine huius libri in App. dato apparent, his quoque quam saepissime utitur auctor: »casus est levis et manifestus,« »casus et sensus est planus,« »casus in (ex) littera patet,« »casus planus est et littera manifesta.«

dicam summi decretalistae scripta omnia obtegere ex fato singulari contigit, hunc quoque libellum eripere supersederem. Longior quidem erat, quam ut integri edendi, non dico votum, sed consilium mihi venire potuisset; tres vero priores primi libri titulos atque ceteris ex libris singulos pro lubito selectos in lucem proferre integros haud haesitavi, ut quae primorum mediorumque Bernardi de canonico iure studiorum et laborum plenissimam redderet rationem, novissimorum saltem specimen exhiberet editio princeps.

Bernardinis eos ex Monacensi codice apponere decretalium casus, quos **Ricardi** esse ipse Bernardus est testis [99]), tum eam ob causam placuit, quod huius canonistae, ni forte idem fuerit, atque primae de ordine iudiciario summae auctor [100]), nomen quidem omnibus, scriptiuncula nemini hactenus innotuerit; tum eo fine est factum, ut melius et ratio cognosci queat, quam illis temporibus alii aliam in docendo et scribendo secuti sint, et quae intercedat communio inter Bernardum aliosque eiusdem aetatis canonici iuris magistros, quorum de numero fuisse Ricardum, licet in ipsorum enumeratione ex temporum serie a Ioanne Andreae data Bernardus multo ante Ricardum commemoretur, id ipsum satis comprobat, quod iisdem, quibus hic, toties noster verbis utatur in explicandis casibus.

Utriusque libelli aliis in bibliothecis plures latitare codices equidem opinor. Etenim apud Blumium [101]) inter codices Venetos S. Marci occurrunt in Sec. XIV. libro: „Casus ad decretales spectantes", iis ipsis incipientes verbis, scil.: *Qui abscondit frumentum etc.*, quibus noster utitur Ricardus, adnotatque Diplovataccius [102]), praeter Bernardi Papiensis glossulas, quae essent in compilationis primae libro, se „in fine omnium compilationum habere alias glossulas supra dicta compilatione Bernardi, inc.: *Canonum statuta etc.*" Sed et tanta iam ab antiquo fuisse videtur, et hunc usque in diem subest in catalogis eorum omnium canonistarum, qui Bernardi nomen gerunt, confusio, ut facile Papiensis, non

[99]) Hic enim ad c. 2 *Legebatur* de maiorit. et obedientia (I. 25) v. *non enim necessarium* haec profert: *Magister R. sic ponit casum: „Episcopus de novo constitutus appellatis suffraganeis fidelitatem requirit; resp., quod non debet facere, tantum autem ab illis exigat, quos ipse de novo instituit, ut Di. XXIII. c. Quamquam.*" Ea vero ipsa, his praemissis: *Hoc cap. sic intelligo*, verbotenus ad cap. 2 cit. leguntur in Cod. Patavino.

[100]) Cf. Car. Wittii praef. ad Mag. Ricardi Anglici ord. iudiciar., Halis 1853, p. III et V.

[101]) In bibliotheca cit. p. 14. sub Nr. 25. [102]) L. cit. sub Nr. 36. fol. 148b.

vero Parmensis vel Compostellani unus alterve possit esse codex inter eos decretalium casus, qui aut sub horum [103]) aut nullo adiecto nomine recensentur [104]). Videant itaque, quibus eiusmodi codicum pateat inspectio, an et quatenus nostro libello concordent discordentve illi casuum libri manuscripti, quos ad tres priores compilationes in bibliothecis invenerunt **Richterus** [105]) atque **Maassenius** [106]), aut adesse apparebit. Mihi vero ipsi nihil reliquum erat, quam in Bernardinis et Ricardinis casibus edendis solam fidem sequi Patavini ac Francofurtensis codicum.

De illo cum iam supra egerim generatim, hoc loco id sufficiet adnotasse, quod Ricardi opusculum, et lucidissime quamvis compendiosissime scriptum (fol. 36ª—52ᵇ) et usque ad cap. ult. *Quamvis* de reg. iur. productum servatumque, diversi quidem est initii, iis ipsis vero explicit verbis, quibus Parisienses et Graeciensis codices a Maassenio inventi, scil. his: *Cum publice et de consuetudine blasphemiae clericis inferuntur, non possent dissimulare; imputatur enim eis, si fuerint negligentes,* additis tantum quibusdam sive Ricardi sive librarii versiculis [107]). Minus accuratae scripturae, quin et mancum, quippe quod

[103]) Bernardi Parmensis nomen prae se ferunt codex Venetus S. Marci (ap. **Blumium** l. c. p. 13 sub 8) et Duacensis (ap. **Haenelium** l. c. p. 156), Compostellani vero Turonensis, Matritensis et Tolosanus (ibid. p. 484. 967. 987).

[104]) Nudo Bernardi nomine insignitos reperi binos Atrebatenses atque Carnutenses, et unum Rothomagensem (ibid. p. 37. 39. 126. 132. 426).

[105]) Adnotat in Comment. cit. p. 2. not. 6, codici Lipsiensi Nr. 975, qui ineditam decretalium collectionem Bernardino breviario antiquiorem continet, praeter Notabilia secundarum tertiarumque et Casus quatuor priorum compilationum insertos esse.

[106]) Ex litteris ad me datis comperi, quatuor ipsi Sec. XIII. vel XIV. obvenisse codices membranaceos, casus decretalium Comp. I. continentes. Eorum tres, scil. Parisiensis lat. 3922. fol. 66—73, Compendiensis 95 fol. et Graeciensis 41/31 fol., inter se prorsus concordantes, ad c. 1 de const. sic incipiunt: *Canones debent ab omnibus observari et eorum auctoritate in iudicio procedi,* expliciunt vero ad tit. de reg. iur. his verbis: *Indignum est facere homagium .....; imputatur enim eis, si fuerint negligentes;* quartus, Parisiensis scil. lat. 3931. fol. 51—60, manci est initii nec ultra tit. de presbyt. non baptizato procedit ab illisque in multis discordat; omnes vero incerti sunt auctoris.

[107]) Sunt vero hi: *Ad solitum suspiro metrum, ne[c] deserit hortum*
Hortulanus, eques proelia, mergus aquas.
Concludo, reflecto gradum. Contextio parva
Fructum provectae commoditatis habet.
Laus Christo; sociis vita, sophia, decus.

medio in cap. 3 de raptor. (V. 14) his expliciat verbis: *Responderi potest, quod isti episcopi non habeant hanc iurisdictionem, ut de mandati ā*, Francofurtensis sese exhibuit liber. Conscriptus est binis 74 linearum columnis, correctoriasque manus multis in locis prodit; rubris caeruleisque initialibus atque titulorum inscriptionibus est instructus. Neque solos Bernardinos casus continet istud volumen miscellaneum, sed et alia scripta ad ius spectantia canonicum, quorum ex numero, praeter **Tancredi** de matrimonio summam iam diu ex Wunderlichiana editione notissimam [108]), **Ioannis de Deo** Hispani quaestionum libri III., fol. 113—148 obvii [109]), eam potissimum ob causam commemoratu mihi videntur digni, quia earum Savinius [110]) quidem duos, Haenelius [111]) vero atque Blumius nullos commemorant libros manuscriptos.

IV. Hisce tum de via praemissis, quam in edendis Bernardi Papiensis anecdotis secutus sim, tum de subsidiis, quibus uti mihi licuerit, facile quis expectaverit, ut hoc loco proferam, quid ipse sentiam tum de summarum Bernardinarum indole et natura atque de auctoris et docendi et scribendi ratione, tum de pari apud ipsum civilis atque canonici iuris auctoritate eorumque usu quasi promiscuo, de consensu porro vel disiunctione inter Papiensis easque intercedentibus summas, quae nobis servatae sunt et Decretistarum et Legistarum coaevorum, itidemque de Bernardini opusculi cum iis decretalium summis nexu, quas mox unam post aliam vidit posterior aetas tantique habebat, ut intra paucos annos magna canonistarum cohors ne memoriam [112]) quidem

[108]) Cf. Tancredi Summa de matrimonio ed. **Agath. Wunderlich.**, Gott. 1841, Prolegom. p. IV. sub 2.

[109]) Istam omnium, quas *a tempore regiminis sui i. e. ab annis undeviginti* disputaverit, quaestionum collectionem Octaviano Cardinali S. Mariae in via Latina dedicatam, sic subscriptam: *A. 1248 die VI intrante Sept.*, auctor, uti ipse in epistola dedicatoria enarrat, *iam in senio constitutus et diversis infirmitatibus aggravatus* confecit, in eademque epistola pro more suo exhibet opusculorum hactenus editorum recensum, in quo tamen nullum occurrit, quod non sit notissimum.

[110]) **Savigny** Gesch. d. R. R., Tom. V. p. 428. Ed. II. p. 483.

[111]) Quam inter Columbinae, quae est Hispali, bibliothecae libros Haenelius (l. c. p. 980) summam Ioannis de Deo recenset „secundum ordinem decretalium," cum alias nusquam, quod sciam, ea commemoretur, ut ad alium auctorem aut ad ipsius Decretorum apparatum referamus necesse erit.

[112]) Bernardinae summae decretalium neque Damasus facit mentionem neque, qui tamen ad hunc haud raro recurrunt, posteriores summistae, Bernardus Parmensis, Goffredus, Hostiensis. Sed nec in aliis seculi XIII. scriptis

retinuerit eius, quem summo iure posses ipsorum nuncupare antesignanum, tandemque Hostiensis summa aureae nomen obtinuerit, cui nec possit eripi palma, nec per totum medium aevum quisquam fecit eripiendi periculum [113]), denique de incrementis, quae ex istis scriptis inter antiqui et novi canonici iuris tempora intermediis possent redundare in hanc iurisprudentiae partem rerumque omnium ecclesiasticarum historiam scientiamve, et quae sint huius generis alia. Atque profecto lubentissime suscepissem operas et labores, unde solum, si modo ulli, veri uberesque illius terrulae novellae sperandi sint fructus. Quin nec infitias habeo, me ante et inter susceptas Bernardini libelli recensendi curas ista esse meditatum atque in id incubuisse, ut omnes, quantum fieri possit, utriusque iuris libros ex illius aetate i. e. Seculis XII. et XIII. nobis servatos typisque editos perlustrarem, si quae forte cum de ipso auctore eiusque scriptis inde quaerenda essent testimonia, tum de vi atque auctoritate, qua Bernardus vel tunc iamiam temporis valuerit, vel certe in posterum apud nos et in scientiae nostrae culturam frui debeat dignusque videatur. Attamen recedendum mihi erat a propositis, ne iusto longior evaderet libelli praefatio, neve in eum multo plus consumerem temporis, quantum inter munera publica supersit otii. Lectorum itaque arbitrio relicturus, recte an ipse senserim, cum summae aliorumque Bernardi scriptorum in lucem proferendorum caperem consilium, iique an bene fecerint, qui mihi in eo persistendi erant suasores atque exhortatores, hoc loco et tempore nonnisi paucula

---

hactenus mihi licuit ullum invenire locum, in quo aut nominatim ad Papiensem recurratur in doctorum opinionibus recensendis, aut, quae ipsius fuerit sententia, eo modo iisque verbis referatur, ut dubium esse nequeat, quin eius summam neque noverint neque inspexerint auctores. Quid quod in Vincentii Bellovacensis speculo, cui tot veterum summarum tam multos locos inseruit, ne unum quidem, quod viderim, adsit capitulum, quod ad genuinam (nam ex Damasina duos sumsit locos, scil. Lib. IX. c. 119 et XI. c. 17) referendum sit Bernardi summam. Breviarii inter glossas antiquas occurrere plures, quae illam redoleant, et supra iam monui, et luculentum adest exemplum in Friburgensis Cod. glossis ab **Amanno** editis; ibi enim ad tit. de V. S. haec leguntur: *Si(cut in) exercitus dispositione acies extrema solet ex melioribus ordinari, sic in tractatu iuris hic tit. de R. I. tamquam unus ex optimis collocatur. Regula ergo etc.*

[113]) Solus, quem viderim post Archiepiscopum summam decretalium scripsisse, est **Guilelmus de Mandageto** † 1331 (cf. **Glückii**, praecognita § 102 sub XXV.); sed huius summae apud Haenelium et Blumium, qui eius, quam de electionibus fecit, quam plurimos recensent libros manuscriptos, ne unus quidem codex occurrit.

proferam, quae his ipsis ex libellis de auctoris vita eorumque aetate atque serie nunc aut patefacta sunt aut confirmata.

Bernardum non dignitate solummodo ecclesiastica, primum praepositi, tandem episcopali, fuisse Papiensem, sed ortu quoque et civitate, patet ex versiculis, qui Summam concludunt, necnon ex ea huius urbis mentione, quae ipsum Casuum decretalium esse auctorem comprobat [114]); confirmatur iis, quae de Boethii enarrat incarceratione [115]). Balborum de gente an fuerit, quod cum Ughellio [116]) ex auctoritate Crescentii affirmare vix dubitaverunt alii [117]), nunc haud magis liquet, quam antea. Circae cognomen iniuria per multa secula datum esse Bernardo, de quo nostratium est consensus, iam M. Sartii fuisse videtur sententia; equidem vero non tam ipsum Ioannem Andreae, cuius in Novellae libro primum, sed et, quod sciam, in eo solo, haud vero in ceteris ipsius aliorumve eius temporis scriptis istud occurrit cognomen, obsoletissimi huius erroris habuerim auctorem, quam librarios vel typographos, qui litteras *tc* et *cc* commutando pro *tunc*, scil. praepositus Papiensis, scripserint excudive curaverint *circa* [118]). De patre Bernardi et quo anno natus sit, vel de iuvenili ipsius aetate, neque ex ipso auctore habemus quidquam, neque ab aliis traditur; in artibus vero, quae dicuntur, pro istorum temporum conditione eum satis bene fuisse institutum, non tam ex versiculis summae insertis, quorum se ipse prodit auctorem, quam inde coniecerim, quod tot scriptorum veterum versus et sententias suae dictioni misceat haud ineleganter. Bononiam cum „matrem studii" nuncupet enarretque quid in ea didicerit [119]), ibi vero medio seculo XII. solum fuerit studium generale, pro certo erit habendum, hac in schola Bernardum in litteras incubuisse, tam scripturae sacrae quam canonici iuris, quod tum temporis docere

---

[114]) Vide supra pag. L. not. 95.

[115]) Cf. Summa decret. ad tit. de poenis (V. 32) § 4 p. 265. 66.

[116]) Cf. **La Porte du Theil** l. c. pag. 50 cum **Ughelli** Italia sacra Tom. II. p. 521 et **P. de Crescenzi** historie delle famiglie illustri etc., Bologna 1642, P. II. p. 140.

[117]) E. g. **Phillipsius** l. c. pag. 212.

[118]) Adnotat **Sartius** l. c. Nr. XIV. pag. 302, in Novellae, quos contulerit, Vaticanis codicibus non legi *Bern. Circa Pap. postea Favent. Epūs.*, sed *Bern. Papiensis praepositus, postea episcopus;* in Lipsiensi vero Novellae codice, teste **Richtero** (Comm. de inedita etc. pag. 1. not. 4), occurrit, uti in ipsius summae praefatione, *Bern. tunc Pap. praepos. etc.*

[119]) Cf. Summa decret. ad tit. de accusation. (V. 1) § 5. p. 201.

solebant theologi [120]) et ad clericorum disciplinam referebant omnes; sed et ipse in casibus adnotat, Bononiensem se fuisse scholarem [121]). Canonici iuris quos habuerit magistros ac praeceptores, de ea re hactenus ne coniecturae quidem dabatur locus, nunc itidem ipsum Bernardum habemus testem. Quem enim in decretalium summa semel tantum, neque addito s u i verbo commemorat auctor **Ioannem** [122]), eum in summulis de matrimonio atque de electione, quae aliorum opiniones saepius referunt, illo sub titulo eoque modo videmus laudatum, ut dubitari nequeat, quin huius interfuerit scholis [123]); **Hugonem** vero in altera semel Bernardus nominat s u u m doctorem [124]). Hic procul dubio est ille Decreti glossator, de quo supra diximus [125]). Ioannis nomen ex temporis, quo vixit noster, ratione tam ad Ioannem **Hispanum** posses referre a Guilelmo Durantis commemoratum, quisquis ille fuerit [126]), quam ad **Faventinum**, sed de hoc intelligo eo maiori fiducia, quod is ipse Decreti fuerit summista [127]), noster vero in maiori sua summa saepius lectores auditoresve ad „doctorum nostrorum" summas remittat [128]). Aliorum eius temporis canonici iuris doctorum, praeter **Gratianum**, cuius dicta, quam saepissime laudata, ipsis Decreti capitulis prorsus aequiparantur, nomen vero semel tantum bisve occurrit, solum **Rufinum** in summula de matrimonio [129]) nominatim commemorat Bernardus, ni forte, de quo infra dicemus, is ipse dominus G., ad quem

[120]) Cf. **Sartius** l. c. p. 247. § 1. — Hinc factum est, ut tam in his, quae ad fidem cultumve, quam quae ad res ecclesiasticas spectant, vel a serioribus glossatoribus quandoque recurratur ad theologos, eorumque opiniones referantur; cf. e. g. gl. *nam legitur* c. 11. C. XXXIII. qu. 2, **Goffredi** summa tit. de praescr. § 6 et de decimis § 19, **Ioannes Andreae** ad Sexti prooem. v. *Episcopus*.

[121]) Vide infra not. 143.

[122]) Cf. Summa decret. ad tit. de pecul. cleric. (III. 21) § 4. p. 94.

[123]) Vide infra pag. 299 med. et 315 in fin. [124]) Ibid. pag. 291.

[125]) Vide supra not. 71. pag. XXXVII.

[126]) Cf. **Sartius** l. c. sub VIII. § 1. p. 289.

[127]) Vide supra not. 73.

[128]) Cf. Summa decretal. ad tit. de appell. (II. 20) in fin. (p. 64), ad tit. de reb. eccl. non alien. (III. 11) in fin. (p. 77), ad tit. de simonia (V. 2) in fin. (p. 207), ad tit. de purgat. canon. (V. 29) in fin. (p. 260).

[129]) Vide infra pag. 298. Hinc satis apparet, quem Guilelmus Durantis primo inter omnes iuris canonici doctores loco recenset Rufinum, quem et in glossa cum Ioanne Faventino videmus commemorari (e. g. gl. *quod ordinatio* C. IX. qu. 1 in pr. et gl. *nisi probare* c. 3), vix eundem esse posse cum eo Rufino, cuius ad A. 1222 a **Sartio** (l. c. sub VI. § 2. p. 287) mentio fit.

direxit eiusdem summulae praefationem dedicatoriam, illorum ex numero fuerit atque ipsius praeceptor. Qui vero omnes quo seculi XII. tempore docuerint et scripserint, quibusque annis supremam obierint diem, cum incertum sit, nullum prorsus ex illorum collaudatione argumentum sumendum est de aetate, qua Papiensis studiorum causa degerit Bononiae. Legistarum scholis quod aliquamdiu interfuerit, ea ipsa comprobare mihi videtur iuris civilis accuratior scientia, cuius testimonio nobis est ipsum super decretalibus opusculum eiusque ratio atque methodus; id enim, parem utrique iuri Bernardum attribuisse auctoritatem, eiusque legum et canonum statuta in unum quasi compendium redigendi studium atque consilium sat luculentur docet. **Pillium**, quem solum nominat Bernardus [130]), eius praeceptorem fuisse in iure civili, neque negaverim neque affirmaverim. Nam licet inter nostrum et Pillii de ordine iudiciario libros quaedam mihi videatur intercedere similitudo, tamen disputatorius huius auctoris libellus, qui alias brocardicorum et libelli praesumtionum fert nomen, non tam ad ipsas iuris civilis regulas, quam ad disserendi de iure methodum mihi spectasse videtur, indeque eius commemoratio atque approbatio nullius prorsus est momenti, si quaeratur, quo duce et magistro Bernardus noster factus sit quasi legista.

Inter Bernardina, si non omnia, certe quae nobis reliqua sunt scripta, primum ex temporis ratione locum equidem dederim summulae de matrimonio, tum eam ob causam, quod in illa Bernardus civilis iuris nondum ullam habet rationem, quin quodammodo ne eo utatur evitat [131]), tum ex decretalium afferendarum modo, quippe quas numquam laudaverit sub titulis, sed ex sola inscriptione designet omnes. Anno 1159 hanc summulam esse recentiorem, inde patet, quod Alexandri III. epistolarum occurrunt plures. Iam vero omnes quas allegat auctor decretales, incertorum, quod viderim, sunt annorum, aliquae vero et auctorum [132]); certa itaque temporis, quo scripta sit summa, ne hinc

[130]) Cf. Summa decret. ad tit. de praesumt. (II. 16) § 2. pag. 51. — De Pillii vita et scriptis, praesertim de libello disputatorio (cf. **Savinius** l. c. T. IV. p. 282 sq. Ed. II. p. 312 sq.).

[131]) Facillime ex iure civili potuisset comprobare, quod ex canonibus subtilitate quadam deducit, nuptiarum legitimam aetatem esse pubertatem. Cf. infra pag. 302.

[132]) Decret. *Litterae quae nobis* (v. p. 304) apud Boehmerum Alexandro III. adscripta est et A. 1170 signata; sed Bernardus Hadriani eam esse dicit, neque retinuit illam anni notitiam Richterus.

quidem dantur argumenta. Eodem autem modo, quo decretales, cum etiam plura capitula videam laudata, quae Palearum sub nomine ipsi Gratiani Decreto habemus inserta, equidem pro verisimiliori habuerim, summulae originem primis pontificatus Alexandrini annis proximiorem esse, quam ultimis; neque huic sententiae obstat, quin meo indicio adiicit fidem, quod de Arnaldistarum, Passaginorum aliorumque haeresi noviter in ecclesia Dei nata nec iam praecisa [133]) queritur Bernardus. Quid quod summulae et prooemium et versus finales, Bernardique praecipue in proponendis diiudicandisve controversiis omnis protervitatis et arrogantiae evitandae cura et studium, auctorem adhuc iuvenem mihi redolere videntur et primum scribendi periculum, non tam sponte, quam ex votis iussuve patroni vel praeceptoris susceptum. „Nobilis et amabilis dominus G.", quem alloquitur summulae praefatio, quis fuerit, equidem nescio. Saepius quidem in illius temporis scriptis haec occurrit sigla, e. g. in notulis Tancredinis [134]), in glossa codici Halensi adscripta [135]), in quaestionibus, quas in Monaco-Patavino Ricardi casibus adnexas esse notavi [136]), in glossa tandem ordinaria tam Decreti quam Gregorianarum [137]). Ad **Gilbertum** aut **Gandulphum** aut **Galensem**, scil. Ioannem, quod voluit Augustinus, eam ut referamus, tam temporum ratio mihi vetare videtur, quam ipsius siglae forma, cum litteram G. nonnisi de Guilelmi, Guidonis vel eiusmodi nominibus adhibitam esse et posse adhiberi putaverim. Ad **Guilelmum Nasonem**, Alani discipulum, aut ad **Guilelmum Papiensem** episcopum [138]) utpote multo recentiores sigla vix poterit referri. Sed et Mag. **Guidonem Aretinum** inter testes adesse diplomatis canonicorum S. Salvatoris A. 1194 adnotat Sartius [139]), idemque enarrat, ad Petrum Hispanum **Guilelmi Guasci**

[133]) Vid. infra p. 292. De sectis istis earumque historia et condemnatione cf. **Gieseler** Kirchen-Gesch., Tom. II. P. 2. § 85. p. 478 sq.

[134]) Cf. **Aut. Augustinus** ad c. 2 de conc. praeb. (III. 8) v. *infra VI menses*, ad c. 11 de decim. (III. 26) v. *de laboribus nostris*, ad c. 13 de sponsal. (IV. 1) v. *celebretis*.

[135]) Vid. supra pag. XXXVIII. not. 77.

[136]) Harum quaestionum unum alterumve locum verbotenus afferre longius foret, sufficitque adnotasse, in Cod. isto fol. 69 seq. praeter illam et has obvias, sed rariores esse siglas: *ia. io. m. Io. Bar.*

[137]) Cf. e. g. gl. *venturis* C. IV. qu. 3 c. ult., gl. *orationibus* C. XXIII. qu. 8. c. 18, gl. *finem* de cons. II. c. 21, gl. *obiiciatur* de cons. IV. c. 51, gl. *mandatum* c. 1. X. de rescr., gl. *postea elegerit* c. 25. X. de testibus.

[138]) Vid. **Sartium** l. c. sub Nr. XXXIV. et XXXV. p. 341 sq.

[139]) In vita Baziani, l. c. Nr. X. § 4. not. c. Ad eum fortasse referenda est sigla *Aret*, quam in editis exhibet gl. *certa rationabilis* c. 15. X. de accus.

decretalium doctoris servatas esse incerti anni epistolas, quibus illum rogaverit, ut Paduam veniret ibique legeret in iure [140]); teste vero Augustino [141]) in scholiis antiquarum compilationum et G. **Vasconis** mentio fit inter veterum interpretum opiniones, licet rarius ita scriptum ipsius nomen occurrat. De hoc itaque illam intelligere siglam licebit et maluerim, ni forte sub ea latitet obscurus ille decretorum glossator, cui Cardinalis cognomen dari solet, Gratiani nomen fuisse dicitur [142]). Quisquis autem fuerit ille G., eo instigatore Bernardum scripsisse de matrimonii impedimentis, si non pro versimili, certe pro haud improbabili habuerim, praesertim cum ipse in casibus [143]) enarret, se **Mag.** G. aliquando Bononiae fuisse auditorem.

Scholas habendi an tunc iam Bernardus vel haud multo post fecerit initium, in ambiguo est. Alteram vero de electione summam ex scholis prodiisse in publicum, praefatio [144]) docet, quae ex sociali i. e. auditorum petitione amica huius tractatus repetit ansam. Bononiensis originis ea ipsa in summa nullum reperi indicium, tamen alienigenam eam non habuerim, praesertim cum in decretalium summa, licet Faventiae composita, res Bononienses saepenumero denotet auctor eoque modo tangat [145]), ut vix dubium possit esse, quin, quod olim ipse docendo et legendo viderit audieritve, auditoribus tradere aut in eorum memoriam revocare voluerit. Breviarii compilationem, ut mea fert opinio, antecessit de electione summula; nam licet sub titulis, non tamen sub breviarii rubricis decretales videmus laudatas, neque desunt et aliae probationes. Magna profecto inter omnes istas compilationes adest rubricarum concordantia vel similitudo, indeque, cum librorum et titulorum nunquam, capitulorum numeri raro ab illius temporis scriptoribus addi soleant, haud parva nascitur difficultas constituendi, qua quisque illarum fuerit usus. Iam vero neque in Appendice concilii Lateranensis, neque in Cassellana, Lipsiensi vel qua alia in col-

[140]) Ibid. sub Nr. VIII. § 3 et sub Nr. XXVI. § 1—3.

[141]) Vid. eius notas ad c. 10 de desponsat. impub. (IV. 2) v. *anticipare*.

[142]) Cf. **Maassenii** Beiträge etc. pag. 18 sq.

[143]) Ad c. *Cum Christus* (c. 5) de haereticis (V. 5) haec leguntur, quae, licet mendosa, ad litteram dare placet: *Mag. G., quem ego apud Bononiam aliquando audivi, dogmatizabat, Christum non esse aliquid secundum quod homo, qui nec est substantia non est persona secundum quod homo, sed potius quasi habere, unde Apost.: „habitu inventus ut homo," super quo loco Expositor: „habitus fuit Christo susceptio hominis." Ceterum etc.*

[144]) Vide infra pag. 307.

[145]) E. g. ad tit. de usuris (V. 15) § 9. pag. 238.

lectione, quarum iam accuratiorem habemus notitiam omniumque rubricarum designationem, occurrunt „de capellis laicorum“ vel „de pueris qui tonsurantur“ rubricae, sub quibus in summula ista Bernardus laudat [146]) Alexandri III. cap. *Ad nostram* et *Quamvis simus*, i. e. c. 8. Comp. I. et Greg. de regularibus et c. 10. Comp. I. vel c. 8. Greg. de iure patronatus. Exhibet autem eiusmodi titulos inque illis ista capitula ea decretalium collectio, quam nuper in Cod. Parisiensi lat. Nr. 1566, i. e. eo ipso in libro manuscripto, qui nobis utramque Bernardi servavit summulam, non tam primus invenit (ille enim codex iam pridem fuerat in **Theineri** manibus), sed accuratius inspexit atque suo tempore describet **Maassenius**, eademque in collectione ceterae omnes iis ipsis sub rubricis verbisque initialibus inveniuntur decretales in summula laudatae. Nullum itaque dubium reliquum est, quin hacce Bernardus sit usus. Eam vero ex compilatione prima, quod Theineri de ea fuisse videtur iudicium, nequaquam esse excerptam atque compositam, sed illam praecedere atque sub Alexandri III. P., quo recentiores istam in congeriem haud videmus epistolas admissas, pontificatu, i. e. ante A. 1181 fuisse compilatam, tam luculentis Maassenius mihi iam comprobavit, atque aliquando cuilibet harum rerum gnaro comprobaturus est argumentis, ut pro certissimo habendum sit, quod de huius summulae aetate Breviario maiori dixi, non tam ex mea, quam ex illius Viri sagacissimi mihique amicissimi auctoritate. Ultra vero progredi non licebit. Quo enim anno Bernardus disseruerit de electione, ex epistolis decretalibus in summula laudatis eam ipsam ob causam elici nequit, quae matrimonialis summae aetati constituendae obstat; id unum vero adnotatum esse velim, inter Alexandri III. capitula nullum, quod viderim, citari, quod ex concilio Lateranensi A. 1179 originem trahat.

Bononiae quot docendo Bernardus degerit annos, nec ipse nec alius quis nobis tradit; Romae eum aliquamdiu esse moratum, iam monuit **Diplovataccius**, qui non attulit auctorem, confirmavit **Sartius** [147]) ex diplomatis et ex Innocentii III., de qua mox dicemus, epistola, nunc et ex ipsius Bernardi constat ore [148]). Quo autem fine Romam se contulerit, reque vera an ibi fecerit, quod ipsum non tam fecisse, quam

[146]) Vid. infra pag. 312 et 322.

[147]) L. cit. sub Nr. XIV. § 2 et 7. p. 303.

[148]) Cf. Summa decret. ad tit. de decimis (III. 26) § 3. pag. 105: ... *ut in eius curia* (scil. Alexandri III.) *didici*, et ad tit. de iure patr. (III. 33) § 4. p. 121.

facere potuisse Sartius dicit, scil. an ex Romanae ecclesiae scriniis decretales collegerit, quas postea ad compilationis primae formam redigendas curavit, hactenus erat in ambiguo eritque posthac. Ea enim de re tacet decretalium summa; quin mihi, quae in eius prooemio leguntur de materia, intentione atque utilitate libelli extravagantium, id potius indicare videntur, non tam aliis ex fontibus, quam ex iisdem, quos adire licuit anterioribus compilatoribus, sed alio modo Bernardum duxisse rivos, quos in iuris canonici campum breviario suo componendo aperuit, nihilque aliud eum in mente habuisse, quam ut illorum facilior et uberior esset usus [149]).

Quae quidem auctoris de suo breviario taciturnitas et mihi erit excusationi, si istud silentio praeteriens recta via petierim, quam super eo composuit summam; sed nec de hac multa mihi erunt dicenda. Nam quae ipse Bernardus praefando profert huc spectantia, cum ex Sartio fuerint notissima, de summae aetate iam diu inter omnes constat, scriptam eam esse intra Annum 1191, quo vergente vel elapso dignitatem episcopalem Bernardus est assecutus, atque Annum 1198, quo medio Papienses in suae urbis cathedram ex Lanfranci morte vacantem revocaverunt illum atque ex Innocentii III. dispensatione obtinuerunt praesulem [150]). Ipsi vero summae quidquam inesse non vidi, unde possit accuratius constitui, quo istius septennii tempore et quo fine Bernardus eam perfecerit. Pacis quidem inter Fridericum I. Imp. et sedem Apostolicam civitatesque Lombardiae Venetiis factae mentionem iniicit Papiensis [151]), et quae profert de Hierosolymis expugnatis [152]), ad Saladini huius urbis obsidionem et disturbationem spectare, certo certius est; sed haec christiani orbis calamitas, cum Anno 1189 habuerit locum, ultra biennium, pax vero Veneta Anni 1181 vel decennio plus Bernardi a Papiensi ad Faventinam ecclesiam transitionem antecedit. Neque quod socios saepius nuncupat, quin alloquitur eos, quorum usui summam esse voluit, aut cogit nos aut suadet, ut ad ordinarias scholas studii alicuius generalis, quod Faventiae tunc fuisse nescimus,

[149]) Vide etiam **Maassenii** Beiträge etc. p. 43.

[150]) Cf. Notices etc. pag. 53. 56. 61—63 et **Sartius** l. c. § 7. — Decretum Innocentii III. extat in epistolarum Lib. I. ep. 324, laudibusque effert scientiam eius non vulgarem atque eloquentiam morumque honestatem, *quas satis se et patres suos Rom. eccl. Cardinales cognovisse, cum Romae et apud sedem Apostolicam degerit*, asserit Innocentius.

[151]) Cf. Summa decretal. ad tit. de schismaticis (V. 7) § 6. p. 216.

[152]) Ibid. ad tit. de iudaeis (V. 5) § 4. p. 211.

libelli originem trahamus, eumque non tam conscriptum, quam ex lectionibus compositum esse dicamus a Bernardo adhuc praeposito canonumque apud Bononienses doctore [153]). Dubitationi itaque et controversiis nec post ipsius editionem de summae aetate atque historia deerit locus, idemque valet de auctoris nostri casibus vel apparatu decretalium. Papiensis istum librum esse originis et Anno 1198 recentiorem, pro certo quidem licet habere. An vero aut ex Lanfranci vita a Bernardo composita perque Bollandistas edita [154]), aut ex commentariis Cantici Canticorum, quae pariter post Bernardi in patriam urbem reditum litteris sunt mandata, aut ex accuratiori ipsius apparatus perscrutatione possit quid certius erui de eo libro, quem tertium super decretalibus laborem nuncupat Bernardus, videant ii, quibus, quae mihi aut omnino deerat aut brevior suppetebat, Bernardina ista diligenter investigandi data erit opportunitas. Equidem decretalium casus haud diu post illum reditum, atque multo ante diem ultimum, quem Anno 1213 mense Decembri obiisse fertur [155]) Bernardus, inde coniecerim esse compositos, quod neque Innocentinarum decretalium, neque earum, quae in compilatione secunda nobis reliquae sunt, ullam in illo libro invenerim laudatam, sed in suo breviario allegando, ni me forte fefellerint oculi, substitisse videam Bernardum.

Sed haec hactenus. Mitto et auctorem et libellum nostrum, quem ut editum omnes eadem excipiant benevolentia in votis habeo, qua me anecdota ista editurum ubivis Germaniae quamplurimi iique magnae in litteris auctoritatis Viri prosecuti sunt, conaminum meorum adiutores atque fautores, quibus, antequam calamum deponam, non possum quin maximas gratias habeam agamque omnibus, prae ceteris vero seni illi summe venerabili, qui hoc ipso die ante sexaginta annos doctorales adeptus honores et erat per longissimam vitam omnium totius Europae iurisperitorum gloria atque decus, eritque in omne aevum.

Scribebam pridie Calend. Novembr. MDCCCLX.

---

[153]) Huius opinionis **Sartius** l. c. § 6 fuisse video, qui librum Faventiae non scriptum, sed tantum publicatum esse coniicit.

[154]) Cf. **Sartius** l. c. § 8.

[155]) Cf. **La Porte** l. c. p. 61, qui **Ughellium** huius rei laudat auctorem.

BERNARDI

SUMMA DECRETALIUM.

SUMMA MAGISTRI BERNARDI [1].

Gloria patris est filius sapiens [2]), profectus discipuli gloria magistri, qui non lucernam doctrinae celare sub modio [3]), non verbi frumentum abscondere, non fontem scientiae obstruere [4]), sed [5]) foras [6]) debet [7]) aliis derivare [8]). Hac utique [9]) consideratione ac [10]) scholasticae utilitatis gratia compulsus [11]) ego B. [12]), qui decretales et extravagantia compilavi, tunc praepositus Papiensis, nunc [13]) Faventinus episcopus licet indignus [14]), super eodem opusculo sum-

[1]) Variae, uti assolet, in Codd. occurrunt libri inscriptiones. Halensis enim hanc exhibet inscriptionem: *Incipit summa magistri B. super decretalibus;* Monaco-Patavinus (Mo. 1) sic inscribitur: *Incipit summa B. episcopi Faventini super decretalibus ab eo compositis,* eademque verba, nisi quod pro *compositis* scriptum est *compilatis,* tam in Monaco-Benedictoburano (Mo. 2), quam Vindobonensi et Vaticano obvia sunt, quorum tamen ille *eo* omittit, alter plenum Bernardi nomen exhibet; Parisiensis hanc habet rubricam: *Incipit summa B. Papiensis super capitula extravagantium;* Monaco-Windbergensis (Mo. 3) omni caret inscriptione, idemque de Lipsiensi dicendum est, quippe in quo haec verba: *libellus extra vagantum a maiori parte decretalium* ex prooemio sint recentiori manu translata et adiecta. Qua in varietate inscriptionum eo, quem vides, editionem nostram insignire placuit titulo; ceterum non tam ex statutorum Bononiensium c. 7 *de taxationibus peciarum et quinternorum* (cf. Savigny Gesch. d. Röm. Rechts im M. A. Tom. III. p. 600) auctoritate, cum quae ibi recensetur *Summa magistri Bernardi,* utrum ad nostrum an ad Parmensem sit referenda Bernardum, valde dubitaverim, quam ad Halensis codicis fidem, cuius in fine haec sunt a miniatore addita: *Explicit summa magistri Bernardi.* [2]) Joannes Andreae, quem Ant. Augustinus et Jo. Douiatius secuti esse videntur, in addit. ad Guil. Durandi speculum iuris in prooem. v. *B. Parm.* hoc esse Bernardinae summae asserit initium: *Profectus discipuli gloria magistri.* Atvero hisce verbis libri manuscripti, uno Lipsiensi excepto, ista praemittunt omnes, quae an forte eius librarius consulto omiserit miniatorique supplenda reliquerit, neque affirmare ausim neque negare. Ceterum in Pa. *est* deesse nolo reticere. [3]) Ha. *sub modio doctrinae celare,* sed vitiose; Vi. omittit *celare,* Mo. 3 habet *dare.* [4]) Mo. 2 *obs.,* spatiolo vacuo relicto. [5]) Ha. *vel.* [6]) In Mo. 1 et 2 perperam *foris.* [7]) Mo. 3 omittit; in Va. *debeo* legi, Sartius auctor est, quem tamen tam hic, quam supra, ubi *quia* pro *qui* in codice isto occurrere refert, minus recte legisse putaverim. [8]) Sic omnes praeter Pa., cuius scriptor *ministrare de rivo* suo marte substituisse videtur. [9]) Praeter Mo. 1, Vi. atque Va., quos sequimur, omnes codices habent *itaque,* sed meo quidem judicio minus bene. [10]) Mo. 2 *hac.* [11]) In Pa. *compulsus* tam hoc loco quam post *consideratione* occurrit. [12]) Licet in solo Li. auctoris nomen hoc modo indicatum sit, ob codicis aetatem verba ista in textum recipere non dubitavi. [13]) Li. addit *vero.* [14]) Ista verba ex Va. non refert Sartius.

mulam [15]) Christo duce [16]) aggredior elimare, de exiguo munere venia postulata.

PROOEMIUM [1]).

In Christi nomine [2]). Libellus extravagantium a maiori parte decretalium nomen accepit, in cuius exordio materiam, intentionem, utilitatem, et [3]) agendi ordinem prosequamur.

Materia sunt decretales et quaedam utilia capitula, quae in corpore canonum [4]), registro Gregorii et Brocardo reliquerat Gratianus, poma nova et vetera nobis servans [5]). Intentio est praedicta in unum colligere volumen ac secundum suas sententias sub propriis titulis ordinare [6]). Utilitas patet, quia per huius operis scientiam promtiores erimus ad consulendum, allegandum et diffiniendum. Ordo agendi talis est: dividetur opus in quinque libros, in quorum primo tractatur de constitutionibus ecclesiasticis, de ordinationibus [7]) et officiis clericorum, et de praeparatoriis iudiciorum, in secundo de iudiciis et processu iudiciorum, in tertio de vita clericorum et rebus eorum, de statu monachorum et rebus eorum, in quarto de matrimoniis, in quinto de criminibus et poenis.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De constitutionibus.

Auxiliante Domino de constitutionibus ecclesiasticis [1]) tractaturi, videamus in primis, quid sit constitutio, quis possit constituere, quae causa faciendi constitutionem, quid eius officium, quae cui valeat praeiudicare; et quoniam difficile est promere diffinitionem [2]), si quid in eis offendero, parcat dilectio socialis.

---

[15]) Ha. *summam*, Pa. *summo;* in Mo. 3 excidit. [16]) Li. et Vi. *produce*, Mo. 2 *praeduce*, Mo. 3 *vel duce.*

Prooem. — [1]) Hanc rubricam, in nullo codice obviam, ipse addidi. [2]) Verba ista, quamvis fortasse melius cum praecedentibus coniungenda possint videri, contra codicum auctoritatem, quorum soli Ha. et Pa. pro *In* habent *in*, illuc trahere nolui. [3]) Ha. *et int. et util. et.* [4]) Idem *decretalium canonum.* [5]) Ha. cum Pa. et Li. *reservans.* [6]) Li. *ordire.* [7]) Ha. et Pa. *ordinibus.*

Tit. 1. — [1]) Deest in Ha. [2]) Ha. *eius diffin.*, Pa. *dare*, Mo. 3 *providere.*

§ 1. Constitutio est ius humanum in scriptis redactum. Ius etenim [3]) aliud divinum, aliud humanum, item humanum aliud in scriptis redactum, aliud solo utentium usu roboratum [4]); quod in scriptis redactum est, constitutio, quod usu obtentum [5]), consuetudo vocatur. — § 2. Constituere [6]) potest in secularibus Imperator [7]); civitas etiam potest facere legem municipalem. In ecclesiasticis constituere potest Apostolicus, synodus universalis, synodus patriarchalis et synodus metropolitana [8]). — § 3. Causa faciendi constitutionem est malitiae coertio [9]) et novae quaestionis iudicialis diffinitio, ut Di. IV. *Factae* (c. 1) et C. I. qu. 2 *Quam pio* (c. 2) et in Auth. tit. 2 in pr. (Nov. 2. pr.) — § 4. Officium constitutionis duo versiculi comprehendunt:

Quatuor ex verbis virtutem [10]) collige legis:
Permittit, punit, imperat atque vetat.

ut Di. III. *Omnes* (c. 5). — § 5. Praeiudicat autem constitutio posterior anteriori, ut Dig. eod. [11]) *Non est novum* (L. 26) et infra de cognat. spirit. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 11); posteriores tamen secundum [12]) priores intelliguntur, si eis contrariae non inveniantur, ut Dig. eod. *Sed et* (L. 28); hoc ita [13]), si manant [14]) constitutiones ab eadem auctoritate, puta a sede [15]) apostolica, si vero [16]) a diversis, illa praeiudicat, quae facta est ab hominibus [17]) superioris auctoritatis [18]), ut ar. C. IX. qu. 3 *Conquestus* (c. 8).

TITULUS II.

De rescriptis et eorum interpretationibus [1]).

Diximus de constitutionibus. Sed quia saepe rescriptum vim habet constitutionis, de rescriptis subiiciamus, videntes, quid hic dicatur rescriptum, quis possit facere rescriptum, quas vires habeat in causis, et de eius [2]) interpretatione.

---

[3]) Deest in Mo. 3. [4]) Mo. 3 *approbatum vel rob.* [5]) Sic Mo. 1 et 3 atque Vi. cum Ha. et Pa., nisi quod hi *in usu* habent adduntque *est;* Li. habet *quod usu utentium, cons. voc.*, Mo. 2 *quod usu roboratum etc.* [6]) Mo. 3 *statuere.* [7]) Adiicit Pa. haec: Di. I. *Ius civile quod* (c. 8) et Inst. de iur. nat. civ. et gent. § *Sed quod principi* (§ 6), quae in nullo alio codice occurrunt. [8]) Idem *Apostolicus synodus metropol.*, omissis intermediis, quae tamen alia manu ad marginem addita sunt. [9]) Omnes Codd. *cohertio.* [10]) Li. et Mo. 3 *virtutes.* [11]) Sic omnes praeter Pa., qui *de legib. et constit.* habet. [12]) Deest in Pa. [13]) Mo. 2 *sed et hae si.* [14]) Ha. et Pa. *emanant.* [15]) Mo. 3 omittit *a sede.* [16]) Deest in Ha. et Pa. [17]) Sic Mo. 1 et Vi.; ceteri *omnibus.* [18]) Mo. 3 *superioribus auctoritatibus.*

Tit. 2. — [1]) Altera rubricae pars deest in Mo. 1 et 3. [2]) Omittit Mo. 3.

§ 1. Rescriptum dicitur, quod ad Apostolico rescribitur ad consultationem [3]), quale est illud [4]) in C. II. qu. 5 *Consuluisti* (c. 20). § 2. Rescriptum facere potest in ecclesiasticis Apostolicus, in secularibus Imperator. — § 3. Ut autem melius sciatis, quas vires in causis habeat, notandum [5]), quod rescriptum aliud [6]) secundum ius, aliud praeter ius [7]), aliud contra ius. Quod est secundum ius, habet vim constitutionis; tale namque rescriptum est epistola decretalis [8]) et habet auctoritatem in causis diffiniendis, ut Di. XIX. c. 1 et 2 et 3 et 4 [9]), et C. XXV. qu. 1 *Omnia* [10]) (c. 12). Similiter si est praeter ius, vim constitutionis habet, ut eisdem capitulis comprobatur; si vero [11]) contra ius, non valet, ut C. XXV. qu. 2 *Rescripta* (c. 15). — § 4. De interpretationibus vero sciendum est, quod interpretatio constitutionis vel rescripti [12]) alia generalis necessaria et scripta, ut principis, alia generalis [13]) necessaria et non scripta, ut consuetudinis, alia necessaria et non generalis, ut iudicis [14]), alia nec necessaria nec generalis, ut doctoris.

§ 5. Illud in summa notandum, quod in rescriptis haec conditio apponi debet: „si preces veritate nitantur", ita quod, etiamsi [15]) non apponatur, sit intelligenda, ut infra eod. *Ex parte* (c. 2; - Gr. c. 2. I. 3); mendax enim precator [16]) carere debet impetratis, ut C. XXV. qu. 2 *Rescripta* (c. 15). — § 6. Illud etiam notandum [17]), quod si litterae impetrentur per mendacia precum [18]), licet quantum ad beneficium ibi concessum sint utiles [19]) impetranti, tamen iudex non secundum tenorem rescripti, sed secundum iustitiam cognoscere debet et diffinire, ut infra de offic. iudic. deleg. *Intelleximus* (c. 11; - Gr. n. p.). — § 7. Est etiam [20]) illud non omittendum, quod si diversa rescripta emergant et in posteriori non fiat mentio prioris, stabitur priori, utpote suspicione [21]) habita, quod posterius tacita veritate sit [22]) impetratum, ut infra eod. *Ceterum* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 3), nisi forte qui impetravit secundum fuit

[3]) Mo. 2 isque solus addit *alicuius*. [4]) Mo. 2 non habet *illud*, Mo. 3 omittit *est*. [5]) In Pa. hic repetitur *melius*. [6]) Ha. addit *est*. [7]) Li. omittit hanc alteram distinctionem. [8]) Ha. *est epist. vel decret. rescriptum*, Mo. 2 omittit *est*. [9]) In Mo. 3 omittitur c. 2, in Vi. c. 3, in Mo. 2. c. 4. [10]) Mo. 3 ad § *etiam* remittit, quam in qu. cit. frustra quaesivi. [11]) Li. addit *est*. [12]) Li. *rescripta*. [13]) Omittit idem. [14]) Li. *iudicium*. [15]) Ha. *ita etiam quod*, Mo. 3 *etiam quod si etiam*, Vi. *ita etiam ut*. [16]) Pa. *praedicator*. [17]) Ha. *illud nota*. [18]) Mo. 3 habet *preces* conjungitque cum sequentibus. [19]) Omnibus in codicibus legitur *inutiles*, uno excepto Mo. 1, in quo, qui postea tam interlinearia quam marginalia addidit glossemata, litteram i adiiciendo veram rectamque lectionem in communem commutavit. [20]) Ha. *autem*, Mo. 2 *est etiam et*, Mo. 3 *et etiam non est*. [21]) Ha. *susceptione*, Mo. 3 *praesumtione*. [22]) Mo. 3 *fuerit*. [23]) Deest in Vi.

inscius de priori rescripto [23]), quo in casu consulendus est qui rescripsit, ut infra de offic. iud. deleg. *Sane* (c. 16; - Gr. c. 11. I. 29). — § 8. Item illud notandum, quod privilegiis [24]) solet plus concedi quam iure communi, ut Dig. ad municipalem L. 1; secus in rescriptis, in quibus id praecipue intelligitur concessum, quod iure communi concederetur [25]), ar. C. XXV. qu. 2 *Dicenti* (c. 16) et Cod. de inoffic. testam. *Si quando* (L. 35).

TITULUS III.

De consuetudine.

Audivimus de iure scripto. Nunc audiamus de iure non scripto, scil. de consuetudine; unde videndum [1]), quid sit consuetudo, unde dicatur, quae eius species, quem locum habeat in causis, quae consuetudo legi vel constitutioni praeiudicet, quae in duabus contrariis [2]) consuetudinibus debeat praevalere.

§ 1. Consuetudo est ius moribus institutum, quod pro lege accipitur [3]) cum deficit lex, ut Di. I. *Consuetudo* (c. 6); „moribus" i. e. actibus hominum in usum deductis. Dicitur autem consuetudo [4]), quia in communi [5]) est usu. — § 2. Consuetudo vero alia generalis, alia specialis; generalis est [6]) quae fere ubique servatur, specialis est [7]) quae in aliqua terra specialiter obtinet [8]). — § 3. Hunc [9]) locum tenet in negotiis decidendis, quia primo recurritur ad textum veteris et novi testamenti [10]), deinde [11]) ad canonicas constitutiones, demum [12]) ad consuetudinem, ar. Di. I. *Consuetudo* (c. 6) et Di. XX. *De quibus* (c. 4) et Dig. de leg. et const. *De quibus* (L. 32). § 4. Ut autem melius scias, quae consuetudo praeiudicet legi vel constitutioni, nota [13]), quod generalis consuetudo alia rationabilis, alia non; rationabilis abrogat legem, ut Di. IV. § *Leges* (Gratiani dict. ad c. 3) et in Auth. quib. mod. naturales § ult. Coll. VII. (Nov. 89. c. 15) et Dig. de legib. et SCtis *De quibus* in fin. (L. 32); non rationabilis abrogatur, ar. Di. VIII. c. 3. 4. 5. 6. 7. Specialis,

[24]) Ha. Li. et Mo. 1 *in privilegiis*. [25]) Sic Mo. 1, 2 et 3 cum Vi., ceteri habent *conceditur*.

Tit. 3. — [1]) Ha. et Mo. 2 et 3 addunt *est*. [2]) Deest in Li. et Mo. 3. [3]) Pa. *suscipitur*. [4]) *Moribus* .... *consuetudo* desunt in Mo. 1 et Vi., deerantque in Mo. 2, ubi tamen ipsa ad marginem videas adiecta. [5]) Li. *civium*. [6]) Omittit Mo. 2. [7]) Deest in Mo. 3 et Vi. [8]) Li. addit *locum*. [9]) In Ha. perperam *haec*. [10]) Ha. *novi* non facit mentionem. [11]) Mo. 3 *demum*. [12]) Pa. *deinde*. [13]) Pa.

sive rationabilis sit [14]) sive non, non potest vincere legem, ut Di. XII. *Scit sancta* (c. 3) et Di. XI. *Consuetudinis* (c. 2) et infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. III. 24); sed licet non abroget legem, ei [15]) tamen derogat in eo foro, ubi tenetur [16]), ar. Cod. de aedific. privat. L. 3 et Cod. eod. L. 1. — § 5. Quid ergo, ubi consuetudo consuetudini contradicit? Distinguo [17]), sint [18]) ambae speciales aut una specialis et alia generalis [19]); nam [20]) generales ambae esse non possunt. Porro si una fuerit [21]) generalis, alia [22]) specialis, et ambae rationabiles, specialis [23]) in eo loco, ubi obtinet, derogat generali, quia generi per speciem derogatur, ut Dig. de reg. iur. *In toto* (L. 80); de irrationabili [24]) non curo [25]), quia semper est abiicienda. Si vero ambae sunt speciales, utraque in suo foro [26]) servetur, ar. Di. XII. *Illud* (c. 4). Si tamen alia consuetudo sit in patria iudicis, alia in patria litigantium, distinguitur, utrum [27]) sit habitus inter litigantes contractus in patria iudicis, an [28]) in patria eorum; porro si in patria iudicis, secundum [29]) consuetudinem iudicis est iudicandum, ut [30]) ar. Di. VIII. *Quae contra* (c. 3); si vero in patria litigantium est habitus contractus et ibi causa tractatur [31]), secundum consuetudinem litigantium est iudicandum, ar. C. XI. qu. 3 *Ipse* (c. 59) et Di. XII. *Illud* (c. 4) et *Illa autem* in fin. (c. 11); interlocutoriae vero sententiae in hoc casu secundum arbitrium iudicis meo iudicio [32]) sunt ferendae [33]).

TITULUS IV.

De electione et electi potestate et iuramento [1]).

Finito tractatu iuris ad tractandum de eius ministris scil. de clericis accedamus [2]), de ipsorum [3]) creatione, ordinatione et offi-

notandum. [14]) Deest *sit* in Li., Mo. 1 et 2 atque Vi. [15]) Sic Li., Mo. 1. 3 et Vi.; in ceteris deest *ei.* [16]) Mo. 3 *teneatur.* [17]) Mo. 2 et 3 *distingue.* [18]) Pa. *si sint,* Vi. *aut sunt.* [19]) Vi. *reliqua generalis;* in Mo. 3 exciderunt *aut una etc.,* in Mo. 2 quae sequuntur usque ad *specialis in eo loco.* [20]) Ha. et Pa. *quia.* [21]) Li. *fuit.* [22]) Vi. *reliqua.* [23]) Mo. 3 *specialiter.* [24]) Ha. perperam habet *rationabili.* [25]) Li. *circo.* [26]) Omittit Mo. 3. [27]) Sic Mo. 1 et Vi; Pa. et Mo. 3 *an;* in Li. et Mo. 2 legitur *si;* Ha. neutrum exhibet. [28]) Ha. et Li. *aut;* in Mo. 3 deest cum seqq. usque quo repetitur *patria iudicis.* [29]) Mo. 3 *et tunc sec.* [30]) In eodem itidem desunt sequentia usque ad ar. *C. XI. qu. 3 etc.* [31]) Sic equidem legendum esse censeo; Ha. et Pa. habent *contr., ibi causa tractetur et sec. cons. etc.*; Mo. 1 et Vi. *contr. vel ubi causa tractatur sec. cons. etc.*; Li. cum Mo. 2 *vel ibi c. tractetur.* [32]) Sic Mo. 1 et Vi.; Pa., Li. et Mo. 2 et 3 *in eo iudicio;* Ha. *in eo casu.* [33]) Li. et Mo. 3 *referendae,* Vi. *dicendae.*

Tit. 4. — [1]) Codd. Ha., Li. et Mo. 3 non habent *et iuramento.* [2]) Ha.

ciis [4]) tractaturi; sed quoniam eorum creatio [5]) fit per electionem, de ipsa prius videamus [6]), quid sit electio, qui possint eligere, qui electionem confirmare, an electio facta mutari possit [7]), quid potestatis assequatur electus, quod ab eo requiritur iuramentum.

§ 1. Electio est alicuius personae ad dignitatem vel fraternam [8]) societatem canonice facta vocatio [9]). — § 2. Eligere autem in ecclesia vel domo collegiata debet ipsum collegium, ut Di. LXIII. *Hadrianus* (c. 2), *Nosse* (c. 12), *Vota* (c. 27) et C. XVI. qu. ult. *Congregatio* (c. 43). Idem credo, si vel [10]) unum clericum habet; ipsius [11]) erit electio; si vero clericum non habet [12]), patronus debet eligere, ar. C. XVI. qu. ult. *Decernimus* (c. 32), *Monasterium* (c. 33). Nec obstat, quod quidam dicunt, in ecclesia collegiata [13]) patronum ex eligentibus unum esse debere, quod probare conantur ex C. XVIII. qu. 2 *Abbatem* (c. 4); ceterum subtiliter intuenti non ad electionem, sed ad confirmationis postulationem ibi decernitur [14]) admittendus [15]). § 3. Confirmatio vero electionis ad superiorem spectat personam; nam episcopus habet confirmationem infra se positorum, episcopi vero confirmatio ad archiepiscopum, archiepiscopi ad patriarcham, vel si non habet ad Apostolicum pertinet. Electio igitur pertinet ad inferiores, quia ille qui praeficitur ab his quibus [16]) praeficitur est eligendus ar. infra eod. *Si archiepisc.* (c. 9; - Gr. c. 6. I. 11), confirmatio vero ad superiores [17]), ar. C. I. qu. 1 *Ordinationes* (c. 113) et Di. LXIII. *Quanto* (c. 10) et in Auth. de defensor. civit. § *interim* (Nov. 15. c. 1). — § 4. Nunc videamus, an electio facta mutari possit, ad quod dicendum [18]), quod [19]) electio initiatur [20]) in deliberatione, perficitur in pronunciatione, consummatur in confirmatione. Initiata mutari potest, perfecta non potest [21]), ut C. VIII. qu. 2 *Dilectissimi* (c. 3), nisi sit non canonica, ut ar. Di. XXVIII. *De Syracusanae* (c. 13); consummata [22]) nec mutari nec cassari

ad tractatum de eius ministris accedamus, scil. de clericis, de ipsorum etc. [3]) Mo. 3 *praepositorum.* [4]) Vi. *officio.* [5]) Li. *creati.* [6]) Mo. 2 *dicamus.* [7]) Quae antecedunt, sic Mo. 3 librarius vitiosissime reddit: *creatio fit per electionem confirmare autem mutare possit.* [8]) Pa. et Ha. *fratrum,* Mo. 3 *supernam.* [9]) Mo. 3 *electio vocatio,* Vi. *eiusdem.* [10]) Deest in Pa. [11]) Li. *et ipsius.* [12]) Ha. librarius ex incuria verba *ipsius . . . non habet* repetivit. [13]) In Ha. et Pa. legitur *de eodem collegio.* [14]) Deest *ibi* in Ha.; Mo. 2 *postulationis confirmationem eum esse* habet. [15]) In Pa. additur *ut extra Clem. nobis* (c. 2 de iure patron. Comp. II., Gr. c. 25. III. 38). [16]) Ha. *illis qui.* [17]) Mo. 2 addit *pertinet.* [18]) Ha. addit *est.* [19]) Vi. *quod cum.* [20]) Mo. 3 *electio iniciatur perficitur et consummatur; iniciatur etc.*, quam lectionem, etsi haud dissimilem ei dicendi modo, quem alias sequi solet Bernardus, contra ceterorum Codd. fidem recipere nolui. [21]) Ha., Mo. 1 et Pa. *potest.* [22]) Mo. 2 *confirmata.*

potest, nisi accusatione proposita et ordine iudiciario habito, ar. Di. XXIII. *Illud* (c. 5). — § 5. Hanc autem potestatem habet electus, quia, dum [23]) approbat de [24]) se factam electionem, ecclesiae [25]) sponsus efficitur propter mutuum consensum, unde electoribus cessantibus ipse potest petere confirmationem, ad instar eius quod habetur C. VIII. qu. 3 *Artaldus* (c. 2); nondum vero confirmatus non habet [26]) temporalium vel spiritualium administrationem ar. infra eod. *Nosti* (c. 18; - Gr. c. 9. I. 6) *Dignum* (c. 19; - Gr. n. p.), sed post confirmationem habet utramque [27]), ar. eisdem capitulis [28]) et Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1). — § 6. Iuramentum autem [29]) exigitur ab eo etiam ante confirmationem, ne dilapidet ecclesiae bona, si tamen est in eo causa suspicionis, ut ar. Di. XXVIII. *De Syracusanae* (c. 13); post consecrationem autem ab eo consecrator fidelitatis exigit iuramentum, ut infra eod. c. antepenult. et penult. [30]) (c. 20 et 21; - Gr. c. 4 et 5. II. 24).

Quae autem hic minus dicuntur, in summula [31]) quam de electione fecimus plenius inveniuntur.

TITULUS V.

De renuntiatione.

Quoniam ea quae per electionem acquiruntur renuntiatione vel iudicio amittuntur, et renuntiatio est voluntatis, iudicium vero necessitatis [1]), recte [2]) post tractatum electionis tractatur [3]) de renuntiatione, quia quicquid acquiritur est amissibile. Videamus igitur [4]), quid sit renuntiatio, quis renuntiare possit, cui [5]) sit facienda, quae renuntiari possint [6]), quis eius effectus.

§ 1. Renuntiatio est iuris proprii spontanea refutatio. — § 2. Renuntiare potest is, qui ius habet vel videtur habere, quia licitum est cuique iuri suo renuntiare, ut ar. Di. VIII. *Quo iure* (c. 1) et C. VII. qu. 1 *Quam periculosum* (c. 8), *Qualiter* (c. 13), et Cod. de pactis *Si quis in conscribendo* (L. 29). — § 3. Est autem ei fa-

[23]) Pa., si recte ipse legerim, quae adnotavit filius, habet *deo* vel *deo;* fortasse legendum erit, aut scriptum est *donec.* [24]) Mo. 3 *a se.* [25]) Mo. 2 *iam ecclesiae.* [26]) Mo. 3 *non potest usurpare.* [27]) Ha. *utrumque.* [28]) Sic omnes Codd., praeter Mo. 2 ubi legitur: *utramque ut Di. XXIII etc.* [29]) Vi. *vero.* [30]) Li. ad *c. penult.* non remittit. [31]) Ha. et Mo. 3 *summa.*

Tit. 5. — [1]) Ha. et Mo. 3, omisso *est,* habent *renunciatione* et *iudicio.* [2]) Deest in Mo. 2. [3]) Li. *tractat.* [4]) Mo. 2 omittit. [5]) Pa. *et cui.* [6]) Mo. 3

cienda renuntiatio, de cuius manu habetur institutio vel confirmatio, ar. C. XVIII. qu. 2 *Abbas pro* (c. 8) et in Auth. de defensor. civit. § *Interim* Coll. III. (Nov. 15. c. 1) et infra de testam. *Admonet* (c. 8; - Gr. c. 14. I. 9); hinc excipitur resignatio episcopatus, quae sine Romani [7]) pontificis auctoritate fieri non debet [8]), ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.); item resignatio ab exspoliato facta non tenet [9]), ut infra de restit. spoliat. c. 1 (Gr. c. 1. II. 13). — § 4. Renuntiari possunt propria iura; quod vero pro communi utilitate est introductum, a me vel alio [10]) resignari non potest, ut Cod. de iureiur. propter calumniae L. 2 § *Sed quia* [11]) (§ 4) et Dig. de pactis *Iuris* (L. 7); item quod nondum competit resignari non potest, ut Dig. de acquir. hered. *Is qui* (L. 13) et Dig. de acquir. rer. dom. *Substitutio* (L. 42) [12]). — § 5. Effectus renuntiationis est, ut quod [13]) semel legitime [14]) renuntiatum est iam recuperari non possit, ut C. VII. qu. 1 *Quam periculosum* (c. 8).

TITULUS VI.

De temporibus ordinationis et qualitate ordinandorum [1]).

Egimus de clericorum electione. Nunc de eorum ordinatione dicamus, et quoniam ordinationem praecedit examinatio, videamus, quis debeat examinare, quo tempore, de quibus rebus, item quibus temporibus fiat generalis ordinatio, qualis debeat esse ordinandus.

§ 1. Ordinandi [2]) examinatio ad archidiaconum [3]) spectat, cum in ipsa ordinatione ab episcopo ei dicatur: *Scis eos dignos esse?* et ipse respondens dicat [4]): *Scio et testificor;* si vero abest archidiaconus, episcopus cui vult committat, ut ar. Di. XXIV. *Quando* (c. 5). Debet autem haec [5]) examinatio fieri quarta feria [6]) ante sabbatum ordinationis, ut Di. XXIV. *Quando* (c. 5). — § 2. Generalis [7]) vero ordinatio fit in quatuor sabbatis quatuor temporum, et in sabbato ante dominicam de passione [8]) et in sabbato sancto; in his

quibus . . . possit. [7]) Pa. *summi.* [8]) Pa. *facta non tenet.* [9]) Mo. 3 omittit *non tenet.* [10]) Mo. 2 *ab alio.* [11]) Sic Mo. 3, atque rectissime, licet solus. [12]) Cod. Pa. hanc solam allegat legem. [13]) Mo. 3 addit *cui.* [14]) Deest in Mo. 2.

Tit. 6. — [1]) Alteram rubricae partem nec Ha. nec Mo. 3 exhibet; in Li. haec occurrit rubrica: *de examinatione ordinandorum.* [2]) Mo. 3. *Generaliter exam. etc.* [3]) Mo. 2 et Vi. *archidiaconem.* [4]) Mo. 1 et 2 cum Li. *respondeat;* in Mo. 3 ista desunt omnia. [5]) Deest in Mo. 1 et 3 et Li. [6]) Desunt verba *qu. fer.* in Pa. [7]) Ha. perperam habet *generaliter.* [8]) In Mo. 3 sive ipse

solis sacri ordines dari possunt, minores autem ordines in aliis festivitatibus [9]) dantur, ut infra eod. *De eo* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 11). § 3. In ordinandi vero persona [10]) tria requiruntur, vita, scientia [11]), integritas; vita, ut sit sine crimine, scientia scripturae, integritas, ne sit corpore vitiatus, ut C. XVI. qu. 1 *Legi* (c. 36), nec minoris aetatis, ut Di. LXXVII et Di. LXXVIII. per totas [12]).

TITULUS VII.

De ordinatis ab episcopo qui renuntiavit episcopatum [1]).

In hoc titulo id praecipue notabile invenitur, quod qui accipit minores ordines ab eo, qui episcopatui et ordini pontificali [2]) renuntiaverat [3]), potest officiis suis uti; qui vero sacros, non potest, cum tamen de officio aut neutros aut utrosque [4]) conferre possit. Sed hoc, quod [5]) de minoribus ordinibus dicitur, dispensative intelligi potest, ubi etiam notandum, quod resignatio non abstulit episcopo potestatem, sed executionem.

TITULUS VIII.

De aetate et qualitate et ordine [1]) praeficiendorum.

Quia eadem fere in ordinando et praeficiendo requiruntur, et quia ordinati in ecclesiis [2]) praeficiuntur, ideo quae in praeficiendo sint requirenda videamus [3]). Sunt autem ista: aetas, qualitas et ordo. Aetas praeficiendi [4]) est ad minus XXV annorum ut

librarius sive alius quis ad marginem adiecit: *i. e. in sabbato medianae ebdomadis.* [9]) Vi. *festis.* [10]) Li. *in ordinandis vero personis.* [11]) Quae sequuntur usque ad *scripturae* desunt in Mo. 3. [12]) Pa. *per totam*, quia hic ad solam Di. LXXVII. remittitur; Mo. 2 *per totum.*

Tit. 7. — [1]) Ha. *renuntiaverat*; Mo. 2 et Vi. *resignavit;* Pa. *episcopatui;* Li. hanc rubricam: *De resignatione*, Mo. 3 nullam exhibent. [2]) Deest in Ha. [3]) Vi. *renuntiavit.* [4]) Li. et Mo. 1 in his verbis *a. n. a. u.* transversum sequuntur ordinem. [5]) Deest *hoc* in Li., Mo. 3 et Vi; Mo. 2 habet *sed quid.*

Tit. 8. — [1]) Desunt in Li. verba *et qualitate et ordine*, in Mo. 3 *et ordine.* [2]) Pa. et hic et postea *ecclesiasticis.* [3]) Omnia ista in Mo. 3 ad tit. praeced. sunt a librario posita, cum rubricae atque miniatori post *videamus* locum reliquerit. [4]) Ha. et Pa. *requirenda.* [5]) Ha. *XIII annum*, Mo. 2 *XVII annum.*

supra de electione *Cum in cunctis* § 1 (c. 16; - Gr. c. 7. I. 7), nisi forte dispensative post XIV [5]) annum, ut infra eod. *Indecorum* (c. 4; Gr. c. 3. I. 14), vel haec trahitur [6]) ad illam, ut archidiaconus sit vel fiat diaconus, archipresbyter presbyter, praepositus vel [7]) decanus diaconus vel sacerdos, ut infra eod. (c. 1; - Gr. c. 1. I. 14) et supra Di. LX. *Nullus* [8]) (c. 2); quod vero in [9]) primo huius tituli capitulo dicitur, ut praepositi fiant presbyteri, intelligi potest in illis ecclesiis, ubi habent officium archipresbyteri. Qualitas eadem est [10]), quae supra de ordinandis.

TITULUS IX.

De filiis presbyterorum ordinandis vel non [1]), nec in paternis ecclesiis tolerandis.

Inter alia, quae ordinandos impediunt, vitium originis praestat impedimentum, ut in spuriis, adulterinis, filiis sacerdotum et servis [2]). De spuriis non ordinandis habes [3]) infra tit. prox. *Consuluit* [4]) (c. 5; Gr. c. 5. I. 12); de filiis adulterorum habes Di. LVI. *Quia* (c. 14), de utrisque supra de elect. *Cum in cunctis* (c. 16; - Gr. c. 7. I. 6); de filiis presbyterorum habes [5]) in titulo isto. Videamus ergo [6]), quare filii presbyterorum prohibeantur ordinari, quae circa eos dispensatio fiat.

§ 1. Causa prohibitionis [7]) est dignitas sacerdotalis, quae vili personae committi non debet, et quia tales filii paternae nequitiae solent esse imitatores. — § 2. Fit tamen erga [8]) eos dispensatio magna, maior et maxima; magna, ut, si bonae vitae inveniantur [9]), in monasteriis vel regularibus canonicis [10]) ordinentur, ut Di. LVI. *Unde-*

[6]) Ha. *trahatur.* [7]) Deest in Vi. [8]) In omnibus Codd. additur verbum *etiam*, quod tamen in Decreto frustra in c. cit. quaesiveris; in Mo. 2 vacuum spatiolum reliquit scriptor; Mo. 3 pro *supra* habet *secundum.* [9]) Deest in Li. [10]) Sic Mo. 2; in ceteris deest.

Tit. 9. — [1]) Pa. *de fil. presb. non ordinandis nec in etc.*; Li. *de impedimento ordinandorum;* Mo. 3 *de filiis sacerdotum;* in Vi. deest *nec.* [2]) Pa. hic exhibet exiguam lacunam postea explendam, nec tamen expletam; in Mo. 2 deest *et servis.* [3]) Ha., Mo. 1 et Pa. *habemus.* [4]) Deest *consuluit* in Mo. 2. [5]) Omittit Vi. [6]) Mo. 2 *igitur.* [7]) Sic Li., Mo. 2 et 3 et Vi.; Ha., Mo. 1 et Pa. *causa quare prohibeantur.* [8]) Li. *inter.* [9]) Ha. et Pa. *invenientur.* [10]) Mo. 2

cunque (c. 3) [11]) et infra eod. (c. 1; - Gr. c. 1. I. 17) et c. [12]) *Quod super* (c. 5; - Gr. n. p.); maior, ut in aliis ecclesiis excepta paterna ordinentur, ut per contrarium sensum colligitur [13]) infra eod. (c. 3; - Gr. c. 3. I. 17); maxima vero [14]), ut etiam in paterna, tamen aliquo mediante, ut infra eod. *Ex transmissa* (c. 8; - Gr. c. 7. I. 17).

TITULUS X.

De servis non ordinandis et eorum manumissione [1]).

Post impedimentum turpis originis agendum est de vili origine, scil. de impedimento conditionis; servilis enim [2]) vilitas [3]) clericalem non accipit dignitatem, ut Di. LIV. *Admittuntur* (c. 21). Videamus igitur [4]), qualiter servus possit ordinari, quid iuris sit de his qui sine manumissione ordinantur, quid sit manumissio, quis manumittere possit [5]), et qualiter.

§ 1. Nullus autem servus ordinari potest nisi manumittatur i. e. liber efficiatur. Porro manumissus alius est libertus ecclesiae, alius [6]) privati; libertus ecclesiae ordinari potest etiam retento iure patronatus, ut C. XII. qu. 2 *Diaconi* (c. 35), libertus vero privati ordinari non debet, nisi plenam acceperit libertatem, a iure patronatus [7]) liberatus, ut Di. LIV. *Quicunque* (c. 5). — § 2. Qui [8]) vero sine manumissione [9]) ordinatur, aut domino sciente [10]) et praesente aut

---

mon. canon. vel regul. [11]) Ha., Mo. 1 et Vi. *§ unde;* Pa. *caln;* Mo. 2 *c. 1;* Mo. 3 *ú.* Cum vero in Di. LVI, ad quam omnes remittunt, neque Gratiani dictum, quod *unde* incipiat, neque aliud capitulum occurrat, quo Bernardi sententia possit fulciri, dubium esse nequit, quin auctor ad c. *undecunque* remiserit. [12]) Haec verba *et c.* in Cod. Mo. 1 is qui marginalium auctor est corrigendo addidisse videtur. [13]) Ha. *intelligitur;* Mo. 3 *intelligitur vel colligitur.* [14]) Deest in Mo. 2. 3 et Vi.

Tit. 10. — [1]) Li. *de impedimento servili;* Vi. omittit *et eorum manum.* [2]) Deest in Pa. [3]) In Mo. 3 supra linea additur *vel conditio.* [4]) Mo. 1 *ergo.* [5]) Ha. et Pa. *potest.* [6]) Ha. et hic et antea habet *aliquando,* Mo. 2 primo loco *alias,* secundo *al'.* [7]) Sic Li. et Vi.; Ha., Mo. 1 et Pa. *a iure patroni;* Mo. 3 *a suo patrono;* Mo. 2 *a iure pa.* [8]) Pa. hic ex errore repetit *quicunque.* [9]) Mo. 2 *sine domini manum.* [10]) In his quae sequuntur, unius codicis, scil. Mo. 3, auctoritati alios postponere nullus dubitavi, cum quia pleniorem textum reddit et qui melius quadret capitulis a Bernardo citatis, tum ob ipsas lectionum varietates in ceteris codicibus obvias, quae veri textus quaedam mihi dare videntur indicia. Etenim Ha. et Pa. sic habent: *sciente aut ignorante; si sciente et non contradicente, non revocatur in servitutem ut Di. LIV. Quis aut.;* Li. et Vi. utroque loco particulam *non* omittunt, dum alioquin illi concordent; Mo. 2 ita audit: *si non sciente et contradicente revocatur etc.*; in Mo. 1 vero, cuius textus idem est, qui in Ha. et Pa., librarius verbis *quis aut* superscripsit *Si servus.*

ignorante; si sciente et non contradicente, liber fit ordinatus, ut Di. LIV. *Si servus* (c. 20); si contradicente, revocatur in servitutem, ut Di. LIV. *Quis aut* (c. 11); si vero domino ignorante et non praesente sit ordinatus, infra [11]) annum tantum [12]) poterit revocari, nisi sit sacerdos, ut Di. LIV. *Ex antiquis* (c. 9), vel si fuerit monachus factus infra triennium revocari potest, ut Di. LIV. *Si servus* (c. 20) et C. XVII. qu. 2 [13]) *Si quis incognitus* (c. 3). — § 3. Nunc quid sit manumissio videamus [14]). Manumissio est datio libertatis. Manumittere potest qui suarum rerum habet administrationem; minor etiam, qui iam vicesimum annum complevit [15]), inter vivos libertatem dare [16]) potest, ut Cod. qui manumittere non possunt [17]) *Si minor* (L. 4); in ultima [18]) voluntate, ex quo testari, etiam manumittere potest, ut in Auth. ut sponsal. largitas § 1. Coll. IX. (Nov. 114. c. 2). — § 4. Fit autem manumissio multis modis; in secreto, dicente domino: *esto liber;* item coram iudice, quae dicitur manumissio vindicta [19]), et si ad hoc fiat, ut manumissus ordinetur, potius debet fieri coram ecclesiastico, quam coram seculari iudice, ut infra eod. (c. 1; - Gr. c. 1. I. 18); item manumittuntur [20]) in [21]) ultima voluntate et directo [22]) et per fideicommissum, quae omnia plenius in Cod. libro VII. inveniuntur.

TITULUS XI.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non [1]).

Impedit etiam ordinationem [2]), si quis fuerit ad ratiocinia obligatus; non enim debet ordinari, nisi post redditas rationes [3]), ut in titulo isto declaratur.

---

[11]) Sic omnes, praeter Li., qui habet *intra,* et Pa., cuius scriptorante *annum* lacunam reliquit, quam postea explendam notavit quidem, nec tamen curavit. [12]) Sic tam Mo. 3 quam Ha.; in ceteris deest, neque forsan iniuria. [13]) Codd. praeter Mo. 3 remittunt omnes ad qu. 3, sed perperam. [14]) Deest in Ha. [15]) Li. *implevit.* [16]) Vi. *donare.* [17]) Pa. *ut capitulo qui manumitti non potest.* [18]) Li., Mo. 2 et Vi. addunt *vero.* [19]) Pa. secundum filii schedas addit *ire.* [20]) Li. *manumittitur.* [21]) Mo. 3 *vel* pro *in.* [22]) Idem *directe.*

Tit. 11. — [1]) Verba *ord. vel non* et in Ha. desunt et in Mo. 1. 2. cum non suffecerit, quod librarii miniatoribus vacuum reliquerant spatium. In Li. rubricam addere neglexit miniator; in Mo. 3 ipse librarius sequentia pro parte tituli proximi habuisse videtur, cum uno tenore auctorem fecerit pergere. [2]) Vi. *ad ordinationem.* [3]) Idem *n. e. prius d. o. nisi reddat rat.;* Mo. 3 *nisi prius redditis ratiociniis.*

TITULUS XII.

De corpore vitiatis ordinandis vel non [1]).

Audivimus de impedimento originis. Nunc de impedimento [2]) irregularitatis agamus [3]), quae est in corpore vitiatis et bigamis, et prius de corpore vitiatis, inquirentes [4]), quare ordinari prohibeantur, et qui possint ordinari, et qui non.

§ 1. Huiusmodi vitiati propter deformitatem prohibentur; possunt tamen [5]) ex eis quidam promoveri. Illorum enim [6]) alii sunt debilitati, alii mutilati; debilitatum dico, qui membrum habet, sed inefficax, ut oculum coecum, manum aridam, crus contractum; mutilatum, qui aliquo membro [7]) caret. — § 2. Ex debilitatis [8]) claudum admittit ecclesiae consuetudo. Mutilati vero alii in apparentibus membris, alii in occultis, et qui in apparentibus, alii in magno membro [9]), alii in parvo; magnum intelligo [10]) in quantitate ut manum [11]), vel decore ut oculum vel nasum. Mutilatus in non apparentibus ordinari potest ut castratus, ut Di. LV. [12]) *Si quis a medicis* (c. 7), *Eunuchus* (c. 8), *Si quis pro aegritudine* (c. 9). Mutilatus in apparentibus et magnis [13]) non ordinatur, ut ar. Di. LV. *Si evangelica* (c. 13), si vero in modico, non prohibetur; illo procul dubio observando [14]), ut [15]), si quis se ipsum in magno vel [16]) modico membro sponte [17]) mutilaverit, nullatenus valeat ordinari, ut Di. LV. *Qui partem* (c. 6).

TITULUS XIII.

De bigamis non ordinandis [1]).

Dictum est de corpore viciatis. Nunc de bigamis subiiciamus, ubi videndum est, quare bigamus ab ordine arceatur, et usque ad

Tit. 12. — [1]) Li. *de mutilatis*; Vi. et Mo. 2 *de corp. vitiatis*; Mo. 3 *de c. v. non ordinandis.* [2]) Vi. et Mo. 3 *impedimentis.* [3]) Mo. 2 *audiamus.* [4]) Deest in Mo. 3. [5]) Mo. 2 omittit. [6]) Li. *autem.* [7]) Li. et Mo. 2 *membrorum;* Mo. 3 addit *penitus.* [8]) Ha. et Li. *debilitate.* [9]) In Ha. deest. [10]) Li. omittit. [11]) Mo. 3 pro *ut manum* vitiose habet *non magnum.* [12]) Quae sequuntur usque ad *Si evangelica* ex librarii incuria exciderunt in Mo. 3. [13]) In Mo. 2 desunt *et magnis.* [14]) Mo. 3 *observato.* [15]) Deest in Ha. et Pa. [16]) Pa. interserit *in.* [17]) Mo. 2 *vel parvo sponte.*

quem gradum dispensative [2]) possit admitti, et quae [3]) sint species bigamiae.

§ 1. Prohibetur autem bigamus non propter culpam, sed propter defectum sacramenti, quia Christus non duas, sed unam tantum sibi ecclesiam copulavit, ut Di. XXVI. *Acutius* (c. 2), *Qui sine* (c. 5); dispensative tamen usque ad subdiaconatum potest promoveri [4]), ut Di. XXXIV. *Lector* (c. 18). Ceterum [5]) qui unam desponsavit et non cognovit et aliam desponsavit et cognovit, a sacris ordinibus non prohibetur, ut Di. XXXIV. *Valentino* (c. 20). — § 2. Duae sunt species bigamiae, successiva et coniunctiva; successiva in eo [6]), qui prius habuit unam et postea aliam, ut C. XXXI. qu. 1 *Aperuit* (c. 11), *Deus* (c. 12); coniunctiva in eo [7]), qui simul habuit duas [8]), ut Di. XXXIV. *Christiano* (c. 5) et C. XXIV. qu. 3 *An non* [9]) (c. 19) et Cod. de adult. *Eum qui* (L. 18); utraque ordinando praestat impedimentum.

TITULUS XIV.

De clericis peregrinis sine litteris non recipiendis [1]).

Dictum est de his qui prohibentur in totum. Nunc dicamus [2]) de his qui prohibentur in partem [3]), ut sunt clerici peregrini, qui [4]) ideo prohibentur, quia et vagipalantes [5]) praesumuntur et saepe de se maiores ordines mentiuntur; hi tamen cum suorum litteris episcoporum admitti possunt, ut hic et Di. XCVIII. [6]) per totum [7]).

Tit. 13. — [1]) Verba *non ordinandis* Li. et Pa. non habent. [2]) Pa. librarius hic, uti saepius, verbo *arceatur* lacunam reliquit, habetque *dispensantem.* [3]) Ha. et Pa. *quot.* [4]) Sic Codd. Mo. 1, 2 et 3 cum Li. et Vi.; ceterorum scriptores, cum ad ipsum Bernardi textum retulerint verba *Sine qui*, ipsum corrigere rati, sed depravantes sic reddiderunt: Pa. *qui sine dispensatione tamen etc.*, Ha. *qui si non de iure stricto, dispensative tamen etc.* [5]) Deest in Mo. 2. [6]) Sic Mo. 1 et 2 cum Li. et Vi.; Ha. et Mo. 3 *ut in eo*, Pa. *autem est ut in eo.* [7]) Vi. non habet *in eo.* [8]) Ista omnia desunt in Mo. 2. [9]) Mo. 3 *et Cod. annum.*

Tit. 14. — [1]) Mo. 3 habet *non ordinandis sine litteris;* in Mo. 1, Pa. et Vi. desunt verba *sine litteris non recipiendis;* Li. tantum habet *de peregrinis.* [2]) Sic Li.; in ceteris *dicamus* deest. [3]) Mo. 3 librarius tituli initium sic reddit: *Dicendum de his, qui prohibentur in partem, ut sunt etc.*, cetera omnia omittens. [4]) Omittit Li. [5]) Pa. *vagipilantes;* Mo. 3 *vagi et palantes.* [6]) Ita Li. et Mo. 1. 2 et Vi. idque recte, cum in hac praeserlim Di. XCVIII. de testimonio agatur clericis peregrinis dando. Ha. et Pa. ad *Di. XXVIII.* remittunt, Mo. 3 ad *Di. XC.* [7]) Pa. *totam.*

TITULUS XV—XX.

De officio archidiaconi et archipresbyteri etc.

Explicito per Dei gratiam tractatu ordinandorum, nunc de dignitatum officiis [1]) videamus. Ceterum [2]) circa officium archidiaconi quaerendum videtur, cur maior archipresbytero dicatur, cum constet presbyterum diacono maiorem, unde videtur archipresbyter archidiacono [3]) maior. Sed maioritas dicitur hic non ordinis, sed dispensationis, sicut et Petrus ceteris discipulis praefuit non ordine, sed dispensatione, ut Di. XXI. [4]) *In novo* (c. 2); vel [5]) dicas, archidiaconum [6]) archipresbytero et maiorem esse et minorem, maiorem in his, quae ad se [7]), minorem in his, quae ad archipresbyterum spectant; simile Cod. de offic. vicarii et praef. L. 1. Cetera satis patent [8]).

TITULUS XXI.

De officio et potestate [1]) iudicis delegati.

Quia iudex delegatus vices tenet eius a quo delegatur, recte post officium vicarii agitur de officio iudicis delegati, ubi videndum est, quis dicatur iudex ordinarius, quis delegatus, quid officium delegati, quae potestas, et quantum duret [2]).

§ 1. Ordinarius iudex est qui in ecclesiasticis ab Apostolico, in secularibus ab Imperatore totalem quandam habet iurisdictionem. § 2. Delegatus vero dicitur, cui ab ordinario aliqua causa committitur vel delegatur. — § 3. Officium autem iudicis delegati est, diligenter fines mandati observare ac partibus convocatis, quae

Tit. 15—20. — [1]) Mo. 3 *de dignitate officii.* [2]) In Pa. pro *videamus* legitur *iudicamus*, atque *ceterum autem.* [3]) Li. per librarii incuriam praemittit *diacono.* [4]) Codd. omnes, quin immo Mo. 2 ex correctura, ad *dist. 20* remittunt, at falso. [5]) Mo. 3 *ita.* [6]) Mo. 2 *archidiaconem.* [7]) Mo. 3 *ad seculum*, qui et mox *archipresbyteros* habet. [8]) Verba ista procul dubio non tam ad iura archidiaconi referenda sunt, quam ad omnes, qui de archipresbyteri, primicerii, sacristae atque vicarii in ipsa compilatione sequuntur tituli, cum hi omnes aeque careant summa. Hinc, atque ex Li. auctoritate, quippe qui addat *et archipresbyteri*, factum est, ut huius tituli rubricam ita, ut supra, concipere haud dubitaverim.

Tit. 21. — [1]) Desunt verba *et potestate* in Ha. Cod.; in Pa. huius tituli rubricam deletam esse admonuit filius. [2]) Pa. *extendatur.* [3]) Deest in

utrimque proponuntur, audire ac secundum datam sibi [3]) formam negotium terminare [4]), nisi litterae fuerint per mendacium impetratae, quo in [5]) casu non secundum datam sibi formam, sed secundum iustitiam procedere debet, ut infra eod. *Intelleximus* (c. 11; - Gr. n. p.) et Cod. Si contra ius vel utilitat. *Praescriptione* (L. 2). § 4. Potestas eius extenditur [6]) ad omnia ea, sine quibus commissa causa nequit commode explicari, ut infra eod. *Praeterea* (c. 6; - Gr. c. 5. I. 29) [7]), et Dig. de iurisd. omn. iud. *Cui* (L. 2) [8]); item cum auctoritatem habeat delegantis, maior [9]) efficitur eo, cuius sibi causa delegatur, ut infra eod. *Sane* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 29). Mittere tamen in possessionem non potest, nisi sit a principe vel ab [10]) apostolico delegatus, ar. Dig. de iurisd. omn. iud. *Iubere* (L. 4) et infra de dolo c. 2. 3 et 4 [11]) (Gr. c. 2—4. II. 14); item delegatus alii delegare non potest, nisi sit a principe vel ab apostolico delegatus, ut Cod. de iudic. [12]) *A iudice* (L. 5). — § 4. Finitur autem eius [13]) potestas elapso termino commissionis, ut infra eod. *De causis* (c. 5; - Gr. c. 4. I. 29), *Si autem* (c. 12; - Gr. n. p.) [14]); item finitur expleto mandato, ut cum delegatus sententiam a se latam executioni mandavit vel mandari praecepit, ut infra eod. *In litteris* (c. 14; - Gr. c. 9. I. 29); item finitur, si alii fuerit causa commissa, dum tamen in posterioribus litteris [15]) habeatur mentio priorum, ut supra de rescr. *Ceterum* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 3); praeterea finitur, si re integra [16]) mors interveniat alterutrius i. e. [17]) delegantis vel delegati, ut infra eod. c. penult. et ult. (Gr. c. 19. 20. I. 29) et Dig. mandati *Inter causas* § 1. (L. 26) et L. *Si quis alicui* § 3 (L. 27).

TITULUS XXII.

De officio legati.

Quia officium legati simile est officio delegati, licet sit dignius et latius, ideo consequenter post officium delegati agitur de officio

Pa. [4]) Idem *determinare.* [5]) Deest in Mo. 2. [6]) Pa. *extendi dicitur;* Mo. 2 *ostenditur.* [7]) Deest in Mo. 2 et Vi., quod sequitur usque ad *item.* [8]) Ha. habet *de iu. o. iu. L. III.* [9]) Idem minus recte *minor.* [10]) Omittunt *ab* Mo. 2 et 3, tam hic quam mox. [11]) In Cod. Ha. etiam c. 1 citatur. [12]) Quae antecedunt inde a *omn. iudic.* exciderunt in Mo. 2. [13]) Sequentia usque ad *expleto mandato* omisit Mo. 3 scriptor. [14]) Desideratur alter locus in Mo. 1 et Vi. [15]) Deest in Li. [16]) Mo. 2 *redintegra.* [17]) Pa. *scil.;* Mo. 3 *vel.*

legati. Videamus ergo [1]), quis dicatur legatus, et quid sit eius [2]) officium, et quantum duret.

§ 1. Legatus dicitur, cui aliqua patria [3]) vel provincia regenda committitur, ut eius vice fungatur, a quo destinatur [4]). — § 2. Officium autem [5]) eius est, ea explicare, quae faceret ille qui eum legavit, exceptis illis quae requirunt specialem concessionem, ut est episcopi depositio; talia namque non transeunt mandata iurisdictione [6]), ut Dig. de off. eius cui mand. est iurisd. L. 1. Sane de causis, quae pertinent ad iurisdictionem iudicum [7]), qui [8]) sunt in sua provincia, cognoscere et diffinire potest, sive fuerit sive non fuerit ad eum appellatum, ut infra eod. (c. un.; - Gr. c. 1. I. 30), excepto, si ad apostolicum fuerit appellatum, ar. infra de appell. *Nos in eminenti* (c. 40; - Gr. n. p.). — § 3. Durat quamdiu placet mittenti; finitur vel [9]) elapso termino, si est ad terminum data legatio, vel revocatione secuta [10]), vel alterutrius morte interveniente, sive coepta fuerit [11]) legatio sive nondum coepta.

TITULUS XXIII.

De officio et potestate praelati et iudicis ordinarii [1]).

Audistis de officio iudicis delegati; nunc de officio et potestate iudicis ordinarii audiatis. Videamus ergo [2]), qualis debeat [3]) esse iudex ordinarius, quid eius officium, et [4]) quae potestas; quis autem sit iudex ordinarius, quaere supra de off. iud. deleg.

§ 1. In qualitate ipsius ista considerantur [5]):

Conditio, sexus, aetas, discretio, fama [6]).

Conditio, ne sit servus, ut C. III. qu. 7 § *Tria* (dict. Grat. ad c. 2); sexus, ne foemina, ut ibidem et C. XXXIII. qu. ult. c. ult. et Dig.

Tit. 22. — [1]) Mo. 2 *igitur;* in Mo. 1 et Pa. neutrum occurrit. [2]) In Mo. 2 deest *sit*, Mo. 3 *eius*. [3]) Sic Codd. omnes praeter Mo. 2, qui legit *terra;* et recte, cum *patriae* verbo saepius, teste du Cange, istius temporis scriptores in generali *provinciae* vel *pagi* sensu utantur. [4]) Mo. 2 *delegatur*. [5]) Deest in Li. [6]) Sic Mo. 1, Li. et Vi.; Ha. lectio atque Mo. 2 *mandati iurisdictionem* aeque, atque Pa. *in iurisdictione mandati* et Mo. 3 *mandatum iuri dictionem in iudicium* sensu caret. [7]) Hucusque omittit Mo. 3, quae antecedunt inde a *ut Dig. eod. etc.* [8]) Ha. *que*, superposita littera *i*. [9]) Deest in Mo. 3. [10]) Idem *sequente*. [11]) Mo. 1. 2. 3 *sit*.

Tit. 23. — [1]) Hanc rubricam in ipsa Bernardi compilatione obviam exhibent Mo. 1 et 2; Ha. habet *de officio iudicis ordinarii;* Li. et Pa. cum Vi. et Mo. 3 *de off. et potestate iud. ord.* [2]) Mo. 2 *igitur*. [3]) Sic Mo. 1—3 et Vi.; ceteri *debet*. [4]) Ha. et Pa. non habent *et*. [5]) Pa. *considerentur*. [6]) Mo. 2

de reg. iur. L. 2; aetas requiritur, ut sit maior XX. [7]) annis, ut Dig. [8]) de arbitris *Cum lege* (L. 41), vel ad minus XVIII annorum, ut Dig. de re iudic. *Quidam* (L. 57); discretio, ne careat iudicio i. e. discretione, ut C. III. qu. 7. § *Tria* (v. s.); fama, ne sit criminosus vel infamis, ut C. III. qu. 7. *Infamis* (c. 1) § *Tria*, et Dig. de iudic. *Cum praetor* § *Non autem* (L. 12. § 2). Omnem autem [9]) praelatum ecclesiasticum ordinarium iudicem esse credo, ar. infra eod. *Cum ab ecclesiarum* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 31) et infra de iudiciis *Decernimus* (c. 2; Gr. c. 2. II. 1). — § 2. Officium autem praelati vel iudicis est curam habere subditorum, ut C. VIII. qu. 1 *Qui episcopatum* (c. 11). § 3. Potestas autem circa tria versatur praecipue scil. correctionem [10]), iudicium, animadversionem. Debet autem esse in correctione benevolus [11]), in iudicio iustus, in animadversione misericors [12]); in correctione benevolus ut Di. XLV. *Licet* (c. 4), in iudicio iustus, ut C. III. qu. 7 *Iudicet* (c. 4), in animadversione misericors, ut Di. XLV. *Vera* (c. 15).

TITULUS XXIV.

De treuga [1]) et pace.

Quoniam ad officium iudicis, de quo diximus, spectat facere treugam pacemque servari [2]), merito [3]) post illud de his pertractemus, quid sit treuga, quid pax inquirentes.

§ 1. Treuga est securitas praestita personis et rebus discordia non [4]) finita, pax vero [5]) est discordiae finis; aliquando tamen pax [6]) treuga vocatur, ut C. XXIV [7]) qu. 3 *Illi* (c. 25). — § 2. Quaedam [8]) autem [9]) habent perpetuam treugam, ut clerici, monachi, conversi, peregrini, mercatores et rustici, et animalia quibus terra colitur, ut infra eod. *Innovamus* (c. 2; - Gr. c. 2. I. 34); quaedam vero tempo-

et fama. [7]) Li. *XX. V. annis*. [8]) Quae sequuntur, desunt in Mo. 3 usque ad *de re iudic. etc.* [9]) Cod. Ha. librarius, istud *autem* reiiciens atque verba *non autem* huc referens, in plane contrarias Bernardum ire fecit partes. [10]) Pa. et Li. *correptionem*, quae in illo mox recurrit scribendi forma. [11]) Codd. omnes *benivolus*. [12]) Omissis ceteris post *misericors* Vi. statim ad c. *Vera* Di. XLV. remittit.

Tit. 24. — [1]) Li. et Mo. 2 *treugua*. [2]) Ha. *conservari;* Mo. 2 *servare;* in Mo. 3 prorsus excidit. [3]) Deest in Pa. [4]) Ha. *nondum*. [5]) Omittit Mo. 2. [6]) Mo. 3 non repetit *pax*. [7]) Codd. omnes habent XXIII, sed falso, uti canonis citati docent verba initialia. [8]) Sic Li. et Mo. 1. 2; Ha. cum Pa. similiterque Mo. 3 et Vi. *quidam*. [9]) Pa. *tamen*.

ralem, ut ne quis in alium insultum faciat a vespera [10]) quartae feriae usque in exordium secundae feriae, ab adventu usque ad octavam Epiphaniae et a Septuagesima [11]) usque ad octavam Pascae. — § 3. De feriis autem forte ista [12]) ratio reddi potest; quinta feria habet privilegium [13]) treugae propter Domini ascensionem quae tali die celebratur, sexta propter Domini passionem, sabbatum, quia dies est requiei, dominica propter Domini resurrectionem et spiritus sancti in Pentecosten dationem [14]).

TITULUS XXV.

De maioritate et obedientia [1]).

Quoniam inter ministros canonum, de quibus diximus, maior et minor invenitur et maiori minor [2]) debet obedire, de maioritate et obedientia videamus, considerantes, in quibus maioritas inter clericos attendatur, et in quibus obedientia consistat.

§ 1. Maioritas attenditur [3]) ex praerogativa ordinis, consecrationis, dispensationis et antiquitatis; ordinis [4]), ut presbyter maior diacono, ut Di. XCIII. *Legimus* (c. 24) in fin. [5]); consecrationis, ut episcopus presbytero, ut Di. XCV. *Olim* (c. 5), *Episcopus in ecclesia* (c. 10); dispensationis, ut archidiaconus archipresbytero, ut Di. XXV. *Perlectis* (c. 1); antiquitatis, ut qui prius est ordinatus, ut Di. LXXV. *Ordinationes* (c. 7). — § 2. Obedientia vero in tribus consistit, in reverentia [6]), iudicio et praecepto; reverentia debetur ei qui praecedit ordine vel antiquitate; obedientia iudicii et praecepti debetur ei qui praeest [7]) consecratione vel dispensatione.

TITULUS XXVI.

De pactis.

Expedito tractatu ordinandorum [1]) et officiorum, veniendum est ad praeparatoria iudiciorum. Sed quia vocati ad iudicium malunt [2])

[10]) Ha. *vespere.* [11]) Sic Mo. 1 et Vi.; ceteri LXX. [12]) Deest in Li. [13]) Idem habet *privilegia.* [14]) In Mo. 3 omisso *et* occurrit *donationem.*

Tit. 25. — [1]) Mo. 2 non habet *et obedientia.* [2]) In Li. ista verba *invenitur etc.*, primum omissa, ad marginem inferiorem addidit librarius. [3]) In Ha. et Pa. aeque, sed perperam legitur *autem dicitur.* [4]) Pa. *ex praerogativa ordinis.* [5]) Deest *in fin.* in Pa. [6]) Li. addit *scil.* [7]) Ha. perperam *prius est.*

Tit. 26. — [1]) Ha. *ordinariorum.* [2]) Ha. et Pa. addunt *quandoque.* [3]) Vi.

pacisci vel transigere quam ad iudicium venire, ideo prius de pactis et transactionibus agamus; videamus igitur [3]), quid sit pactum, quis in ecclesiasticis pacisci potest, de quibus rebus, et quis sit effectus pactorum.

§ 1. Pactum est plurium in idem [4]) dandum faciendumve consensus [5]). — § 2. Pacisci potest in ecclesiasticis praelatus, eoque [6]) defuncto vel remoto pacisci potest universitas iudicio meo; item fundator, ut C. XVIII. qu. 2 *Eleutherius* (c. 30). — § 3. In temporalibus et de temporalibus [7]) recte paciscuntur [8]), non autem in spiritualibus [9]) acquirendis, quia praesumitur simonia, ut infra eod. *Cum pridem* (c. 4; - Gr. c. 4. I. 35), nisi forte ad certum censum ecclesia vel aliud spirituale concedatur, ut C. I. qu. 3 *Quaesitum* (c. 4). § 4. Effectus pactorum est, ut serventur, nisi sint contra leges [10]) vel contra bonos mores, ut ar. Di. X. *Constitutiones* (c. 4) et C. VIII. qu. 3 *Talia* (c. 1) et C. XXV. qu. 2 *Imperiali* (c. 13) et Cod. eod. *Pacta* (L. 6).

§ 5. Illud in summa notandum, quod posterius pactum praeiudicat priori, ut Cod. eod. *Pacta novissima* (L. 12) et ar. C. XIII. qu. 2 c. ult. [11])

TITULUS XXVII.

De transactionibus.

Post tractatum de pactis agendum est de transactionibus, quae sunt quaedam pacta; videamus igitur [1]), quid sit transactio, quis possit transigere, de qua re, quis transactionis effectus.

§ 1. Transactio est de re dubia et per litem incerta [2]) decisio

omittit. [4]) Verba *in idem* in Li. bis occurrunt, hoc scil. loco atque post *faciendumve.* [5]) Ha. habet *plurium dandi faciendive consensus;* in Pa. pacti definitioni sic conceptae: *est duorum pluriumve consensus in idem aliquid dandi vel faciendi*, haec secundum filii schedas adduntur: *Cum fides a theologis multipliciter describatur, a legistis tamen ita describitur: fides est quod ab uno promittitur, et ab alio expectatur; a decretistis sic: fides est observatio pactionis, ut XXII. qu. 1. Monet te. Sunt autem, quae faciunt ad observantiam pacti, fides, liberum arbitrium et auctoritas.* [6]) In Mo. 2 *eo*, omittiturque mox *iudicio meo.* [7]) Mo. 3 *Item in temp. et temp.* omisso *do.* [8]) Li. *paciscitur.* [9]) Mo. 3 perperam *temporalibus.* [10]) Ha. *legem.* [11]) Codd. ad C. XIII. qu. 2 remittunt omnes; ceteroquin variant, cum in Mo. 1 et Li. *c. ult.*, in Ha., Pa. et Vi. *et ult.*, in Mo. 2 *§. ult.*, in Mo. 3 *c. 2 c. ult.* additum videas. Nihil equidem sive in qu. 2 cit. sive alias inveni, aliique diiudicent, quo forte respexerit Bernardus.

Tit. 27. — [1]) Mo. 3 *ergo;* Vi. neutrum habet. [2]) In Mo. 2 *certa,* idque

aliquo dato vel retento. — § 2. In [3]) ecclesiasticis transigere potest, qui et pacisci, ut praelatus vel eo non existente universitas vel fundator. — § 3. Potest autem fieri de omnibus, excepto de criminibus, de quibus sic est distinguendum, quod alia sunt capitalia [4]), scil. quibus est sanguinis poena statuta [5]), alia non; in capitalibus transigi potest, excepto crimine adulterii, in non capitalibus [6]) transigi non [7]) potest, excepto crimine falsi, ut Cod. eod. *Transigere* (L. 18); unde versus:

Sanguinis et capitis metuens de crimine [8]) poenam,
Transige si placeat [9]); non transiget ullus adulter [10]);
Numquam [11]) de reliquis [12]), excepto crimine falsi [13]).

§ 4. Effectus transactionis est, ut ei stetur, ut Cod. eod. [14]) *Causas* (L. 16) *Quamvis* (L. 39), nisi sit extorta per vim vel [15]) fraudem, ut Cod. eod. *Interpositas* (L. 13), Cod. de pactis *Cum postea* (L. 9), et ar. C. XV. qu. 6 *Si* [*quandoque a*] *sacerdotibus* (c. 1).

TITULUS XXVIII.

De postulando.

Praemisso tractatu de pactis et transactionibus ad praeparatoria iudiciorum redeamus. Quia ergo litigare volens indiget postulatore [1]) scil. advocato vel patrono [2]), ideo de postulando dicamus; videamus itaque [3]), quid sit postulare, quis possit postulare [4]), et de salario advocati.

---

ex rasura correctoria. [3]) Mo. 3 *Is in.* [4]) Ha. *capitula.* [5]) In Pa. deest *statuta;* Vi. habet *constituta*, omittitque *alia non.* [6]) Sic Mo. 2 et 3; Ha. et Mo. 1 *in poenalibus*, Li. *in capitalibus*, Pa. *in poenalibus capitalibus;* in Vi. exciderunt omnia ab *adulterii* usque ad *falsi.* [7]) Negativam istam, quae in pluribus Codd. deest, et exhibent Mo. 2 et 3 cum Pa., atque exposcit sensus. [8]) Ha. loco *de crimine* habet *discrimine.* [9]) Sic Mo. 3; alias *placet.* [10]) Ha. versum istum sic reddit: *transigere si placet non transigi nullus adulter*, at oppido vitiose. [11]) Li. *numquid.* [12]) Ha. et Mo. 2 *delinquis.* [13]) Praeter ultimum versum, sive fortuito sive consulto servatum, in Mo. 1 totam § 3. delevit, qui marginalia ex post addidit aliusve quis, suaque manu haec substituit: *Secundum canones crimina prosequentes non transigunt, cum hii nulli poenam sanguinis infligant, et dicit lex Cod. de transact. „Transigere" quod non licet super aliquo crimine transigere, quod poenam sanguinis non infligit, excepto crimine falsi; super infligentibus vero sanguinis poenam licite transigitur, crimine adulterii excepto; unde versus: Sanguinis in poenis nisi moechus transigit omnis; Dat censura tamen nova moechis mite levamen.* [14]) Quae sequuntur usque ad *Interpositas* exciderunt in Li. [15]) Vi. *aut.*

Tit. 28. — [1]) Mo. 3 *igitur* et *postulare.* [2]) Deest in Ha. [3]) Sic Li. et Mo. 1—3 cum Vi; Ha. *ergo;* Pa. *igitur.* [4]) Desunt in Ha.; Mo. 3 *potest.*

§ 1. Postulare est, desiderium suum vel amici sui apud eum [5]), qui iuris praeest dictioni [6]), exponere vel agendo vel respondendo. § 2. Potest autem [7]) postulare, quisquis [8]) non prohibetur; nam hoc edictum prohibitorium [9]) est sicut edictum de procuratoribus et de testibus, ut Dig. de procuratoribus [10]). L. *Mutus* (43) § 1. et Dig. de testib. L. 1. § 1. [11]) Prohibentur postulare, qui in his versiculis continentur:

Non cuicunque [12]) datur ut postulet, immo negatur
Addictus poenae, servus, puer, actor [13]) arenae,
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

de his habes [14]) C. III. q. 7. § *Tria* (dict. Grat. ad c. 1) [15]). § 3. Olim advocati salaria a fisco accipiebant, hodie vero a clientulis [16]) suis salarium [17]) exigere possunt [18]), et tam clerici quam laici, ar. C. XI. qu. 3 *Non licet* (c. 71); clerici tamen praebendarii in civilibus causis postulare non debent nisi in sua [19]) vel ecclesiae suae [20]) causa vel miserabilium personarum, ut in hoc titulo continetur; ab ecclesiis autem suis salarium exigere non debent, ut ar. C. III. qu. 1 *Nulli* (c. 5) et C. XV. qu. 2. § 1. (Grat. dict. ad c. un.)

§ 4. Illud in summa notandum, quod ea, quae advocatis desunt i. e. ab advocatis [21]) omittuntur [22]), iudex supplere debet, ut Cod. ut quae desint advoc. L. 1. Hoc verum est, si ius omittatur [23]), ut ar. Dig. de iudic. *Non quicquid* (L. 20) § 1; sed et [24]) circa facti inquisitionem iudex [25]) supplere debet, ut ar. C. V. qu. 5 *Illi* (c. 4) et C. XXX. qu. 5 *Iudicantem* (c. 11).

TITULUS XXIX.

De procuratoribus.

Audivimus de advocatis, qui patrocinium praestant [1]) litiganti; nunc audiamus de procuratoribus, qui supplent vicem [2]) litigantis. Videamus ergo [3]), quis dicatur procurator, in quibus causis dan-

---

[5]) Ha. *dominum.* [6]) Sic Li., Mo. 1, Pa. et Vi.; Ha. et Mo. 3 *praeest iurisdictioni;* Mo. 2 plane omittit *iuris.* [7]) Deest in Mo. 3. [8]) Pa. *quis postulare qui;* Vi. *quicunque.* [9]) Pa. addit *prohibendum.* [10]) Ha. *testibus.* [11]) Omittit Mo. 3, in quo mox loco *prohibentur* legitur *pro his.* [12]) Vi. *hoc non cuique.* [13]) Pa. *auctor.* [14]) Mo. 1 et Pa. *habemus.* [15]) Sic Mo. 2 et 3 et recte; in aliis citatur *C. IV. qu. 7. § 3.* [16]) Li. et Mo. 3 *clientibus.* [17]) Vi. *salaria.* [18]) Mo. 2 *exigunt.* [19]) Ha. et Pa. addunt *propria causa.* [20]) Mo. 3 *sua.* [21]) In Mo. 3 desunt *i. e. ab advocatis* desiderantur. [22]) Li. et Mo. 3 tam hic quam mox *committ.* [23]) Vi. *omittant.* [24]) Deest in Ha. [25]) Omittit Vi.

Tit. 29. — [1]) Mo. 3 *parant.* [2]) Vi. cum Mo. 2 et 3 *vices.* [3]) Deest

dus [4]), quis dare possit, quis [5]) dari, quae cautio ab eo exigatur [6]), quid eius officium, quis effectus procurationis [7]).

§ 1. Procurator est, qui suscipit alienum negotium ministrandum mandato generali vel speciali [8]). Mandatum enim exigitur, ut hic c. 1; sunt tamen quidam qui sine mandato admittuntur, ut Dig. eod. *Sed et hae* (L. 35). — § 2. In criminalibus causis procurator non datur, in aliis dari potest, ut C. V. qu. 3 *In criminalibus* (c. 3), *Quia* (c. 4); tamen [9]) excipitur causa ingratitudinis, in qua patronus libertum per [10]) procuratorem accusare [11]) et ille per procuratorem se [12]) defendere potest, ut Dig. eod. *Sed et hae* § 1. — § 3. Dare autem procuratorem quisque potest [13]), nisi ei lege interdicatur, ut Dig. eod. *Mutus* (L. 43) § 1; procurator etiam procuratorem post litem contestatam dare potest, ut Cod. eod. *Neque* (L. 11) et Dig. mandati *Si procuratorem* (L. 8) § 1. — § 4. Dari potest procurator, qui habet personam per se standi in iudicio [14]); inde excipitur miles et [15]) mulier, ut Cod. eod. *Militem* (L. 7), *Alienam* [16]) (L. 18). § 5. Porro si de mandato procuratori [17]) facto constat, ab eo cautio non est exigenda [18]), ut Cod. eod. L. 1; si vero dubitatur de mandato, exigitur cautio de rato a procuratore actoris [19]), scil. ut caveat dominum ratum habiturum; a procuratore [20]) rei exigitur cautio de indicato solvendo [21]), ut Inst. de satisdat. § *Sed hodie* (§ 2). § 6. Officium procuratoris [22]) est usque ad finem exequi mandatum, nisi tempestive renuntiavit, ut in Inst. mandati § *Mandatum* (§ 11); nam [23]) mandatum ab initio respui potest, sed coeptum debet consummari, unde versus:

Spernere mandatum licet, at [24]) finire necesse.

§ 7. Effectus procurationis est, ut ratum sit quod geritur cum procuratore, ac si [25]) cum domino gestum esset, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. I. 38).

---

in Mo. 2 et 3; Ha. *igitur*. [4]) Mo. 3 *dandum*. [5]) Ha. et Pa. *cui;* Mo. 3 *quid;* utrumque minus recte, ut ex ipso patet contextu. [6]) Pa. *cui cautio dari ab eo etc.* [7]) Ha., Mo. 1 et 3 cum Li. et Vi.; in ceteris occurrit *procuratoris*. [8]) In his reddendis Ha. inversum sequitur ordinem. [9]) Mo. 1 et 2 *inde*. [10]) Deest *per* in Ha. et Pa., quod in Mo. 1 alio calamo supra linea additum est. [11]) Mo. 3 addit *permittitur*. [12]) Deest *se* praeterquam in Mo. 3. [13]) Omittit Mo. 3. [14]) Ha. atque Pa. legunt *persistendi in iudicium*, additque hic *per se* ante *personam*. [15]) Ha. *vel*. [16]) Deest in Mo. 2. [17]) Mo. 3 omittit. [18]) Ha. codicis librarius contextum corrigere ratus posuit *cautionem exigendam*. [19]) Li. *auctoris*. [20]) Haec omnia inde ab *actoris etc.* desunt in Ha. [21]) Mo. 3 *iudicatum solvi*. [22]) Idem *procurationis*. [23]) Idem *unde*. [24]) Li. *aut*, Mo. 3 *ac*. [25]) Deest in Li.

TITULUS XXIX[a].

De syndico [1]).

Tractavimus de procuratore, qui agit causam alienam; nunc tractemus [2]) de syndico, qui agit causam universitatis. Videamus igitur [3]), quis dicatur syndicus, quis actor [4]), et quid [5]) possit uterque.

§ 1. Syndicus est actor universitatis i. e. qui constitutus est ad agendas causas universitatis, sive in agendo sive in respondendo; potest autem [6]) fieri syndicus etiam qui non est de ipsa universitate, ut ar. infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. I. 39) et infra de iuram. calumn. *In pertractandis* (c. 4; - Gr. c. 3. II. 7). — § 2. Actor vero dicitur, qui ab alicuius auctoritatis persona [7]) constituitur, similiter [8]) ad agendum vel [9]) respondendum; nam [10]) et tutor [11]) periculo rerum suarum actorem constituere potest, ut Inst. de curator. in fine [12]), quapropter canonici possunt facere syndicum, episcopus actorem, ar. C. V. qu. 3 *Quia episcopus* (c. 3); sed et causam ecclesiae patronus tamquam [13]) syndicus agere potest ad alienationem revocandam, ut ar. C. XVI. qu. 7 *Filiis* (c. 28). — § 3. Hic autem [14]) syndicus et causam agere et de calumnia iurare debet, cum habeat legitimam administrationem, ut ar. Cod. de iureiur. cal. [15]) L. 2. § 1, et [16]) ar. infra de iureiur. cal. *In pertractandis* (c. 4).

§ 4. Illud in summa notandum, quod syndicus et ad unam causam et ad omnes constitui potest, ar. Dig. de muner. et honor. L. ult. § *Defensoris* (§ 13) et infra eod. (c. 1; - Gr. c. 1. I. 39), non obstante, quod dicitur Dig. quod cuiusque univ. *Item* (L. 6) § 1 iuxta [17]) princ., quia de procuratore illud intelligi potest, licet infra de syndico faciat mentionem [18]).

Tit. 29a. — [1]) Pa. inde ab hoc titulo caret rubricis, quibus tamen postea addendis a librario vacuum relictum esse spatium adnotavit filius. Neque ipse adnotasse nolim, hunc titulum eodem, quo praecedentem, numero esse signatum et quasi appendicem ei adnexum, ut unicae, quae extat, ipsius compilationis editioni i. e. Augustinianae in titulis sequentibus respondeat summae editio; id quod et Phillips fecit in synopsi sua Gregorianae atque antiquarum compilationum. [2]) Deest in Pa.; Vi. *agamus*. [3]) In Mo. 3 deest; Vi. habet *itaque*. [4]) Li. *auctor*. [5]) Ha. *quis*. [6]) Deest in Pa. et Mo. 2. 3. [7]) Sic Ha., Li., Mo. 2 et Pa.; Mo. 1 et Vi. *ab aliquo auctoritatis persona;* Mo. 3 *ab alicuius actu q. persona*. [8]) Mo. 3 *scil.*, quod fortasse communi lectioni esset praeferendum. [9]) Ha. et Mo. 2 *et*. [10]) Mo. 3 *unde*. [11]) Ha. et Pa. *curator*. [12]) Pa. *de procur.;* in Mo. 3 deest legiturque *nisi* pro *in fine*. [13]) Omittit Mo. 3. [14]) Idem habet *aut*, moxque *idem* pro *et de*. [15]) In Mo. 3 desiderantur quae sequuntur usque ad *In pertractandis*. [16]) Ha. *item*. [17]) Ha. et Pa. *circa*. [18]) Mo. 3 *fiat mentio*.

TITULUS XXX.

De his quae vi metusve causa fiunt [1]).

Audivimus de his, quae quis sua sponte gerit; nunc audiamus de his [2]), quae facit [3]) vel promittit contra suam voluntatem scil. per vim vel metum. Videamus igitur, quid sit vis [4]), quid metus, quae coactio excuset [5]) vel irritum faciat factum vel promissum.

§ 1. Vis est maioris rei impetus [6]), cui resisti non potest, metus est periculi causa mentis trepidatio, ut Dig. eod. L. 1 et 2 [7]); quia vero in talibus intercedit coactio, videamus, quae coactio excuset. § 2. Coactio alia violenta, alia modica. Violenta est, quae cadit [8]) in constantem, scil. quae continet metum mortis vel cruciatum corporis [9]), ut Dig. eod. *Metum autem* (L. 6); hanc [10]) etiam saepe ex ipsius qui patitur magnanimitate vel pusillanimitate metimur, quia coactio in magnanimo levis, in meticuloso violenta invenitur [11]), unde versus:

Ex animi meta [12]) timor aut constantia laeta.

Modica vero [13]) est, quae non cadit in constantem. — § 3. Violenta igitur coactio excusat et irritum facit factum [14]) vel promissum, ut ar. infra eod. (c. 2; - Gr. c. 2. I. 40) et infra de reg. iur. [15]) *Quod latenter* (c. 4; - Gr. c. 5. V. 41) et C. XV. qu. 6 *Si* [*quandoque a*] *sacerdotibus* [16]), et supra C. XX. qu. 3 *Praesens* (c. 4) et C. XXXI. qu. 2. c. 1 et 2 [17]) et Dig. eod. L. 1.. Solet etiam [18]) quaeri, utrum ablatio [19]) rerum inducat violentam coactionem; quod sic, probatur [20]) Di. L. *Presbyteros* (c. 32); sed contra videtur [21]) C. XXXII. qu. 7

Tit. 30. — [1]) In Ha. librarius, quae ad hunc titulum spectant, prioribus adnexit, ut ne locum quidem rubricae reliquerit, quam ad tit. seq. a miniatore, omissa propria et vera, notatam videmus. Ceterum et Ha. et Mo. 1. 2 pro *fiunt* habent *gesta sunt:* in Li. rubrica invenitur *de coactione.* [2]) Ex librarii negligentia in Ha. *aud. de his quae facit etc.* desunt. [3]) Ha. et Pa. addunt *quis.* [4]) Ha. et Li. *ius.* [5]) Ha. *quid coactio, q̄(ando?) excuset etc.* [6]) Li. *maiores rei inpectus;* in Mo. 3 deest *rei.* [7]) Ha. et Li. *L. 3.*, at falso. [8]) Li. cum Mo. 2 *cadet;* Mo. 3 *caderet*, tam hic quam infra. [9]) Omissa L. 6 cit. Mo. 3 sic pergit: *quam pusillanimitate patimur vel magnanimitate metimur, quia in magnanimo etc.* [10]) Deest *hanc* in Li. [11]) Mo. 3 *innuitur.* [12]) Idem *mota.* [13]) Deest in Pa. [14]) Mo. 3 *pactum.* [15]) Li. *de re iudicata*, at falso; in Mo. 3 tituli nulla fit mentio, sed haec occurrunt *et I. e. i.* [16]) Sic legendum videtur, cum c. 2. C. XV. qu. 6 solus de vi agat metuve; Ha., Li., Mo. 1—3 et Pa. habent *si sacerdos*, Mo. 1 *si facdo;* Mo. 2 et Vi. *si sacerdo.* [17]) In Mo. 3 non laudatur c. 2. [18]) Ha. *autem;* Mo. 1 neutrum habet. [19]) Pa. perperam addit *violenta;* Mo. 3 *oblatio.* [20]) Vi. *probo.* [21]) Sic Li.; in ceteris *etc vi-*

Omnes (c. 7). Ad quod dicimus, quod ablatio rerum alia est illarum rerum, sine quibus haec vita duci non potest, alia illarum, sine quibus haec vita duci potest [22]); prima inducit violentam coactionem, ut in illo capitulo *Presbyteros*, alia vero minime, ut in illo capitulo *Omnes.*

TITULUS XXXI.

De in integrum restitutione ecclesiae vel minorum [1]).

Quoniam in his quae per vim metumve gesta sunt restitutio est necessaria, ideo [2]) quid sit in integrum restitutio, a quo, cui, quando facienda [3]), quis eius effectus, videamus.

§ 1. In integrum restitutio est [4]) prioris status vel iuris redintegratio. — § 2. Est autem a iudice facienda, et tam in contractu [5]) quam etiam in sententia, dum [6]) tamen constet ecclesiam vel minorem laesum, ita videlicet, ut quis contra sententiam [7]) suam vel antecessoris sui valeat restituere, ut Dig. de minor. *In causae* [8]) § ult. (L. 16. § 5) et ar. C. XXXV. qu. 9 [9]) *Quod quis* (c. 3). Maior quoque adversus sententiam minoris [10]) restituere potest, non autem minor adversus sententiam maioris [11]), ut Dig. de minor. *Minor* (L. 48). — § 3. Fieri autem debet causa cognita et adversario praesente, ut Dig. de minor. *In causae* § *causa* (L. 13 princ. in f.); facienda vero est [12]) ecclesiae et minori, si tamen se laesos ostenderint, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. I. 41) et Dig. de minor. *Quod si* § *non* (L. 24. § 1). — § 4. Nunc videamus, quando sit facienda; est autem facienda et [13]) in minori aetate quandocunque [14]), et post minorem

detur. [22]) Transverso ordine ista occurrunt in Vi., qui et mox pro *prima* habet *secunda.*

Tit. 31. — [1]) Sic Mo. 1 cum ipsa compilatione; Ha. et Pa. rubrica carent; in Li. et Vi., qui et *restitutionibus* exhibet, nec non in Mo. 2 desunt *ecclesiae vel minorum;* in Mo. 3 haec occurrit rubrica: *De indemnitate et restitutione ecclesiae iure minorum.* [2]) Mo. 1 *ideoque.* [3]) Li. *faciendo;* Vi. interserit *sit.* [4]) Mo. 3 omittit. [5]) In Li. deest *in;* Mo. 3 habet *tamen in tractatu.* [6]) Mo. 3 *inde.* [7]) Deest in Mo. 2. [8]) Sic Ha., Mo. 3 et Vi.; Li. et Mo. 1 *in causae vero* § *ult.;* Pa. *inf. c. II.* § *ult.;* Mo. 2 *L. II.* § *ult.* [9]) Ita Mo. 1. 2 et Pa. cum Vi.; Li. *qu. 8;* Ha. XXX. qu. 11; Mo. 3 *quisquis.* [10]) Vi. omittit. [11]) Quae sequuntur usque ad *praesente* omisit Pa. scriptor. [12]) Deest in Mo. 3. [13]) Sic Mo. 1 et 3 cum Pa.; in Ha. deest *et;* Li. cum Mo. 2 et Vi. omittit *est autem facienda.* [14]) Ita habet Li. cum Mo. 1—3; in Pa. atque Vi. legitur

aetatem infra quadriennium, ut Cod. de temp. in int. restit. L. ult. § 5. Effectus eius [15]) est, ut unusquisque suum recipiat, scil. tam minor quam qui cum eo contraxerit [16]), ut Dig. de minor. *Quod si minor* § *Restitutio* (L. 24. § 4); item effectus eius est, ut is qui restituitur ad omnia restituatur, ut Dig. de V. S. *Restituere* (L. 35).

§ 6. Illud in summa notandum, quod in praescriptionibus non est necessaria restitutio, sed ipso iure minor et ecclesia servantur illaesi, ut Cod. in quib. caus. in int. restit. [17]) non est necess. L. ult., excepta praescriptione XXX vel XL annorum, in qua sola pupillaris aetas deducitur, ut Cod. de praescr. XXX vel XL annor. *Sicut in rem* (L. 3); item pro re modica restitutio non est facienda, ut Dig. de in int. rest. *Scio* (L. 4); item non solum minor, sed etiam maior restituitur, ut absens causa reipublicae vel [18]) studiorum et miles, ut plene habetur in Dig. ex quib. caus. maiores.

TITULUS XXXII.

De alienatione iudicii mutandi causa facta [1]).

Quoniam et ibi restitutio datur, ubi actor rem, de qua controversiam [2]) metuit, dolo alienat, merito consequenter de alienatione iudicii mutandi causa tractatur. Videamus igitur [3]), quis hic dicatur alienare causa mutandi iudicii, qua poena feriatur alienator, qua ille qui ab eo [4]) recepit [5]).

§ 1. Alienare dicitur causa mutandi iudicii, qui metuens controversiam dolo rem [6]) in alium transfert, ut iudicium mutet vel evitet; ideo dixi: „metuens controversiam"; nam si lis [7]) est coepta [8]) vel quasi, subiacet vitio litigiosi, ut Cod. de litig. L. 2 et Auth. *Litigiosa* (ad L. 1 eod.); sive [9]) autem alienet proprietatem sive possessionem, locum habet hoc edictum, ut infra eod. (c. 1; – Gr. c. 1. I. 42). — § 2. Poena alienatoris [10]) est, ut teneatur ad interesse illi cuius erat [11]) res, ut Dig. eod. L. 1. — § 3. Poena eius [12]) qui

quandoque; Ha. neutrum habet. [15]) Deest in Pa. [16]) Vi. cum Mo. 2. 3 *contraxit.* [17]) Quae hinc sequuntur usque ad *non solum minor* exciderunt in Mo. 3. [18]) Mo. 2 *et.*

Tit. 32. — [1]) Deest *facta* in Vi. [2]) Mo. 3 *actio est de qua controversia.* [3]) Ha. et Mo. 3 *ergo;* in Pa. neutrum adest. [4]) Ha. et Pa. *illo.* [5]) Ha. et Mo. 3 *recipit;* Pa. *rescipit.* [6]) Li. et Mo. 2 *dolorem.* [7]) Li. *silir* vel *silix.* [8]) Mo. 3 *capta.* [9]) Ha. et Pa. *si.* [10]) Ha. et Pa. *alienationis.* [11]) Mo. 2

suscepit est, ut [13]) teneatur et conveniri possit de re ipsa, sicut et primus.

§ 4. Illud in summa notandum, quod quandoque fit alienatio nec [14]) habet locum hoc edictum, ut si maluit [15]) re carere [16]) quam litigare, vel ob valetudinem, aetatem [17]) vel necessarias occupationes licite [18]) in alium transtulit, ut Dig. eod. *Item* (L. 4), vel [19]) si alienavit et post recuperavit, ut Dig. eod. *Ex hoc* (L. 8).

TITULUS XXXIII.

De arbitris.

Expeditis praeparatoriis iudiciorum ad tractatum iudiciorum est [1]) veniendum; sed quoniam iudicium voluntarium, quod dicitur arbitrale, gratius [2]) esse solet, quam necessarium, quod [3]) ordinarium appellatur, merito de arbitris [4]) praemittamus. Videamus igitur, quid dicatur arbitrium, quis possit esse arbiter, de qua re, quis arbitrii effectus.

§ 1. Arbitrium est transactus [5]) personarum sub compromissario [6]) iudice litigantium. — § 2. Arbiter esse potest qui non prohibetur [7]), puta homo liber, paterfamilias, filiusfamilias [8]); prohibetur autem mulier, ut Cod. eod. L. ult., minor XX annis, ut Dig. eod. *Cum lege* (L. 41); item prohibetur iudex ordinarius, servus [9]), furiosus, surdus et mutus, non tamen libertus vel infamis, ut Dig. eod. *Poedius* (L. 7), *Sed et* (L. 9) § 1 et 2. [10]) — § 3. In [11]) pecuniaria causa recte ad arbitros itur, ut infra eod. (c. 1; – Gr. n. p.) idem puto et in spirituali, excepta matrimonii causa, de qua ad arbitros iri non solet; in criminali autem et in causa status arbiter adiri [12]) non debet, ut Dig. eod. *Non distinguemus* (L. 32) § *Iulianus* et [13]) § *De liberali* (§ 6 et 7). — § 4. Effectus arbitrii [14]) talis est. Si quidem

est. [12]) Deest in Ha. [13]) Mo. 1 et Vi. addunt *et.* [14]) Mo. 3 *quando fit al. non.* [15]) Mo. 1 et Vi. *maluerit.* [16]) Vi. *ea carere;* Mo. 3 *recusare.* [17]) Ha. et Pa. *aetatis.* [18]) Sic legendum esse censeo; Codd. *littē* et *lite* habent omnes. [19]) Mo. 2 et 3 *item.*

Tit. 33. — [1]) In omnibus Codd. perperam *erat,* praeter Mo. 2, qui *est,* et Vi., qui neutrum habet. [2]) In Vi. *quod dicitur arbitrale,* in Mo. 3 *quod dicitur* omittuntur, qui et pro verbis *gratius esse* vacuum spatiolum, atque ad marginem *gosée* additum exhibet. [3]) Ha. addit *quidem.* [4]) Mo. 2 *de ipsis.* [5]) Mo. 2 et 3 *trinus actus.* [6]) Mo. 3 *compromissorio.* [7]) Idem *cui non prohibitum.* [8]) Deest ibidem. [9]) Sic legendum esse et per se patet et confirmant Mo. 2 et 3; ceteri omnes habent *iudex servus ordinarius.* [10]) Li. *sed et S. di. II et III.* [11]) Ha. *et in.* [12]) Li. post *adi* vacuum exhibet spatiolum. [13]) Mo. 3 *et vel.* [14]) Li. *arbitro.*

arbiter est assumptus sine [15]) pignorum datione [16]) vel poenae promissione, non tenentur partes eius sententiae [17]) stare; si tamen scripserint litigatores: „non contradico“ vel [18]) „laudo“, tenet sententia; similiter si infra X dies non contradixerint, tenet sententia, ut Cod. eod. *Cum antea* (L. 5). Si vero assumptus est arbiter cum pignorum [19]) datione vel poenae promissione, stabitur sententiae metu amissionis pignorum vel poenae, ut ar. infra eod. (c. 1; - Gr. n. p.)

§ 5. Illud in summa notandum, ab arbitri sententia non esse appellandum, ut C. II. qu. 6 *A iudicibus* (c. 33) et Cod. eod. L. 1. § 6. Item illud in summa notandum [20]), arbitrum non esse sub iuramento vel suo vel litigatorum [21]) eligendum, ut Cod. eod. Auth. *Decrevit* (ad L. 4. § 5).

TITULUS XXXIV.

De iuramento calumniae.

Quoniam in iudicio tam arbitrario [1]), de quo dictum est, quam ordinario, de quo dicendum [2]), iuramentum de calumnia frequentatur, idcirco [3]) de ipso merito [4]) subiiciamus. Videamus igitur, quid sit calumnia, quando et in quibus causis [5]) hoc iuramentum [6]) praestetur, a quo, et quid in eo contineatur [7]), quae poena iurare nolentis.

§ 1. Calumnia est ex certa scientia petitio vel repulsio iniusta. § 2. Praestatur autem hoc [8]) iuramentum post litem contestatam, ut ex confessionibus [9]) partium veritas magis splendescat in lucem. § 3. In omnibus causis exceptis [10]) spiritualibus de calumnia iuratur, quia non legum severitate, sed canonum aequitate tractantur, ut infra eod. *Litteras* (c. 4; - Gr. c. 2. I. 43); ergo in criminalibus [11]) est de calumnia iurandum, cum illae magis sine suspicione procedere debeant, ar. Cod. eod. L. 1 et 2, et in Auth. *Ut litigantes*

[15]) Vi. *set non.* [16]) Mo. 3 *dictione.* [17]) Idem *partes siñ.* [18]) Ha. perperam *ut.* [19]) Mo. 3 *pignoris.* [20]) Sic Ha., Li. cum Mo. 1 et 3; Pa. habet *istud notandum est;* Mo. 2 et Vi. omittunt *in summa.* [21]) Ita legendum esse, liquet; Ha., Li., Mo. 1 et Vi. habent *litigatore* et servato et omisso *vel,* Mo. 3 *vel suo litigator,* Mo. 2 *vel suo vel litigatorem,* Pa. *vel suo vel litigatione.*

Tit. 34. — [1]) Ha. et Pa. *arbitrio.* [2]) Pa. et Vi. addunt *est.* [3]) Vi. *ideo.* [4]) Deest in Mo. 2; Mo. 3 habet *iuramento.* [5]) Mo. 3 *quibus manēs.* [6]) Vi. addit *calumniae.* [7]) Mo. 3 *praestetur vel contineatur.* [8]) Deest in Li. [9]) Ha. *confessione.* [10]) Vi. *excepto de.* [11]) Mo. 1 et Vi. *criminali.*

iurent c. 1. Coll. IX *Si autem criminalis etc.* [12]) (Nov. 124. c. 1). Nec est contra iuramentum, quod [13]) licet in talibus corrumpere delatorem, ut supra C. II. qu. 3 § *Notandum* (Grat. dictum ad c. 8) et Dig. de bonis eorum qui ante sent. L. 1; non enim iurat se omnino non daturum, sed non daturum [14]), nisi his quibus leges [15]) dare permittunt; in talibus autem dare permittunt [16]), ut Cod. de bonis eorum qui ante sent. L. 1. — § 4. Iurare autem debent principales personae; item tutor, curator, oeconomus [17]), syndicus, quia [18]) legitimam administrationem habent, ut ar. Cod. eod. L. 2 et Auth. *Principales* (ad L. 2). In causa tamen adulti vel ipse vel curator iurare potest, ut ar. Dig. de in lit. iurando [19]) *Videamus* (L. 4); in causa civitatis vel municipii consules vel rectores iurabunt, ut ar. Dig. de condit. et demonstr. L. *Municipibus* (L. 97) et Dig. ad municip. *Municipes* (L. 14). — § 5. Quinque [20]) capitula praecipue in iuramento calumniae continentur, scil. quod credit [21]) se bonam [22]) causam habere, interrogatus non negabit quod verum esse credit, non utetur [23]) scienter falsa probatione, dilationem non petet pro fuga i. e. frustratorie [24]), nec dedit vel promisit, nec dabit vel promittet aliquid [25]) pro hac causa, nisi his personis, quibus leges dare permittunt, ut ar. Cod. eod. L. 1 et 2 et in Auth. ut litigantes iurent in princ. Coll. IX (Nov. 124. c. 1). — § 6. Qui vero istud iuramentum subire noluerit, cadit a causa, ita ut [26]) ei non liceat appellare, ar. Cod. eod. L. 2. § *Quod si* (§ 6).

§ 7. Illud in summa notandum, quod a [27]) iuramento calumniae pater contra filium, et patronus contra libertum excipiuntur, ut Dig. de iureiur. *Iusiurandum § Hoc* (L. 34. § 4).

[12]) Sic Mo. 1 et 3 cum Vi.; Ha. *iurent const.;* Pa. *iurent constitut. i. e. Coll. IX. Si autem criminalis etc.* Li. et Mo. 2 *Coll. I et Coll. VIIII.* etc. [13]) In Ha. desunt *nec etc.* [14]) Sic Ha. et Mo. 2 itidemque Li., nisi quod primo loco pro *daturum* habet *dare;* in Mo. 1 et Vi. desunt *omnino non daturum, sed,* in Pa. *sed non daturum;* in Mo. 3 desunt omnia inde a *L. 1.* usque ad *iurare.* [15]) Ha. et Pa. *in his* et *legibus.* [16]) Desunt haec in Mo. 1. 2 et Li. [17]) Codd. omnes *yconomus.* [18]) Ha. *qui.* [19]) Ha. et Pa. *dando.* [20]) Mo. 3 *vg.* [21]) Vi. *credat.* [22]) Ha. et Pa. *iustam;* in Mo. 3 utrumque deest. [23]) Mo. 3 *utentur.* [24]) Sequor Ha., Mo. 1 et Vi.; Pa. et Mo. 3 habent *profugam;* Li. et Mo. 2 *profuga ratione frustratorie.* [25]) Mo. 1 et 3 *quid.* [26]) Sic Li. et Mo. 2 *ita et ut;* Vi. *ita etiam ut;* Ha. cum Pa. *ita quod;* Mo. 3 *item ea.* [27]) Ha. et Pa. *in.*

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

De iudiciis [1]).

In Christi nomine incipit liber secundus tractans de iudiciis [2]). Excurso tractatu ordinandorum et praeludio de praeparatoriis iudiciorum ad utilem tractatum iudiciorum quasi ad nostrae navigationis portum accedamus. Videamus igitur, quid sit iudicium, quot eius species, quis iudicii processus, et [3]) qualiter finiatur; quis enim [4]) et qualis debeat esse iudex, supra de officio iudicis ordinarii poteris invenire.

§ 1. Iudicium est trinus actus trium [5]) personarum, scil. actoris, rei et iudicis; ubi tamen [6]) factum negatur, quarta persona iudicio [7]) applicatur, scil. testis, ut C. IV. qu. 4. c. 1. — § 2. Species iudicii duae sunt; est enim iudicium occultum [8]) et est iudicium manifestum [9]). Iudicium occultum agitur in poenitentia imponenda, iudicium manifestum est [10]) in causa tractanda et diffinienda; in occulto iudicio qui confitetur absolvitur, quia scriptum est [11]): „Dixi, confitebor et tu remisisti iniquitatem peccati mei“ [12]); in manifesto qui confitetur condemnatur [13]) vel pro condemnato habetur, ut C. II. qu. 1. c. 1 et 2 et 5, et Dig. de confessis L. 1. — § 3. Processus iudicii est libelli oblatio, litis contestatio, interrogatio, probatio [14]), disputatio, diffinitio. De libelli oblatione in suo titulo dicemus; litis autem contestatio fit hodie per narrationem et responsionem, ut Cod. de lit. cont. L. 1 et supra de off. iud. deleg. *Relatum* (c. 22;

Tit. 1. — [1]) Sic Mo. 3; deest rubrica in Pa.; aliis in Codd. haec leguntur: *Incipit liber secundus de iudiciis.* In Mo. 2 *Explicit liber primus, incipit II. etc.* a miniatore additum est. [2]) Solo Vi. excepto, hunc introitum omnes exhibent libri manuscripti. [3]) Deest in Ha. et Pa. [4]) Mo. 3 omittit. [5]) In Mo. 2 deest *trinus*, in Mo. 3 *trium*. [6]) Sic Li., Vi. et Mo. 1—3; Ha. *vero;* Pa. *autem*. [7]) Mo. 1 itidemque Mo. 2 et Vi. praemittunt *in*. [8]) Quae sequuntur desunt in Mo. 3, usque quo Bernardus repetit *iudicium occultum*. [9]) In Ha. hoc ordine: *iud. man. et est iud. occ.*, in Pa.: *occ. iud. et est man. iud.* [10]) Li. et Mo. 2 omittit. [11]) Cf. Psalmorum liber Ps. 31 (32). v. 5. [12]) In Li. et Mo. 1—3 *confitebor et t. r. i. p.* [13]) In Mo. 2 librarius delendum curavit, quod primum scripserat *absolvitur cond. etc.* [14]) Excidit in Ha. [15]) Mo. 1

Gr. c. 19. I. 29); interrogatio fit a iudice de his, quae ad causam spectare videntur, ut C. XXX. qu. 5 *Iudicantem* (c. 11); de probatione in suo titulo dicemus; disputatio fit a iudice et partium advocatis; diffinitio fit a iudice, de qua infra de sent. et re iudic. dicemus [15]). § 4. Finitur autem iudicium [16]) pluribus modis, scil. tempore, sententia, et personae morte vel mutatione; tempore, ut criminalis causae biennio, ceterae triennio terminantur [17]), ut Cod. eod. *Properandum* (L. 13); sententia, quia iudicium finem [18]) accipit ex [19]) re iudicata; iudicis mutatione, ut Dig. eod. *Iudicium* (L. 58).

§ 5. Illud in summa notandum, patrem in pecuniaria causa filii et e contra iudicem esse posse [20]), ut Dig. eod. *In privatis* (L. 77); item notandum, neminem sine iudicio [21]) condemnandum, ut C. II. qu. 1 *Sicut* (c. 3); item notandum, causam ecclesiasticam per iudicem secularem non esse [22]) finiendam, ut infra eod. *Decernimus* (c. 2; Gr. c. 2. II. 1) *Relatum* (c. 4; - Gr. n. p.) et in Auth. de sanctiss. episc. § *Si autem ecclesia* (Nov. 134. c. 21).

TITULUS II.

De foro competenti.

Quia in [1]) iudiciis de quibus diximus statim requiri solet, ad quem iudicem sit eundum, i. e. quod forum [2]) sequi debeamus, ideo consequenter agitur de foro competenti. Videamus igitur [3]), quid sit forus [4]), quid forum, ex quibus causis forum [5]) metiamur, et in quibus casibus trahitur quis [6]) ad iudicem alias [7]) non suum.

§ 1. Forus est exercendarum litium locus, ut infra de V. S. *Forus* (c. 10; - Gr. c. 10. V. 40); forum vero [8]) est iurisdictio iudicis, iurisdictio vero est iudicandi auctoritas vel potestas. Nimirum iudicis [9]) potestas duplex invenitur, alia quae in faciendo, alia quae in dicendo [10]) consistit; prima imperium, secunda iurisdictio appellatur,

et 2 *dicetur*. [16]) Deest in Pa. [17]) Mo. 1, Pa. et Vi. *terminentur*. [18]) In Vi. adiectum est ad marginem. [19]) Pa. *accepit ea*. [20]) Sic Ha., Mo. 2. 3 et Pa.; in Mo. 1, Li. et Vi. *non posse*, atvero in illo punctis suppositis, delendam esse particulam *non*, aut ipse librarius indicavit aut cuiuscunque postea fuerit codex. [21]) *Iudice* in Ha. et Pa. [22]) Li., Mo. 2 et 3 atque Vi. omittunt.

Tit. 2. — [1]) Deest in Mo. 3. [2]) Idem *pforum*. [3]) Ha. cum Mo. 2 et 3 *itaque;* Li. *ergo*. [4]) Pa. tam hic quoque postea habet *forum*, at minus recte. [5]) Pa. *fori;* deest in Mo. 3. [6]) Vi. omittit. [7]) Pa. *alienum*. [8]) Deest in Mo. 3. [9]) Sic omnes praeter Ha., ubi *si iudicis*, et Mo. 1, ubi *iudicum*. [10]) Li. *quae*

quae notari possunt in Dig. de iurisd. omn. iud. L. *Imperium* (L. 3), *Iubere* (L. 4). — § 2. Metimur autem forum regulariter ratione personae quae convenitur, secundum illam regulam: actor forum rei sequitur [11]), ut supra C. XI. qu. 1 *Experientiae* (c. 15), *Si quisquam clericus sive* [12]) (c. 16). Metimur etiam forum aliquando [13]) ratione admissi criminis, ut C. III. qu. 6 [14]) *Ibi* (c. 1) et Dig. de accusat. [15]) L. ult; sed et ratione contractus forum metimur, ut statim subiiciemus [16]). — § 3. In his autem casibus trahitur quis ad iudicem alias non suum, scil. si alibi contraxit, si alibi deliquit [17]), si alibi est res immobilis de qua litigatur, per appellationem, per delegationem [18]), per privilegium causae, per recusationem; ratione contractus, ut Dig. de iudiciis *Heres* § 1 (L. 19); ratione delicti, ut C. III. qu. 6. c. 1; ratione rei, ut infra eod. *Sane* (c. 4; - Gr. c. 3. II. 2) et Cod. ubi in rem act. L. ult.; per appellationem, ut supra C. III. qu. 6 *Peregrina* (c. 12); per delegationem, ut C. III. qu. 6 *Unaquaeque* (c. 15); per causae privilegium, ut C. III. qu. 6 *Quamvis* (c. 7); per recusationem, ut C. III. qu. 5 *Quia* (c. 14). Cetera infra de accusationibus [19]) require.

TITULUS III.

De libelli oblatione.

Quia reus veniens ad iudicium solet postulare libellum, ut sciat, super quo [1]) debeat respondere, ideo de libelli oblatione ordine [2]) congruo prosequamur, videntes [3]), quid hic dicatur libellus, quid in eo debeat contineri [4]), an in ecclesiasticis causis sit offerendus [5]) et quando, et [6]) quis eius effectus.

§ 1. Est autem duplex libellus, unus [7]) conquestionis, alter [8]) accusationis; primus in civilibus, secundus in criminalibus causis dari solet; primus dicitur libellus conventionalis [9]), secundus

---

iudicando, Mo. 3 *quae indicendo*. [11]) Ha. *sequatur*. [12]) Mo. 1 *clericus suum*, Ha. et Pa. *periculum suum*. [13]) Pa. hic quoque habet *alienum*. [14]) In Codd. omnibus qu. 7 mentio fit, sed perperam, uti ex seqq. apparet, id quod et cod. Li. aut scriptor aut possessor sensisse videtur, cum ibi VII. in VI. correctum sit. [15]) Pa. *de actionibus*. [16]) Mo. 3 *subiiciamus*. [17]) Desunt in Li. quae praecedunt. [18]) Hunc casum non refert Mo. 3. [19]) Ha. *de recusationibus*.

Tit. 3. — [1]) Pa. *quod*. [2]) Ha. *origine*. [3]) Mo. 3 perperam adiicit *igitur*. [4]) Idem *habeat contineri*, Mo. 2 *contineatur*. [5]) Ha. et Pa. habent *quid i. e. c. s. offerendum*. [6]) Mo. 1 omittit, et in Mo. 3 desunt omnia inde a *contineri*. [7]) Deest in Mo. 2. [8]) Ha. et Pa. *alius*. [9]) Quae sequuntur usque

inscriptionalis [10]), ut C. III. qu. 4 *Nullus* (c. 2); hic agitur de primo, infra de accusationibus dicetur de secundo. Est ergo libellus conventionalis, in quo significatur [11]), de qua re quis civiliter [12]) vel quasi conveniatur; „quasi" dixi propter causas spirituales. — § 2. In libello autem contineri debet persona actoris [13]) et rei, et id quod postulatur, ut Dig. de rei vindic. *Si in rem* [14]) (L. 6), sed et [15]) causa petendi [16]) secundum quosdam, ar. Dig. de exc. rei iudic. *Et an eadem* (L. 14) [17]); consuetudo tamen habet admittere libellum non expressa causa petendi, ar. Dig. de exc. rei iud. *Et an eadem* § *Actiones* (§ 2). Actionem [18]) autem in libello comprehendere non puto necessitatis [19]); sed [20]) et tutius est actori in libello non edere actionem [21]). — § 3. Dari autem debet et in [22]) ecclesiasticis causis, si fuerit postulatus [23]), ut infra eod. (c. 1; - Gr. c. 1. II. 3), quamvis et [24]) sine ipso lis valeat [25]) contestari, ut supra de off. iud. deleg. *Relatum* (c. 22; - Gr. c. 19. I. 21). — § 4. Dari autem debet ante litem contestatam [26]), ut C. III. qu. 3. § *Offeratur* (Grat. dictum ad c. 4. § 5), quod vero in fine illius authenticae [27]) dicitur [28]), ut [29]) litis contestatio sine libello facta non valeat, hodie in ecclesiasticis iudiciis non servatur [30]). — § 5. Effectus libelli est, ut actionem annalem [31]) perpetuet [32]), ut est iniuriarum actio, quia ius annale data regi [33]) prece perpetuatur, ut Cod. [34]) quando libell. princ. dat. [35]) L. 2; item effectus eius est, ut faciat rem litigiosam secuta per executorem conventione, ut Cod. de litig. Auth. *Litigiosa* (ad L. 1).

§ 6. Illud in summa notandum, quod si alieno nomine litigatur, inscribendus [36]) est, cuius nomine litigatur.

---

ad *in quo* per incuriam librarii desunt in Ha. et in Vi., qui et ante *conventionalis* inserit *libellus*. [10]) Li. atque Mo. 2 et 3 *inscriptio*. [11]) Vi. *signatur*, quod etiam Mo. 2 scripsit librarius, sed ipse correxit. [12]) Pa. addit *conveniatur*. [13]) Li. *auctoris*, Mo. 3 *actionis*. [14]) Ha. *iure*. [15]) Deest in Li. [16]) Ha. *petentis*. [17]) Quae sequuntur desunt in Ha. [18]) Pa. *actiones*, Ha. *accusationes*. [19]) Ha. atque Pa. habent *ut puto necessitatis est*. [20]) Sic Mo. 2 et Vi.; in ceteris deest, at minus bene. [21]) Ha. *accusationem*. [22]) Li. omittit *et in*; Mo. 2 et 3 pro *et* habent *etiam*. [23]) Pa. *postulaverit*. [24]) Vi. *etiam*, Mo. 3 *et si sine*. [25]) Ha. et Pa. habent *non valeat*. [26]) Deest in Ha., ubi legitur *ante litem debent*. [27]) In Codd. omnibus, excepto uno Pa., legitur *aut*., quam siglam, cum ad Gratiani dictum spectet, uti in contextu interpretari haud dubitavi, quamvis Gratiani dicta Decretistarum ullum Authenticis comparasse nesciam. [28]) Ha. *discitur*. [29]) Mo. 3 *dicitur sine libello utilis contestatio non valet*. [30]) Ha. et Pa. *observatur*. [31]) Pa. hic et postea *annuale*. [32]) Mo. 3 *ut actionem annalem pertinet*. [33]) Idem *regis*. Regis, non principis, a Bernardo fieri mentionem, mirum certe possit videri; sed sine ullo scribendi compendio, cum verbum istud in omnibus occurrit codicibus, nolui ab ipsorum lectione recedere. [34]) Quae sequuntur, desunt in Mo. 3 usque ad *de litig. etc.* [35]) Ha. et Pa. *qu. lib. patri*. [36]) Mo. 2 *inscribendum*, Mo. 3 *inquirendus*.

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus coram eodem iudice [1]).

Quia saepe in iudiciis, de quibus actum est, mutuae hinc inde petitiones fiunt [2]), apud quem fieri debeant et quae sit poena actoris nolentis respondere, videamus.

§ 1. Fieri autem debent mutuae huiusmodi petitiones apud eundem iudicem, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 1. II. 4) et c. 3 (Gr. n. p.) et Cod. de sent. et interloc. *Cum Papipianus* (L. 14). — § 2. Poena vero actoris respondere nolentis est, ut ei non respondeatur, ut infra eod. c. 2 et 3, et haec observanda sunt, sive iudex sit ordinarius sive delegatus; sed et [3]) si sit delegatus sine remedio appellationis, poterit in eo [4]) iudicio de utrisque cognoscere absque remedio appellationis [5]), ar. Dig. de arbitris *Labeo* § 1 (L. 25), et Dig. quod quisq. iur. in alium stat. L. 1.

TITULUS V.

De ordine cognitionum [1]).

Quoniam saepe in iudiciis plures veniunt quaestiones [2]), de qua prius sit agendum, videamus.

Sciendum est igitur, quod quandoque plures quaestiones proponuntur [3]) ab una parte, quandoque a diversis; ubi ab una, quae primo [4]) proponitur prius tractetur; ubi autem [5]) a diversis, aut se contingunt, aut non. Ubi se non contingunt, qui prior appellat prior agat, ut Dig. de iudiciis *Qui prior* (L. 29); et hoc in civilibus; in

Tit. 4. — [1]) Sic Mo. 1, Vi. et ipsa compilatio; Ha. addit *facta*, Pa. *factis;* Li., Mo. 2 et 3 omittunt *coram etc.* [2]) Mo. 3 *fluunt.* [3]) Deest in Li.; at minus bene. [4]) Sic omnes, non *eodem*, quod expectaveris aut praetuleris. [5]) Desunt in Vi. *absq. rem. app.*

Tit. 5. — [1]) Ha. *iudiciorum;* Mo. 3 *cognitionis.* [2]) Excidit, sed ad marginem adiectum est in Vi. [3]) Ha. et Pa. *opponuntur.* [4]) Sic Mo. 1—3 et Li.; Ha. et Pa. *prima;* Vi. *prius.* [5]) Deest in Ha. [6]) Ha. perperam habet

criminalibus vero prius agendum est de maiori [6]), ut C. III. qu. 11 c. ult.; si vero una [7]) est criminalis, et altera [8]) civilis, prius de criminali agendum videtur [9]), ut Cod. de ord. iudic. L. ult., nisi sit quaestio [10]) status, quae solet praemitti ut Cod. eod. L. 2. Haec vera sunt, ubi quaestiones se non contingunt; ubi vero se contingunt, semper de incidenti prius est agendum, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 5); solet autem huiusmodi incidens in modum exceptionis opponi, atque ideo [11]) dicitur praeiudicialis, quia priorem perimit quaestionem. De his invenies C. III. qu. 11 § ult. (Gratiani dictum ad c. 4.)

TITULUS VI.

De plus petitionibus [1]).

Quia saepe in iudiciis plus petitur quam debetur [2]), ideo videamus, quibus modis plus petitur, et qua poena plus petens puniatur.

§ 1. Quatuor autem [3]) modis plus petitur, scil. [4]) re, tempore, loco et causa; re, ut si, cum debeas tantum X, petam [5]) XX; tempore, ut si petam ante diem; loco, ut si cum alio loco debeas, ego [6]) in alio loco [7]) petam, ut [8]) sit tibi difficilius [9]) et mihi expeditius; causa, ut si cum debeas X vel servum, ego praecise [10]) petam servum. Haec invenies [11]) in Inst. de action. § *Plus* (§ 33); hic vero agitur de plus petitione, quae fit re, cuius poena talis est. § 2. Distinguitur [12]), an extra iudicium petas [13]), an in iudicio; si extra, non puniris; si in iudicio, aut perseveras litem contestando, aut desistis; si desistis [14]), non puniris, si perseveras et [15]) malitiose, cadis a toto debito, ut hic et Cod. eod. L. 1.

minori. [7]) Deest in Li. [8]) Mo. 2 et Vi. *alia.* [9]) Ha. et Pa. *erit;* Li. *est.* [10]) Mo. 3 pro *nisi sit* habet *ubi* omittitque *quae.* [11]) Ha. et Pa. *ideoque.*

Tit. 6. — [1]) Titulum istum et qui sequuntur non superesse in Cod. Ha., in praefatione iamiam monui. [2]) Mo. 2 *debeatur.* [3]) Deest in Pa. [4]) Omittit Vi. [5]) Pa. *si tu deb. tant. X et petam.* [6]) Li. et Mo. 1 *et ego;* Mo 2 et Vi. omittunt *ego.* [7]) Deest in Li. et Mo. 2 et 3. [8]) Pa. *ubi t. d. est.* [9]) Mo. 3 *gravius.* [10]) Filii in schedis *principale* ex Pa. invenio adnotatum. [11]) Pa. *inveniuntur.* [12]) Pa. *distinguo,* ni erraverit collator. [13]) Mo. 3 *plus petas.* [14]) In Mo. 3 supra linea adiecit librarius. [15]) Idem omittit *et.*

TITULUS VII.

De feriis [1]).

Audivimus supra [2]) de processu iudicii [3]). Sed quia in iudiciis dilationes dantur vel a iudice vel a iure, ut feriae, de ipsis [4]) dicamus.

§ 1. Sciendum est, quod dilationes quae dantur a iudice aliae sunt restitutoriae, aliae citatoriae, aliae deliberatoriae, aliae praeparatoriae, aliae executoriae [5]). Restitutoriae dantur post restitutionem eis, qui fuerant spoliati [6]), et sunt ad minus VI [7]) mensium, ut C. III. qu. 3 *De induciis* (c. 2); citatoriae [8]) dantur vocato ad causam, et sunt [9]) III mensium in praelatis, ut C. IV. qu. 5 *Quisquis* (c. 1), in aliis clericis sunt XIX [10]) dierum, ut C. V. qu. 2 *Praesenti* (c. 2); deliberatoriae dantur oblato libello, et sunt XX dierum, ut C. III. qu. 3. § *Offeratur* [11]) (Gratiani dictum ad c. 4. § 5); praeparatoriae dantur volenti probare, et sunt III mensium, si ex eadem provincia postulentur [12]) probationes, si ex alia, VI mensium, si ex transmarina, IX mensium, ut C. III. qu. 3. § *Spatium* (ibid. in princ.); executoriae dantur condemnato ut mandet sententiam executioni [13]), et sunt IV [14]) mensium, ut Cod. de usur. rei iudic. L. ult. in princ. Hodie tamen omnes [15]) huiusmodi induciae [16]) dantur arbitrio iudicantis, exceptis executoriis, quae si a iudice brevientur a lege supplentur, ut Dig. de re iudic. *Si se* § *Si quis* (L. 4. § 5), nisi respectu causae vel personae iudex aliter moveatur, ut Dig. de re iudic. L. 2. — § 2. Sunt aliae [17]) dilationes quae dantur a iure, scil. feriae; harum autem [18]) aliae sunt solemnes, aliae repentinae, aliae temporaneae [19]). Solemnes, ut dies festi, ut natalis domini, pascha etc. [20]) et dies dominici et festum beatae

Tit. 7. — [1]) Mo. 1 *de dilationibus et feriis.* [2]) Pa. non habet. [3]) Mo. 3 *iudicis.* [4]) Idem *feriis.* [5]) Pa. *al. exec., al. purgatorie.* [6]) Pa. et Vi. cum Mo. 2 et 3 *expoliati.* [7]) Pa. habet *V.* [8]) Pa. *scitatoriae.* [9]) Deest in Pa. [10]) Sic Mo. 1 et Vi; Li. *X et IX,* Mo. 3 *IX,* Pa. et Mo. 2 *XX.* [11]) Pa. *presenti offeratur.* [12]) Pa. *expostulentur.* [13]) Sic omnes, praeter Mo. 3, qui aliam, et fortasse meliorem exhibet lectionem, scil. hanc: *antequam mandetur sententia etc.* [14]) Li. perperam *III.* [15]) Deest in Pa.; Mo. 3 *homines.* [16]) Vi. omittit. [17]) Pa. *et aliae.* [18]) Deest in Pa. [19]) Li. harum hoc loco non facit mentionem. [20]) Deest *etc.* in Pa.; Li. et Mo. 2 legitur *Pasca,*

Mariae et sancti Iohannis Baptistae et Apostolorum. Repentinae, ut ob natalem [21]) Imperatoris, ob rem prospere gestam, puta ob [22]) victoriam; in his autem feriis causae tractari non debent nec sententia ferri, ut hic et supra C. XV. qu. 4. c. 1 et 2 et Cod. eod. fere per totum et Dig. eod. fere per totum [23]); et si lata fuerit sententia die feriato, non tenet, nisi lata sit [24]) de partium consensu, ut Dig. eod. *Si feriatis* (L. 6). Temporaneae feriae sunt, quae dantur frugibus colligendis et sunt II mensium secundum varios situs [25]) terrarum, in quibus similiter causae tractari non debent, ut Cod. eod. *Publicas* (L. 5), *Omnes* (L. 7).

TITULUS VIII.

De causa possessionis et proprietatis in eodem iudicio mota [1]).

Quoniam in iudiciis, de quibus dictum est, saepe agitur iudicio possessorio [2]), saepe petitorio, i. e. quandoque [3]) de possessione, quandoque de proprietate [4]), et aliquando fere simul moventur utraeque, idcirco [5]) apud quem iudicem tractari debeant audiamus. Sciendum est igitur, quod apud eundem iudicem sunt tractandae [6]), ut causarum continentia non dividatur [7]), ut hic [8]) et Cod. de iudic. *Nulli prorsus* (L. 10); prius tamen de possessione, quam de proprietate debet iudicari, ut Cod. de rei vindic. *Ordinarii* (L. 13).

TITULUS IX.

De restitutione spoliatorum [1]).

Quia spoliati statim in iudicio restitutionem petere consueverunt, non immerito de ipsorum restitutione audiamus [2]), de qua etiam

[21]) Mo. 3 *obnata.* [22]) Idem *pu.* (publicae) *rei ob,* ex librarii, quod mihi indubium, non tam incuria quam errore. [23]) In Mo. 1 et Vi. deest Pand. tituli allegatio. [24]) Pa. *fuerit.* [25]) Li. *fines.*

Tit. 8. — [1]) Desunt in Mo. 3 *in eodem etc.* [2]) Pa. *possessionario.* [3]) Mo. 2 *aliquando.* [4]) Haec verba in Mo. 3 et Ha. obvia, quae in Pa., Mo. 2, Li. et Vi. plane desunt, in Mo. 1 ipse librarius, uti ex litterarum ductu patet, adiecit ad marginem. [5]) Vi. *ideo.* [6]) Mo. 2 *causae tractandae.* [7]) In Pa., Mo. 2 et Li. deest *non;* Mo. 3 *ne caus. continentiae dividantur,* et sic cum Mo. 1 et Vi., quos sequor, concordat. [8]) Vi. *et sed.*

Tit. 9. — [1]) Cum neque inter se concordent scriptores neque sibi ipsi con-

quaedam [3]) diximus supra de in integrum restitutione [4]). Videamus itaque [5]), quando sit facienda, quis eius effectus.

§ 1. Multum enim refert, si sit [6]) spoliatus aliquis a suo iudice, aut a non suo [7]); si a suo, aut ordine iudiciario servato, aut [8]) non. Si ordine iudiciario non servato, statim est restituendus, ar. C. II. qu. 6 *Arguta* (c. 13) et C. III. qu. 6 *Multum* (c. 8); si vero [9]) ordine iudiciario servato, non debet restitui ante causae cognitionem, ar. C. III. qu. 5 *Quia suspecti* (c. 15) et infra eod. *Fratres* (c. 3; - Gr. n. p.). Si vero non [10]) a suo iudice, sed ab alieno [11]) vel ab eo qui omnino non est iudex, statim est restituendus, ut C. II. qu. 2 per totum [12]) et C. III. qu. 1 et 2 [13]) per totum. Inde excipiuntur sex casus, in quibus a quocunque et quocunque modo [14]) spoliatus non restituitur ante causae cognitionem, quos his versibus [15]) comprehendi [16]):

Rapta Petri sedes, infamia si publicatur [17]),
Culpa vel enormis, si res sacra dilapidatur [18]),
Et Simonis crimen, communio quando negatur;
Haec sunt, quae nudum [19]) retinent, dum causa sciatur.

De primo casu [20]) habes Di. LXXIX. *Si quis pecunia* (c. 9); de secundo [21]) C. II. qu. 5 *Presbyter si a plebe* (c. 13); de tertio C. II. qu. 5 *Super causa* (c. 11); de quarto C. III. qu. 2 *Quia ea* (c. 9); de quinto infra de simonia *Accusatum* [22]) (c. 4; - Gr. c. 4. V. 2) *Quotiens* (c. 5); de sexto C. XI. qu. 3 *Si episcopus forte* (c. 4).

§ 2. Illud in summa notandum, quod nullus iniuste spoliatus potest accusari super illo vel alio crimine ante integri [23]) restitutionem, ut C. II. qu. 2 *In scripturis* (c. 4), *Nullus potest* (c. 5) et C. III. qu. 1. c. 1. § 3. Item illud in summa notandum, quod omnia ablata in eo loco sunt restituenda, unde constat esse ablata [24]), ut C. III. qu. 1 *Redintegranda*

stent in scribendo illo verbo, ex diversis formis scil. *expol.*, *exspol.*, *spol.* per totum titulum ultimam utpote nobis et nostris temporibus usitatiorem retinui, neque singulis locis varias lectiones indicare opus esse duxi. [2]) Pa. *videamus.* [3]) Li. omittit *quaedam.* [4]) Mo. 3 *de minorum rest.* [5]) Li. *ergo.* [6]) Pa. *an sit;* Mo. 2 *sit.* [7]) Li. *non a suo;* Mo. 3 addit *iudice.* [8]) Hic et alias ex Pa. filius adnotavit *an*, quod cum in nullo alio occurrat codice, aut scriptorem aut lectorem lineolae supra *au* positae rationem minus habuisse coniecerim. [9]) Omittit Li. [10]) Mo. 3 et Pa. *a non suo.* [11]) Pa. *alio.* [12]) Li., Mo. 2 et 3 atque Pa. sic; Mo. 1 et Vi. *per totam* atque *per totas.* [13]) Mo. 2 *et qu. 3* scil. C. II. [14]) Sic Mo. 1—3 et Pa.; Li. et Vi. *quomodocunque* [15]) Mo. 3 *verbis.* [16]) Sic Vi., quem sequi placuit. Mo. 1 *comprehendis*, Pa. *comprehende*, Mo. 2 *quos . . comprehendi possunt;* Mo. 3 *quos . . comprehendit.* [17]) Li. *supplicatur.* [18]) Pa. *dilapidetur.* [19]) Idem *nondum.* [20]) Pa. omittit. [21]) Idem addit *habemus.* [22]) Li. *insinuatum* i. e. c. 12. tit. cit. [23]) Sic Vi.; ceteri *integrum*, sed non addito *in.* [24]) Pa. *ablata sunt restituenda et ibidem, unde etc.* [25]) In Pa.

(c. 2); hoc ita, si placuerit spoliato [25]), cum hoc sit eius [26]) favore introductum. — § 4. Item omne damnum ex iniusta exspoliatione ipsi spoliato contingens est ab spoliatore restituendum, ut C. II. qu. 1 *In primis* § *Gloriosus comitiolus etc.* (c. 7. § 2). — § 5. Item nulli spoliato induciae sunt denegandae [27]), ut C. III. qu. 2 *Quanto* (c. 1), *Cum* (c. 2), *Deiectis* (c. 5). — § 6. Item illud notandum, quod in damno dato creditur [28]) eius qui damnum passus et iuramento, ut C. II. qu. 1 *In primis* (c. 7) et Cod. unde vi [29]) *Si quando* (L. 9).

TITULUS X.

De dolo et contumacia alterius partis punienda.

Audistis de his qui spoliantur extra iudicium malitia spoliatorum; nunc audiatis [1]) de his qui fatigantur in iudiciis dolo [2]) vel contumacia adversariorum. Videamus ergo [3]), quid sit dolus, quid contumacia, qua poena dolosus vel contumax puniatur [4]).

§ 1. Dolus est calliditas ad aliquem decipiendum adhibita; ergo ei [5]) qui scit [6]) dolus non infertur, ut Cod. de transact. *Cum donationes* (L. 34), et Dig. de reg. iur. *Nemo videtur* (L. 145). § 2. Contumacia est erga iudicem vel praelatum inobedientia. § 3. Poena dolosi est, ut de dolo condemnatus sit [7]) infamis, ut Dig. de his qui inf. not. L. 1; item poena dolosi est, ut [8]) in expensis adversario condemnetur, ut infra eod. (c. 2; - Gr. c. 2. II. 14). Illud autem notandum, quod qui dolum obiicit [9]) ipsum probare debet, ut Cod. eod. *Dolum* (L. 6). — § 4. Poena contumacis est, ut si fuerit absens ante [10]) litem contestatam, in causa criminali debeat excommunicari vel suspendi, ut C. IV. qu. 5 *Quisquis* (c. 1) et C. V. qu. 2 *Praesenti* (c. 2); secundum leges bona eius [11]) annotantur et post annum fisco applicantur, ut Cod. de requirend. reis *Quicunque* (L. 2) et Dig. de requir. damnatis L. ult. [12]) In pecuniaria aut certa [13]) res petitur aut quantitas; si [14]) certa res

haec occurrunt: *si plâ faciunt pro expoliato.* [26]) Deest in Mo. 3. [27]) Addunt Li. et Vi. *post restitutionem.* [28]) Pa. *credatur.* [29]) Li. ad *C. VII. qu. 3* remittit, quae tamen non extat.

Tit. 10. — [1]) Pa. *audiendum.* [2]) Mo. 3 *ex dolo.* [3]) Mo. 2 et Vi. *igitur.* [4]) Vi. *feriatur.* [5]) Sic Mo. 3, licet omnium solus, cum alii omittant *ei.* [6]) Li. et Pa. *quid sit.* [7]) Pa. *sit condemnatus.* [8]) Vi. omittit. [9]) Codd. omnes *obicit.* [10]) Omittit Li. [11]) Vi. *ipsius.* [12]) Sic Mo. 2 et 3 cum Vi.; Mo. 1 et Pa. nonnisi ad Cod. tit. remittunt. [13]) Secundum schedas filii Pa. habere videtur *autem causa.* [14]) Mo. 2 *ubi*, omissis quae antecedunt inde a

petitur, mittitur adversarius in illius rei possessionem [15]), ut Cod. de praescr. XXX annor. *Si quis emtionis* (L. 8) § ult.; si vero quantitas petitur, mittitur in possessionem bonorum eius secundum mensuram declarati debiti, ut in Auth. de exhibendis § *Si vero* Coll. V. (Nov. 53. c. 4). Si vero est contumax post litem contestatam et in criminali, aut liquere potest iudici de [16]) causa [17]), aut non; si liquere potest iudici de causa [18]), feret [19]) sententiam diffinitivam in contumacem, ut C. III. qu. 9 *Decernimus* (c. 10) et C. XXIV. qu. 3 *De illicita* (c. 6), alioquin ipsum excommunicabit, ar. C. IV. qu. 5. c. 1; in civili vel quasi recipiet [20]) probationes [21]) praesentis, ut in Auth. de testibus § ult. (Nov. 90. c. 9), et condemnabit contumacem sententia diffinitiva, nec poterit appellare, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 4. II. 14) et Cod. de iudic. *Properandum* § *Cum autem* (L. 13. § 4) et Cod. quor. appell. non recip. L. 1. Si autem non potest iudici liquere de causa, transferet [22]) in adversarium [23]) possessionem, ut infra eod. c. ult. et Cod. quomodo et quando iudex *Consentaneum* (L. 8), nec recuperabit eam rediens infra annum, ut Cod. de iudic. *Properandum* § *Si autem reus* (L. 13. § 3).

§ 5. Illud in summa notandum, quod ille qui per contumaciam condemnatur non audietur appellans, ut C. II. qu. 6. § *Sicut etiam* (Grat. dict. in fine qu. § 11) et C. XXIV. qu. 3 *De illicita* (c. 6) et Cod. de iudic. *Properandum* § *Si autem reus;* nisi in casu, ut Dig. de appell. L. ult. § 1.

TITULUS XI.

De eo qui mittitur [1]) in possessionem causa rei servandae.

Quoniam, ut [2]) in titulo superiori diximus, propter contumaciam [3]) rei actor mittitur in possessionem, quem effectum habeat talis missio videamus; aut enim [4]) haec fit ante litem contestatam, aut post.

§ 1. Si ante litem contestatam [5]), intelligitur mitti causa rei

pecuniaria. [15]) Pa. *immissionem*, ni forte *peccaverit* filii calamus. [16]) Deest in Pa. [17]) Quae sequuntur usque ad *feret* omittit Mo. 3. [18]) In Mo. 2 *iudici de causa* desiderantur. [19]) Pa. *fert.* [20]) Pa. *rescipit.* [21]) Mo. 3 *probaticonem.* [22]) Li. *transfert.* [23]) Mo. 3 *alterum.*

Tit. 11. — [1]) Mo. 3 *de misso in etc.* [2]) Deest in Mo. 1. 3, Li. et Vi. [3]) Mo. 3 *contumacia* loco *pr. cont.* [4]) Deest in eodem. [5]) Ibidem omittitur

servandae [6]) et ut reus taedio affectus infra annum veniat responsurus; quod si fecerit solvet actori [7]) expensas et recuperabit possessionem, ut Cod. de praescr. XXX annor. *Si quis in rem* [8]); si vero infra annum non [9]) venerit, exinde [10]) actor fruetur commodo possessionis [11]), salva reo sola [12]) quaestione proprietatis, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 15) et c. 2 (Gr. n. p.). Sic solet dici de eo qui mittitur in possessionem ex [13]) primo decreto, scil. causa rei servandae, quia nondum possidet, sed servat, i. e. [14]) nondum facit fructus suos; sed si ex secundo decreto, iam possidet, i. e. fruitur commodo possessionis [15]), ut Dig. de damno infecto *Dies* (L. 4) § 1 et 2; quod ergo facit ibi secundum decretum, hic excursus anni facere consuevit. — § 2. Si vero post litem contestatam reo contumace [16]) existente actor in possessionem mittatur [17]), fruitur [18]) statim commodo possessionis [19]), salva reo sola quaestione proprietatis, ut Cod. de iudic. *Properandum* (L. 13) et Cod. quomodo et quando iud. *Consentaneum* (L. 8).

TITULUS XII.

De probationibus [1]).

Quia in iudiciis propter promptas negationes [2]) necessariae sunt probationes, non immerito de ipsis est diligenter [3]) agendum. Videamus igitur, quid sit probatio, unde dicatur, quis probare debeat, quot sint species probationis.

§ 1. Probatio est rei dubiae per argumenta quaecunque [4]) ostensio; dicta autem est [5]) probatio a probe adverbio; probe enim agit, qui probat. — § 2. Probare autem [6]) debet actor ex ordine

lit. cont. [6]) Li. *reservandae;* in Mo. 3 deest *et.* [7]) Pa. *acto*, quibus litteris, utrum *r* an *ri* sit addendum, dubius fuisse ideoque spatiolum vacuum reliquisse videtur codicis scriptor. [8]) Sic in Codd. omnibus; atvero neque lex neque § in toto occurrit Cod. titulo cit., cuius ista sint verba initialia. In mente quin Bernardus habuerit L. 8 *(Si quis emptionis)* § 3 *(sed et si quis non per vim)*, nullus dubito, sed proprio nolui marte mutare codicum lectionem. [9]) Deest *non* in Pa. et Li. [10]) Li. habet *veniat* additque *responsurus* atque omittit *exinde.* [11]) Mo. 2 et Vi. *possessoris.* [12]) Omittit Mo. 3. [13]) Idem *in.* [14]) Vi. *hoc est.* [15]) Pa. et Vi. *possessoris.* [16]) Mo. 2 *contumaciter.* [17]) Idem cum Li. *mittitur.* [18]) Pa. *fruatur.* [19]) Vi. et Mo. 3 *possessoris.*

Tit. 12. — [1]) Li. *de promissionibus*, quam falsam rubricam codicis possessor quis multo posterior correxit. [2]) In Pa. *proprias negociationes*, in Li. *promptas negociationes.* [3]) Omittit Vi. [4]) Vi. addit *facta;* Mo. 3 habet *argumentum quodcunque.* [5]) Sic Pa. alias deest. [6]) Pa. *enim.*

et regulari iure, ut Dig. eod. *Ei* (L. 2) et C. VI. qu. 5 per totum et C. IV. qu. 2 § *Item in criminali* (Grat. dict. ad c. 2), § *Item qui intendit* (c. 3. § 35) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 18). Aliquando tamen et [7]) reo incumbit probatio, verbi gratia, peto a te X quae mihi debebas [8]), tu dicis te solvisse, tibi incumbit probatio, non mihi, ut Dig. eod. *In exceptionibus* (L. 19) et Dig. de except. L. 1 et infra eod. c. 2 (Gr. c. 3. II. 18); et [9]) sciendum, quod ista faciunt, ut probationis onus [10]) in reum transferatur: exceptio, pro actore praesumtio, iuramenti delatio et spontanea assumtio [11]); exceptio, ut dixi [12]) in superiori exemplo et C. XVI. qu. 3 *Inter memoratas* (c. 6); pro actore praesumtio [13]), ut ar. C. XXXIV. qu. 2 *In lectum* (c. 6) [14]); iuramenti delatio [15]), ut ar. C. XVI. qu. 3 *Dilectio* (c. 7) et Dig. de iureiur. *Iusiurandum* § *Qui* (L. 34. § 4) et L. *Manifeste* (L. 38); spontanea assumtio, quia si reus vult subire hoc onus, mos ei gerendus est, ut ar. C. XVII. qu. 4 *Uxor* (c. 33) et C. XXIX. qu. 2 *Cuius rei* (c. 6) et Dig. eod. *Circa* (L. 14) in fine. § 4. Species autem probationis sunt VI, scil. [16]) per rei evidentiam, per famam, per praesumtionem, per iuramenti delationem, per testes, per instrumenta. Per rei evidentiam, puta, si quis sit in adulterio publice deprehensus, ut Di. L. *Si quis diaconus* (c. 29) [17]), *De his vero* (c. 34) et infra de accusat. *Evidentia* (c. 11; - Gr. c. 9. V. 1) et Dig. de ritu nupt. *Palam* (L. 43) § ult. Per famam, ut C. IV. qu. 2 § *Item in crim.* (Grat. dict. ad c. 2), *Item saepe* (c. 3. § 28). Per praesumtionem, ut Di. XVIII. *Pervenit* (c. 6) et Di. XLIV. *Multis* (c. 5) et infra de cohabit. cleric. et mul. *Si quispiam* (c. 3; - Gr. c. 2. III. 2) et Cod. de adult. L. antepenult. Per iuramenti delationem, ut ar. C. XVI. qu. 3 *Dilectio* (c. 7) et Dig. de iureiur. *Manifestae* (L. 38) et Cod. de reb. cred. *In bonae fidei* (L. 3); forte et hoc modo [18]) iuramentum purgationis probatio appellatur [19]), ut C. III. qu. 11 *Neganda* (c. 2), *Non est* (c. 3): Per testes, ut infra titulo proximo per totum et C. IV. qu. 2 per totum [20]). Per instrumenta, ut infra de fide instrumentorum per totum et Cod. de fide instrumentorum per

[7]) Sic Vi.; Mo. 2 *tamen etiam;* Mo. 3 *etiam* pro *tamen;* Mo. 1, Li. et Pa. nil nisi *tamen.* [8]) Desunt in Li.; Mo. 3 *debeas* pro *debebas.* [9]) Mo. 3 *Est.* [10]) Idem *ista faciunt hoc in etc.* [11]) In eod. exciderunt *iuram. del. et spont. ass.* [12]) Vi. cum Mo. 2 et 3 *diximus.* [13]) Mo. 3 *pro auctore exceptio ut diximus.* [14]) In Vi. desideratur ista citatio. [15]) Deest in Mo. 3. [16]) Vi. omittit *scil.;* Mo. 2. 3 *sunt.* [17]) Mo. 1 et 2 perperam *Dig. eod. L. etc.* [18]) In Mo. 1 *forte* supra linea additum est; Li. *h⁹* $\overset{\circ}{m}$ i. e. *huiusmodo,* sed *h⁹* alio atramento et corrigendo esse ex post additum palam est. [19]) Pa. *notatur;* an *vocatur?* [20]) In Mo. 1 et Vi.

totum. Ex his speciebus probationis duae postremae dicuntur proprie [21]) probationes, reliquae vero improprie et transsumtive.

§ 5. Illud in summa notandum [22]), quod in notoriis probatio non est requirenda, ut C. II. qu. 1 *De manifesta* (c. 17). Item illud in summa notandum, quod vera probatio vincit praesumtionem, ut infra de praesumt. *Quia* (c. 11; - Gr. c. 10. II. 23) et Dig. quod metus causa L. *Non est verisimile* (L. 23).

TITULUS XIII.

De testibus et attestationibus.

Tractavimus de probationibus in genere; nunc de ipsis in specie supponamus [1]), et primo de testibus, quia constat vocem vivam mortua digniorem, ut in Auth. de fide instrum. § *Si vero* (Nov. 76. c. 3). Inspiciamus ergo, qui possint esse testes et qui non, quot esse debeant, quid iurare debeant, quando sint producendi, et quotiens [2]).

§ 1. Testes esse possunt, quicunque [3]) non prohibentur, nam edictum de testibus sicut edictum de procuratoribus prohibitorium est, ut Dig. eod. L. 1. § 1; nam, ut vere dicam, cuncta [4]) licent nisi decreto vel lege vetentur [5]), ut ar. Di. V. *Baptizari* (c. 3) [6]) et infra de desponsat. impub. *Lex* (c. 1; - Gr. n. p.). — § 2. Illi vero non possunt esse testes qui prohibentur; in testibus enim ista VII consideranda occurrunt:

Conditio, sexus, aetas, discretio, fama,
Et fortuna, fides [7]), in testibus ista requires.

Conditio, servus aut [8]) liber; servus enim a testimonio repellitur, ut infra de V. S. *Forus* § *Testes* (c. 10. in f.; - Gr. c. 10. V. 41), licet in quibusdam casibus eius responso [9]) credatur, ut C. IV. qu. 2 § *Item in* [10]) *criminali,* § *Item servi* [11]) (Grat. dict. ad c. 2. § 9). Sexus, vir aut foemina [12]); nam foeminae frequenter repelluntur, ut C. XXXIII.

non remittitur ad Decretum Gratiani. [21]) Omittit Li. [22]) Quae sequuntur, in Mo. 3 desunt usque ad *quod vera.*

Tit. 13. — [1]) Mo. 2 *audiatis.* [2]) Pa. *quot.* [3]) Pa. *qui.* [4]) Pa. addit *mihi.* [5]) Pa. *prohibeantur.* [6]) Mo. 3 sic: *ut d. LVII. si quis in eŷ baptizant et I. etc.* (cf. c. 1. Dist. 57 *si quis in aegritudine*). [7]) Pa. *fortuna atque fides.* [8]) Pa. *an;* Mo. 3 *si servus etc.* [9]) Li., Mo. 2 et Pa. *responsio.* [10]) Mo *inc';* Pa. tam hoc loco quam infra *nichil.* [11]) Deest *servi* in Pa. [12]) Pa. *utrum*

qu. 5 *Mulierem* XXV. (c. 17) et infra de V. S. *Forus* § *Testes* (c. 10); in pecuniariis tamen causis et in causis matrimonii eas credimus admittendas, ar. C. XV. qu. 3 *Ex eo* (c. 2) et infra de matrim. contra interd. eccl. *Videtur nobis* (c. 1; - Gr. c. 1. IV. 18). Aetas, quia minor XIV annis non admittitur, ut C. IV. qu. 2 *Testes* (c. 1) [13]). Discretio, quia furiosus vel mente captus a testimonio est repellendus, sicut et ab officio iudicandi, ut C. III. qu. 7 [14]) § *Tria* (dict. Grat. ad c. 1). Fama, quia qui non est integrae famae ad testimonium admitti non debet, ut in Auth. eod. § 1. (Nov. 76. c. 1) et infra de V. S. *Forus* (c. 10) § penult. Fortuna, quia, sicut in accusando, sic [15]) in testificando pauper suspectus habetur, ut C. II. qu. 1 *Prohibentur* (c. 14) et in Auth. tit. eod. § 1. Fides, quia infidelis contra fidelem [16]) non admittitur, ut C. II. qu. 7 *Si haereticus* (c. 26). — § 3. Debent autem testes [17]) esse ad minus duo, quia in ore duorum vel trium testium stat [18]) omne verbum; pluralis enim elocutio duorum numero contenta [19]) est, ut C. IV. qu. 2 § *Item in criminali* (Grat. dict. ad c. 2. § 26) et C. II. qu. 4. § 1 (Grat. dictum quaest. 4 praemissum) et c. 1, nisi in quibusdam casibus [20]), ubi plures requiruntur, ut ubi accusatur episcopus cardinalis, ut C. II. qu. 4 *Praesul* (c. 2) et in testamentis, ubi VII [21]) testes requiruntur, ut Cod. de testam. *Hac consultatione* (L. 21), et in codicillis vel ultimis voluntatibus, ubi [22]) V requiruntur, ut Cod. de codic. L. ult., nisi [23]) forte ista correcta videantur, ut infra de testam. *Cum esses* (c. 9; - Gr. c. 10. III. 26), *Relatum* (c. 10; - Gr. c. 11 eod.). Unus autem testis non facit probationem, quia ad fidem faciendam vox [24]) unius vox nullius, ut C. XXXIII. qu. 2 *Admonere* (c. 8) et C. IV. qu. 2 § *Item in crim., Item unius* [25]) (Grat. ad c. 2. § 38); sed licet non faciat probationem, facit tamen praesumtionem, ut ar. Dig. de iureiurando *Si duo* [26]) (L. 13), et ar. Dig. quemadm. testam. aperiant. L. 1 in f., et Di. LXXXI. *In omnibus* (c. 26) et Di. LXXXVI. *Tanta* (c. 24) et C. XX. qu. 3. *Praesens* (c. 4). — § 4. Iurare autem debent testes, dicere totam quam de illo negotio sciunt veritatem sine [27]) falsitatis admixtione,

vir an femina, Mo. 3 *si vir etc.* [13]) In Mo. 3, si non recentiori certe alia manu supra linea haec adnotata inveni: *hoc est verum in civili; in criminali XX annorum erit, ut S. eod. Item in testibus.* [14]) Sic Mo. 3; alii Codd. falso *qu. 8.* [15]) Mo. 2 *sic et.* [16]) Li. *fidem.* [17]) Mo. 3 omittit *autem testes.* [18]) Li. *stet.* [19]) Mo. 3 *contēpta.* [20]) Vi. *causis.* [21]) Sic Mo. 2 et 3 atque Vi.; in ceteris deest *ubi.* [22]) Mo. 1 *ut ubi.* [23]) Exciderunt in Mo. 3, quae antecedunt inde ab *ubi.* [24]) Li. *vos.* [25]) Codd. omnes *iuris,* sed falso. [26]) Sic codices; ceterum in ista lege equidem nihil inveni, quo Bernardi dictum possit confirmari vel defendi. [27]) Li. *si*

et hoc tam pro una quam pro altera [28]) parte, ar. C. IV. qu. 4 *Nullus* [29]) et ar. C. XIV. qu. 5 *Non sane* (c. 15). — § 5. Producendi vero [30]) sunt post litem contestatam, cum hoc habeat et ordo [31]) iudiciorum et generalis consuetudo, ar. Cod. de iureiur. pr. cal. L. 1 et 2; sed ante [32]) non, nisi in casibus; puta ubi vereor [33]) testes deficere, debent recipi altera parte praesente vel contumaciter absente, et eorum dicta [34]) signari usque ad tempus contestandae litis, ar. Cod. de usur. pupill. L. ult. et Dig. ad L. Aquil. *In lege* (L. 40); item in [35]) causa matrimonii, ubi reus omnino inveniri non potest, ut ar. infra qui matrim. accus. non poss. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 18); item ubi reus se contumaciter absentat [36]), ut ar. Cod. de ingen. manum. *Diffamari* (L. 5), nisi [37]) in causa pecuniaria, quo in casu mittitur actor in possessionem, ut diximus supra de dolo et contumac. alterius partis punienda. Praeterea post publicationem attestationum [38]) testes super eisdem [39]) capitulis produci [40]) non possunt, ut in Auth. eod. § *Illud* (Nov. 90. c. 4. § 1). — § 6. Sunt autem IV testium productiones, et dicitur una productio, quae ad unum terminum datur una pluribusve diebus; quarta tamen productio non datur, nisi pro certa causa et iurante productore, quod non didicit testificata nec dolo postulat quartam productionem [41]), ut in Auth. eod. § *Quia vero* (Nov. 90. c. 4) et infra eod. *In causis* (c. 15; - Gr. c. 15. II. 20).

§ 7. Illud [42]) in summa nota, quod testes altera parte praesente vel contumaciter absente sunt recipiendi, ut infra eod. *In nomine* (c. 3; Gr. c. 1. II. 20) et in Auth. eod. § *Et hoc* (Nov. 90. c. 9) et C. III. qu. 9 *Omnia* (c. 4); quod ita intelligo, ut praesentes sint litigatores [43]) ad iuramentum testis recipiendum, non autem ad eius narrationem audiendam, quia sic discerent [44]) testificata nec possent postea producere testes, ut in Auth. eod. tit. § *Illud tamen* (Nov. 90. c. 4. § 1). § 8. Item illud in summa notandum, quod effrenata multitudo testium est a iudice coarctanda, ut Dig. eod. L. 1. § ult. — § 9. Item illud [45]) in summa notandum, quod V sunt diversitates fidem [46]) testium derogantes, scil. rerum, personarum, graduum, temporum et locorum, unde versus:

n(on). [28]) Pa. *alia.* [29]) Verbo isto et c. 1 et c. 2 incipit, sed neutrum mihi videtur ad rem facere; ceterum ad C. IV. qu. 4 omnes aeque remittunt codices. [30]) Li. *autem.* [31]) Sic omnes praeter Mo. 3, in quo legitur *cum habeat ratio et ordo.* [32]) Li. *autem,* at falso. [33]) Mo. 3 *puta ut ñ eorum.* [34]) Pa. *dicatur.* [35]) Mo. 3 omittit *in.* [36]) Idem *absentet.* [37]) Li. et Mo. 3 *ut* pro *nisi* habent. [38]) Mo. 2 *ad testimonium.* [39]) Mo. 3 *eis.* [40]) Vi. *adduci.* [41]) Pa. *postulationem.* [42]) Mo. 3 addit *etiam.* [43]) Pa. *litigantes.* [44]) Idem *dicerent.* [45]) In Li. deest *illud,* in

Res, persona, gradus, locus, haec sint[47]) consona, tempus[48]). Diversitas rerum, ut cum iste dicit de una re vel facto, ille de alio, ut ar. C. III. qu. 9 *Indicas* (c. 14); personarum et graduum, ut C. XXXV. qu. 6 *De parentela* (c. 8); locorum, ut in Daniele unus dixit „sub pino", alter „sub cino"[49]); temporum, ut C. III. qu. 9 *Nihilominus* (c. 16). § 10. Item illud in summa notandum, quod in causa appellationis post sententiam factae[50]) novi testes super novis capitulis contingentibus vetera produci possunt, ut infra eod. *Fraternitatis* (c. 17; - Gr. c. 17. II. 20) et Cod. de tempor. appell. *Per hanc* (L. 4). Super veteribus autem est distinguendum: aut enim[51]) renuntiatum fuit in priori iudicio testibus producendis, aut non; si renuntiatum fuit, non poterunt super eisdem capitulis produci testes in causa appellationis, ut infra eod. *Fraternitatis*, nisi forte ex partium consensu; si vero non fuerit renuntiatum, recte producentur[52]), ut infra eod. c. ult. et Cod. de appellat. *Eos qui* (L. 6) § 1 et Cod. de tempor. appell. *Per hanc divinam* (L. 4). — § 11. Demum et illud in summa notandum, quod qui testes producit eos debet interim suis sumptibus[53]) exhibere, ut C. IV. qu. 2 § *Item in crim.* iuxta finem (Grat. dict. ad c. 2. § 40).

TITULUS XIV.

De testibus cogendis vel non.

Diximus de testibus. Sed quia testium officium publicum est et ad id[1]) nonnunquam inviti[2]) coguntur, de ipsis cogendis vel non audiamus, videntes, qui et qualiter sint cogendi.

§ 1. Regulare est secundum leges, ut testes[3]) ad testimonium compellantur[4]). Inde excipiuntur quidam ratione senectutis, valetudinis, militiae, absentes causa rei publicae, et qui publicis funguntur officiis; quidam etiam ratione consanguinitatis vel affinitatis; item affectionis, ut libertus contra patronum vel[5]) e contra, de quibus habes in C. IV. qu. 2 § *Item in crim.* (Grat. dict. ad c. 2.) Secundum canones autem monendi[6]) sunt, non cogendi, nisi constet iudici, eos amore vel odio vel timore[7]) a testimonio se[8]) sub-

Pa. *item.* [46]) Mo. 1 et 3 *fidei.* [47]) Pa. et Mo. 2 *sunt.* [48]) Mo. 1 *tpe.* [49]) Ita codices omnes; in versione vulgata Lib. Danielis cap. 13. v. 54 et 58 occurrit *schino* et *prino.* [50]) Mo. 3 *factam.* [51]) Deest in Li. et Mo. 3. [52]) Vi. *producuntur.* [53]) Idem *expensis.*

Tit. 14. — [1]) Pa. *hoc.* [2]) Li. *in iure.* [3]) Mo. 3 omittit. [4]) Vi. *cogantur.* [5]) Pa. *et.* [6]) Pa. et Mo. 3 *admonendi.* [7]) *Vel timore* desunt in

trahere, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. II. 15); sed et[9]) clericus pro magna[10]) causa, ubi[11]) alii testes desunt, ad testimonium potest compelli, ne veritas occultetur, ut C. XIV. qu. 2 *Quamquam* (c. 2). — § 2. Ab ecclesiastico autem iudice per excommunicationem compelluntur, ut infra eod. c. 2. In pecuniaria quoque causa mediator non compellitur ad testimonium, nisi de partium voluntate, ut in Auth. de testibus § *Quoniam vero* (Nov. 90. c. 8).

TITULUS XV.

De fide instrumentorum.

Audivimus de illa specie probationis, quae fit per vocem vivam scil. per testes; nunc audiamus de illa, quae fit per vocem mortuam scil. per instrumenta. Videamus ergo[1]), quid hic instrumentum dicatur[2]), quot[3]) eius species, qualiter[4]) ei fides imponatur[5]).

§ 1. Instrumentum est scriptura facta ad alicuius rei probationem. — § 2. Huius duae sunt species; nam aliud est publicum et aliud[6]) privatum. Publicum est, quod habet publicam auctoritatem. Huius tres sunt species; est enim publicum[7]), quod est[8]) per manum publicam i. e. per manum tabellionis[9]) in publica forma factum, ut sunt cartae tabellionum, et est publicum, quod est iudicis auctoritate in publicis actis deductum[10]), per quemcunque sit scriptum; est etiam publicum authentico sigillo signatum, ut infra eod. (c. 2; - Gr. c. 2. II. 22). Privatum instrumentum est veluti chirographum[11]), sicut est apocha[12]) de recepto, antapocha de soluto[13]); nam apocha debenti, antapocha suscipienti[14]). Privatorum autem instrumentorum sive privatarum scripturarum[15]) tres sunt species; nam aliam facis tibi, aliam alii[16]), aliam tibi et alii; tibi, ut codicem[17]) rationum tuarum, cui scripturae quandoque creditur, ut ar.

Pa. [8]) Deest in Mo. 1 et Vi. [9]) Sic Pa. cum Mo. 3 et Li.; Mo. 1 et Vi. non habent *et.* [10]) Deest *magna* in Pa.; Mo. 3 *in propria magna.* [11]) Li. *nisi.*

Tit. 15. — [1]) Pa., Mo. 2 et Vi. *igitur.* [2]) Pa. *quid sit instr. et unde dicatur.* [3]) Mo. 1 et Ha. *quae.* [4]) Ha. et Pa. praemittunt *et.* [5]) Pa. hoc loco (aliter mox infra) habet *adhibeatur.* [6]) In Pa. repetitur *est;* Li. omittit *et.* [7]) Ista verba bis exhibet Mo. 3. [8]) Desunt in Pa. quae sequuntur usque ad *per man. tab.* [9]) Quae hinc traduntur usque ad *et est publicum* omittit Mo. 3. [10]) Idem *iudicum* et *deducunt.* [11]) Li., Mo. 3 et Pa. et hic et postea *cirographum*, ceteri Codd. *cyrographum.* [12]) Mo. 1 et Vi. *apoca;* in Mo. 3 desunt sequentia usque ad *debenti.* [13]) Desunt in Mo. 1 et Vi. [14]) Ita Codd. omnes, quibus verbis an sit addendum *datur* aut *fit*, lectores diiudicent. [15]) Mo. 3 *privatorum scriptorum.* [16]) Desunt ista in Li. [17]) Li. *codice.*

Dig. de edendo *Si quis ex argentar.* (L. 6); alii facis chirographum, puta de eo quod sibi debes, quod scholaribus Bononiae non est ignotum, cui creditur contra te, ut ar. Dig. depositi *Publia* (L. 26) § ult.; tibi et alii, ut chirographa depositi [18]), quae solent in eadem forma et depositario fieri et deponenti, ita etiam ut quaedam litterae ibi per medium incidantur, et huic aliquando creditur, ut [19]) legitur de Tobia [20]), qui deposuit apud Gabelum [21]), et ar. Cod. qui potior. in pign. hab. *Scripturas* (L. 11). In hac specie [22]) poni potest scriptura de pensionibus [23]) acceptis, quae vulgariter dicitur diacceptum, i. e. de acceptis [24]). — § 3. Duobus modis fides imponitur instrumentis, per testes et per comparationem [25]) litterarum, ut in Auth. titulo eodem (Nov. 76) manifeste habetur. Est tamen [26]) casus, ubi privata scriptura [27]) publicae scripturae obtinet vires, scil. per trium testium subscriptionem, ut Cod. qui pot. in pign. *Scripturas* (L. 11 in fin.) et in Auth. eod. § *Si quis igitur* Coll. VI. (Nov. 76. c. 1.)

TITULUS XVI.

De praesumtionibus [1]).

Expedito tractatu de vera probatione, accedamus ad tractatum de quasi probatione, scil. de praesumtione [2]). Videamus ergo [3]), quid sit praesumtio, quae eius species, et quis eius effectus.

§ 1. Praesumtio est argumentum [4]) movens [5]) aliquatenus [6]) iudicem ad credendum; distat autem a probatione, quia probatio facit plenam fidem, praesumtio semiplenam. — § 2. Praesumtio alia temeraria, alia probabilis, alia violenta; temeraria repellitur [7]), ut C. II. qu. 1 *Primo* (c. 13); probabilis admittitur, ut infra eod. c. ult. [8]),

[18]) Sic Mo. 1, Pa. et Vi.; Li. et Mo. 2 *de depositis*, Mo. 3 *in depositis*. [19]) Pa. perperam *et ut*. [20]) Mo. 3 *de eo*. Ceterum in Lib. Tobiae cap. 9. v. 6 nihil de chirographi incisione invenitur. [21]) Sic Ha., Mo. 2 et 3; Mo. 1 *Gabe lum*, Pa. et Li. *Gabellium*, Vi. *Gabellum*. [22]) Vi. *forma*. [23]) Mo. 3 *de pensationibus*. [24]) Sic in omnibus Codd., nisi quod in Mo. 3 legitur *diaeceptis*, et Mo. 2 habet *diaceptum*. [25]) Mo. 3 *et parationem*. [26]) Li. *enim*. [27]) Deest in Pa.

Tit. 16. — [1]) Deest rubrica in Li. [2]) Mo. 3 *de probatione per praesumtionem*. [3]) Mo. 2 et Vi. *igitur*. [4]) Deest, aut certe pro filii schedis deesse videtur in Pa. [5]) Li. *monens*. [6]) Pa. *aliquantulum*. [7]) Li. *compellitur*. [8]) Sic omnes Codd.; nec tamen video, quid cap. istud velit et possit Bernardi

et inducit aliquando purgationem [9]), ut C. II. qu. 5 *Presbyter* (c. 13), *Omnibus* (c. 19) et infra de purgat. can. (c. 2 et 3; - Gr. c. 3 et 4. V. 34); violenta non solum admittitur, sed etiam ei [10]) tamquam probationi statur, ut infra de cohab. cleric. et mul. *Si quispiam* (c. 3; - Gr. c. 2. III. 2) et in Auth. ut liceat matri et aviae § penult. et ult. (Nov. 112. c. 15). Qualiter autem et quibus modis praesumtiones oriantur [11]) ex [12]) persona, loco, tempore [13]) et aetate aliisque modis, in libello disputatorio domini Pilii Medicensis [14]) copiose poterit inveniri. — § 3. Effectus autem [15]) praesumtionis est, ut ei [16]) stetur, donec in contrarium [17]) probetur, ut ar. C. XXXV. qu. 3 *Extraordinaria* (c. 11); est tamen casus, ubi in contrarium probationem non admittit [18]), ut in Auth. ut liceat matri vel av. § penult et ult.

§ 4. Illud in summa notandum, quod omne bonum factum recte praesumitur actum, ut ar. Di. XXVIII. *Quia sunt* (c. 10) et Cod. de contrah. stipul. L. 1; item omne malum factum prave praesumitur actum, ar. [19]) infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 24) et C. VI. qu. 1 *Si omnia* (c. 7).

TITULUS XVII.

De iureiurando.

Diximus de probationibus; sed quia iusiurandum succedit aliquando [1]) loco [2]) probationis, etiam de ipso [3]) nobis tractandum occurrit. Dicamus igitur, quid sit iuramentum, quot habeat comites, quae species iuramenti, quomodo [4]) in iudicio litigatori deferatur vel referatur [5]), quis eius effectus.

§ 1. Iuramentum est assertio de aliquo sacrae rei attestatione firmata. — § 2. Habet autem tres comites, veritatem, iudicium [6])

sententiae. [9]) Pa. *propurgationem*. [10]) Deest in Mo. 3. [11]) Pa. *ordinantur*. [12]) Mo. 2 *scil. ex*. [14]) Sic Li., Mo. 2 et Pa.; in Vi. et Mo. 1 desunt *in libello etc.*, at supra linea per recentiorem manum haec addita sunt: *ut in lib. disp. dom. Py. mutinensis;* Li. habet *Medicinensis*, Mo. 3 *Mutinensis*. [15]) Deest in Mo. 2. [16]) Deest in Mo. 3. [17]) Li. omittit *in contrarium*. [18]) Ita cum ceteris et Li., in quo tamen verbis *in contrarium* hae litterae *i. q. e.* praecedunt, quas delendas esse, ipse scriptor superpositis quibusdam signis indicasse videtur; Pa. *ubi probatio in contrarium non admittitur*. [19]) Pa. *ut ar.*

Tit. 17. — [1]) Pa. et Vi. *quandoque*. [2]) Vi. *in locum*. [3]) Pa. *nobis de ipso*, omisso *etiam;* Mo. 3 *ideo et de ipso*. [4]) Pa. *quando*. [6]) Haec, quae omittit tam Mo. 3 quam Pa., habentur in Mo. 1 et 2, Li. et Vi. [5]) Pa. *et iudicium*.

et iustitiam; alioquin periurium dicitur [7]) i. e. mendax iuratio, vel indiscreta vel illicita, ut C. XXII. qu. 2 *Animadvertendum* (c. 2). § 3.. Species iuramenti sunt duae. Nam aliud est assertionis, aliud promissionis; assertionis, ut [8]) quando iuratur, sic esse vel non esse, fuisse vel non fuisse; promissionis, ut cum iurat aliquis [9]), se facturum vel daturum. — § 4. Item iuramentum aliud iudiciale, aliud non; iudiciale, quod fit in iudicio vel propter [10]) iudicium, non iudiciale, quod alias [11]) praestatur. Iudiciale aliud fit a iudice, aliud [12]) ab advocato, aliud a [13]) teste, aliud a [14]) litigatore. A iudice, quod secundum iustitiam procedet [15]), ut Cod. de iudic. *Rem non novam* (L. 14) et in Auth. *Iusiurandum quod praestatur* (Nov. 8). Advocatus iurare debet, quod non assumet patrocinium causae desperatae [16]) et clientulo suo fidele patrocinium praestabit, ut Cod. de iudic. *Rem non novam* § *Patroni* (L. 14. § 1). Testis iurat dicere veritatem, ut supra de testibus invenitur [17]). Iuramentum vero litigatoris [18]) est quadripartitum; nam aliud est cautionale, aliud de calumnia, aliud in litem, aliud diffinitivum; cautionale, quo iuratur iudicio sisti vel iudicatum solvi [19]), ut in Auth. de litigiosis. § *Ad excludendum* Coll. VIII. (Nov. 107. c. 2); de calumnia, ut supra de iuram. calumn. et Cod. de iureiur. propter calumn. L. 1 et 2; iuramentum in litem, quo iurat [20]) tantum sua interesse, ut ar. C. II. qu. 1. *In primis* § *Gloriosus* (c. 7. §. 2) et Dig. de in litem iur. L. 1 et 2; iuramentum diffinitivum, quo vel [21]) actor iurat sibi deberi vel reus se non debere, ut Cod. de reb. cred. L. 1 et 3 et penult. Hoc autem [22]) iuramentum alias [23]) defertur a parte parti [24]), alias a iudice parti; ubi defertur a parte parti, is cui iuramentum defertur olim tria remedia habebat [25]), scil. vel solvere, vel iurare, vel iuramentum referre [26]), ut Dig. eod. *Manifestae* (L. 38), hodie vero quartum remedium est adiunctum [27]) scil. iuramentum illatum recu-

[7]) Omittit Mo. 2. [8]) Deest in Mo. 3. [9]) Pa. *quis;* in Vi. et Mo. 2 adest ne utrum iidemque habent *aliquid facturum.* [10]) Pa. *per.* [11]) Sic Li. et Mo. 1—3; Pa. quod viderit filius *aliter;* Vi. *alibi.* [12]) Li. *vel.* [13]) Deest in Li. [14]) Deest in Pa. [15]) Sic legendum esse ex L. 14 cit. iisque conficio, quae addit Bernardus; Li., Mo. 1 et 2 habent *procedit,* Mo. 3 et Vi. *procedat,* Pa. *quod factum iustitiamque praecedit.* [16]) Pa. *disparare.* [17]) Mo. 2 omittit. [18]) Vi. *litigatoribus.* [19]) Pa. hic repetit *sisti,* ni forte ipsius filii calamus erraverit; Mo. 3 *iudicio solvi.* [20]) Mo. 3 habet *iura* omittitque sequentia usque ad *L. 1 et 2.* [21]) Deest in eodem. [22]) Mo. 2 omittit *autem* et post *iuramentum* sic pergit: *olim tria remedia etc.,* omissis intermediis. [23]) Mo. 3 *aliud* tam hic quam mox, et *differtur* pro *defertur.* [24]) Quae sequuntur usque ad *is cui* in Pa., Li. et Vi. scriptoribus omissa sunt. [25]) Deest in Mo. 3. [26]) Li. solus litteras *re* parvamque lacunam exhibet; Mo. 3 *deferre.* [27]) Mo. 3

sare [28]), ut Cod. de reb. cred. L. penult. § *Sin autem* [29]) (L. 12. § 2). § 5. Effectus autem iuramenti diffinitivi est [30]), ut secundum illud sententia feratur, ut Cod. de reb. cred. L. 1 et Dig. eod. L. 2 et L. *Non enim* § *Dato* (L. 5. § 2); et sciendum est, quod, si a parte fuerit [31]) delatum iuramentum et praestitum, non licet victo appellare, si vero a iudice, licet [32]) appellare, ut Cod. eod. L. penult.

§ 6. Illud in summa notandum, quod qui iurat, quod sine mortali peccato impleri non potest, debet transgredi [33]) iuramentum, ut C. XXII. qu. 4 *Iuravit* (c. 4), *In malis* (c. 5), *Si aliquid* (c. 6). — § 7. Item [34]) in summa notandum, quod, si quis coactus iuraverit [35]) quod sine mortali [36]) peccato possit impleri, servare cogitur quod iuravit, ut infra eod. *Si vero* (c. 4; - Gr. c. 8. II. 24). — § 8. Item illud notandum, quod non videtur peierare [37]), qui ex licita [38]) causa deserit [39]) iuramentum, ut Dig. qui satisd. cog. L. ult. et Cod. de non num. pec. L. ult. [40]) — § 9. Item illud notabiliter [41]) notandum, quod, ubi [42]) fraus intervenerit [43]) ex parte iurantis, refertur iuramentum ad intentionem recipientis, ubi vero ex parte recipientis, refertur ad intentionem facientis, ut C. XXII. qu. 5 *Quacunque* (c. 9) et § *Si ergo etc.* (Grat. dict. ad c. 11) et c. *Qui peierare* (c. 13).

TITULUS XVIII.

De praescriptionibus.

Audistis de probationibus. Sed quia saepe probantibus obiicitur praescriptio [1]) ad elidendam intentionem actoris, merito de praescriptione [2]) audiatis, diligenter attendentes [3]), quid sit praescriptio, quae res possit praescribi, quae eius species, quid ad eam complendam [4]) exigatur, qualiter interrumpatur, quis eius effectus, quae praescriptio currat pro ecclesia vel contra.

§ 1. Praescriptio est exceptio [5]) ex tempore substantiam

adhibitum. [28]) Quae sequuntur desunt in Li. usque ad § 4 finem. [29]) Mo. 3 *l. j. m.* (mox *l. un.*) *ult.* [30]) In Mo. 2 *autem* atque *est* desunt. [31]) Mo. 2 et 3 *fuit.* [32]) Hoc loco Mo. 3 habet *liceat.* [33]) Mo. 1 et Pa. *transigendi.* [34]) Mo. 3 addit *illud.* [35]) Li. *aliquis* et *iuravit.* [36]) Omittit Mo. 3. [37]) Li. *deierare.* [38]) Pa. *illicita.* [39]) Mo. 3 *defert.* [40]) Deest hic locus in Mo. 1 et Vi. [41]) Omittit Vi. atque Mo. 2, qui nec *illud* habet. [42]) Deest in Li., qui et *fraux* pro *fraus* habet. [43]) Sequor Li., cum minus placeat *vertitur,* quod alii codices exhibent.

Tit. 18. — [1]) Desunt in Mo. 3, quae praecedunt. [2]) Mo. 2 *praescriptionibus.* [3]) Deest in Li. [4]) Mo. 3 *compellendam.* [5]) Deest *exceptio* in eodem.

capiens i. e. firmitatem. — § 2. Est autem praescriptio de re immobili, sicut[6]) et usucapio de re mobili; res quoque incorporalis, ut est servitus, et acquiritur et tollitur praescriptione, unde illud quasi vulgare: omne ius et omnis actio tollitur praescriptione [7]) XXX vel XL annorum, ut Cod. de praescr. XXX annor. *Sicut in rem* (L. 3). Sunt tamen[8]) quaedam res, quae non[9]) possunt praescribi, ut limes et[10]) quod ei cohaeret[11]), ut C. XVI. qu. 3 *Licet* (c. 5) *Inter* (c. 6) et infra de parochiis c. ult. (Gr. c. 4. III. 29); sic et[12]) publicae functiones[13]), ut C. XVI. qu. 3 § *Potest* (Grat. dict. ad c. 15) iuxta finem[14]). Quaedam etiam res[15]) a quibusdam praescribi non possunt, ut decimae a laicis, ut C. XVI. qu. 3 § *Potest;* similiter ecclesiae, primitiae et oblationes a laicis praescribi non possunt, quia, quae nullo iure possunt a laicis possideri, nullo iure possunt ab eis praescribi, haec autem non possunt[16]) a laico ullo iure[17]) possideri, ut C. XVI. qu. 1. c. ult. et qu. 7 *Decimas quas in usum* (c. 1). — § 3. Species praescriptionis multae sunt. Est enim praescriptio X dierum, quae currit contra non appellantem, ut C. II. qu. 6 *Anteriorum* (c. 28); est etiam VI mensium, ut in redhibitoria actione, ut Dig. de redhibitione[18]) *Si tamen*[19]) (L. 48) § 2; est et unius anni, ut quae obiicitur actioni[20]) iniuriarum, ut Cod. de iniur. *Si non*[21]) *convicii* (L. 5); item est praescriptio[22]) biennii, sicut de non numerata pecunia, ut Cod. de non num. pec. *In contractibus* (L. 14), sic et illa quae obiicitur non prosequenti[23]) appellationem[24]), ut infra eod. de appell. *Cum sit* (c. 5; - Gr. c. 5. II. 28) et C. II. qu. 6 § *Tempus* (Grat. dict. ad c. 40) et *Ei qui appellat.*[25]) (c. 41); est etiam praescriptio triennii, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 26); est et quadriennii, quae currit pro fisco et contra fiscum, ut C. XVI. qu. 3 § ult. (Grat. dict. ad c. 16. § 4); est etiam praescriptio decennii[26]) vel vicennii, quae requirunt titulum et bonam fidem, ut C. XVI. qu. 3 *Potest* (Grat. dict. ad c. 15); est et XXX vel XL annorum, de quibus praecipue in canonibus tractatur. — § 4. Exigitur enim[27])

[6]) Vi. omittit. [7]) Haec inde ab *unde* in Vi. manu recentiori ad marginem adiecta sunt. [8]) Mo. 2 *etiam.* [9]) Deest in Pa. et Mo. 2. [10]) Mo. 2 et 3 *vel.* [11]) Mo. 3 *coniungitur.* [12]) Mo 1 *nec.* [13]) Li. *fructiones.* [14]) Quae sequuntur usque quo iterum laudatur *§ potest* exciderunt in Vi. [15]) Omittit Mo. 3. [16]) Li. *possit.* [17]) Mo. 3 non habet *ullo iure.* [18]) Codd. omnes *redib.* [19]) Sequor Pa. et Mo. 2, cum in toto tit. de aedil. edicto non extet L. *sunt* vel L. *suum,* quae verba initialia Mo. 1 et Li. exhibent. [20]) Pa. *actori.* [21]) Mo. 1. 2 et Vi. *sine,* Li. *sive.* [22]) Mo. 2 omittit additque *et.* [23]) Vi. *sequenti,* Mo. 3 *prosequente.* [24]) Li. *appellatione.* [25]) Mo. 2 omittit. [26]) Li. *de triennii vel,* Mo. 3 *decennii et etiam.* [27]) Expectaveris certe *autem* vel *vero,* sed Codd. omnes exhibent *enim* [28]) Deest *possessionis* in Mo. 2. [29]) Li. *interrumpatur vel sit interrupta.* [30]) Omittit Vi. [31]) Mo. 3 *civilis autem fit.* [32]) Li. *convictionis.* [33]) In Mo. 3 desunt quae sequuntur usque ad *L. ult.* [34]) Deest in omnibus prorsus Codd., sed certe incuria tantum scriptorum excidit. [35]) Ista omnia inde ab *item fit per litis etc.* desunt in Li. [36]) Deest in Mo. 1 et Vi. [37]) Li. omittit *actionibus,* Mo. 3 habet *accusationibus.* [38]) Mo. 3 *proruptiones.* [39]) Sic Codd. omnes, tam hic quam in § sq. [40]) Mo. 3 *naturale* atque *civile.* [41]) Mo. 3 *non in omnibus.* [42]) Mo. 3 *praescriptam eiusque,* Pa. *eius;* Mo. 2 non habet *eiusque successori.* [43]) Pa. *de.* [44]) Mo. 3 *ecclesiam.* [45]) Vi. *in eo* pro *meo.* [46]) Mo. 2 et Vi. *vel.* [47]) Mo. 3 *quadragennaria.*

ad complendam praescriptionem continuatio possessionis[28]), ne videlicet sit interrupta[29]), ut C. XVI. qu. 3 *Per singulas* (c. 1), *Quicunque* (c. 4). — § 5. Interrumpitur autem duobus modis scil.[30]) civiliter et naturaliter. Civiliter[31]) autem tribus modis, scil. per libellum principi datum, et haec valet tantum in annalibus actionibus, ut Cod. quando lib. princ. dat. L. 1 et 2; item fit per querelam iudici factam et secutam rei conventionem[32]), haec valet in omnibus actionibus, ut Cod. de praescr. XXX ann.[33]) *Sicut in rem* (L. 3); item fit per litis contestationem, haec in[34]) omnibus valet, ut Cod. de praescr. XXX ann. L. ult.[35]) Naturalis interruptio est[36]), quando res quae est in causa praescriptionis medio tempore ab alio possidetur; haec in omnibus valet actionibus[37]), ut Dig. de usucap. *Naturaliter* (L. 5) et Cod. de praescr. XXX ann. *Cum notissimi* (L. 7). Inter istas autem interruptiones[38]) hoc interest, quia[39]) post naturalem XXX, post civilem[40]) XL anni sunt necessarii ad praescriptionem, ut C. XVI. qu. 3 § *Potest* (Grat. dictum cit. § 4); item naturalis omnibus prodest, ut Dig. de usucap. *Naturaliter* (L. 5), civilis non omnibus[41]), sed interrumpenti eiusque successori, ut Dig. de divers. tempor. praescr. *Inter* (L. 10). — § 6. Effectus praescriptionis est, quia acquirit praescriptori eiusque[42]) successori defensionem; sed et, si ceciderit a[43]) possessione, habet vindicationem, nisi sit malae fidei possessor, ut C. XVI. qu. 3 § *Potest* (v. s.). §. 7. Restat videre, quae praescriptio pro ecclesia vel contra eam[44]) currat. Ecclesia namque contra privatum uti potest meo[45]) iudicio X vel XX annorum praescriptione, ne sit in hac parte deterioris conditionis, quam laicus possessor, quod esse non debet, ut Cod. de sacros. eccl. *Ut inter divinum* (L. 23); multo ergo fortius tricennalis et[46]) quadrigenalis praescriptio pro ecclesia currit. Contra ecclesiam privatus sola quadrigenali[47]) praescriptione se tuetur, ut C. XVI.

qu. 3 § *Quae actiones* (dict. Grat. ad c. 16)[48]. Ecclesia vero contra ecclesiam olim XXX annis, ut C. XVI. qu. 3. c. 1. 2 et 3[49]) et infra eod. c. 2 (Gr. n. p.), hodie vero solum XL annis praescribit, ut infra eod. *De quarta* (c. 6; – Gr. c. 4. II. 26) et C. XVI. qu. 3 § *Quae actiones*, nulla[50]) in hac parte inter ecclesiam et monasterium vel[51]) aliam religiosam domum distinctione facienda[52]); quidam tamen dicunt, quod ecclesia contra ecclesiam in temporalibus tricennali, in spiritualibus quadrigenali[53]) praescriptione se tuetur, sed[54]) haec distinctio non concordat illis capitulis C. XVI. qu. 3. c. 1. 2. 3 et 4. De quadriennii[55]) praescriptione solet quaeri, an in ecclesiasticis locum habeat, puta si princeps dedit rem ecclesiae alicui privato, an ille[56]) privatus statim[57]) debeat esse tutus, sed ecclesia contra fiscum[58]) habeat regressum usque ad quadriennium tantum, sicut fit[59]) in rebus privatorum, ut Cod. de quadrienn. praescr. L. 2; sed meo iudicio hoc in[60]) ecclesiasticis rebus locum[61]) non habet, ut ar. C. XII. qu. 2 *Quicunque* (c. 4), *De rebus* (c. 22) et infra de reb. eccles. alien. *Qui res*[62]) (c. 2; – Gr. c. 2. III. 13). Item quaeritur, an res ecclesiasticae usucapiantur, ad quod distinguendum videtur, utrum res ecclesiae sit sacra[63]) ut calix, vel profana ut bos, asinus; sacra non usucapitur, ut Dig. de usucap. *Usucapionem* (L. 9), profana forte usucapi potest; posset[64]) tamen dici, quod nec profana ipsius ecclesiae res usucapiatur, sicut nec res fisci, ut in Inst. de usucap. § *Res* (§ 9).

§ 8. Illud in summa notandum, quod qui post praescriptionem[65]) habet conscientiam rei alienae, in iudicio tamen ecclesiastico manifesto est absolvendus, ar. C. XVI. qu. 3 *Quicunque* (c. 4) et infra eod. *Ut de rebus* (c. 2; – Gr. n. p.), licet in occulto scil. in poenitentia sit ut reddat[66]) admonendus, ut C. XIV. qu. 6 *Si res* (c. 1) et C. XXXIV. qu. 2 *Si virgo* (c. 5).

---

[48]) In Mo. 3 omisit librarius, quae sequuntur usque ad *nulla in parte*. [49]) Desiderantur hi loci in Vi. [50]) Mo. 2 *unde in huc . . . . distinctio non est facienda;* Mo. 3 *nullam in hac etc.* [51]) Pa. *et.* [52]) Pa. habet *distinctio est facienda.* [53]) Mo. 3 *triennali* et *quadriennali.* [54]) Pa. addit *etiam.* [55]) Li. et Mo. 3 *quadra(dri)gennii.* [56]) Cum praeter Mo. 2 et Vi. omnes Codd. mox non *debet* exhibeant et *habet*, sed *debeat etc.*, particulam *an* vel citra librorum manuscriptorum interserui fidem. [57]) Mo. 2 omittit *statim.* [58]) Mo. 3 *contra eum.* [59]) Pa. *sit.* [60]) Omittit Pa. *in*, Mo. 3 *hoc.* [61]) Deest in Li. [62]) Lacunam hisce verbis relictam Mo. 3 scriptor explere neglexit. [63]) Ita Pa.; Mo. 1 et 2 *videtur, sit res ecclesiae*, Li. et Mo. 3 *si res eccl. sit*, Vi. *aut est.* [64]) Mo. 2 *posse.* [65]) Mo. 2 *in praescriptione.* [66]) Mo. 3 *inpatria sit ut redeat.*

TITULUS XIX.

De sententiis et re iudicata.

Finito cursu de processu iudiciorum ad litis[1]) finem veniamus, diligenter attendentes, quid hic sententia dicatur, quot eius species, a quo sit pronuntianda, qualiter et quando, quis eius effectus, quo remedio sublevetur. Hic autem titulus sic est exponendus, de sententiis scil. ferendis, et re iudicata i. e. auctoritate rei[2]) iudicatae.

§ 1. Est autem sententia diffinitio controversiae iudicialis. § 2. Huius duae sunt species; nam alia est[3]) interlocutoria, alia diffinitiva. Interlocutoria est[4]), quae non super principali, sed super aliis quaestionibus pronuntiatur, puta super libello offerendo[5]) vel teste recipiendo aut repellendo, danda vel non danda dilatione[6]); diffinitiva est, qua principalis quaestio diffinitur. — § 3. Pronuntianda[7]) est ab ipso iudice[8]), non ab[9]) alio, nec etiam ab assessore[10]), ut in Auth. ut defuncti non iniurientur § *Illud* (Nov. 61. c. 2) et Cod. de sent. ex peric. recit. L 1 et 2 et C. II. qu. 1 *Statutis*[11]) (c. 8). § 4. Pronuntianda est[12]) etiam in scriptis[13]), ut C. II. qu. 1 *In primis* (c. 7), *Statutis* (c. 8), *Legum*[14]) (c. 9) et Cod. de sent. ex peric. recit. L. 2. Hodie tamen episcoporum sententia etiam sine scriptura[15]) valet, iudiciorum consuetudine id approbante, ar. C. XI. qu. 1 *Si quis cum clerico* (c. 45) et in Auth. ut cler. apud proprios episc. in princ. Coll. VI. (Nov. 84); minores quoque[16]) causae etiam a quocunque iudice sine scriptis iudicari possunt, ut in Auth. de mandat. princ. § *Illud* Coll. III. (Nov. 17. c. 9). — § 5. Nunc videamus, quando sit pronuntianda; et quidem pronuntianda est ordine[17]) iudiciario praemisso, scil. lite contestata, confessionibus, attestationibus et[18]) allegationibus utriusque partis auditis, ut C. XXX. qu. 5 *In certa* (Grat. dict. ad c. 9), *Nullum* (c. 10), *Iudicantem*[19]) (c. 11); alioquin

---

Tit. 19. — [1]) Sic Li. et Vi.; Mo. 1 et 2 cum Pa. *ad lit*[9] *sue* i. e. *litus sententiae;* Mo. 3 *ad prolationem sententiae perveniamus.* [2]) Mo. 1 et Vi. *et* habent pro *i*; Mo. 2 pro *re* habet *res* omittitque *rei.* [3]) Deest in Mo. 1 et Vi. [4]) Quae praecedunt inde ab *est* omittit Mo. 3. [5]) Mo. 1 et Vi. *conferendo.* [6]) Mo. 3 *aut repellando data dilatione.* [7]) Li. interposito *et* cum praecedenti § ista connectit. [8]) Mo. 3 addit *et in scriptis.* [9]) Deest in Pa. [10]) Mo. 3 *ascensore.* [11]) Omnes codices et hic et mox perperam habent *statuimus*, solo Mo. 2 excepto. [12]) Deest in Pa. [13]) Desunt ista, utpote iam supra prolata, in Mo. 3, in quo tamen ipsi, qui sequuntur loci, laudantur. [14]) Non habet Mo. 2. [15]) Li. *et sine scripto;* Mo. 3 omittit *etiam.* [16]) Li. *autem.* [17]) Li. *est quidem pron. ord. etc.* [18]) Deest in Li. et Mo. 2. [19]) Li. *Nullum iudicetis.*

sententia lata ordine iudiciario praetermisso non valet, ut C. II. qu. 6 § *Item sententia* (Grat. dict. ad c. 41. § 3). — § 6. Effectus sententiae vel rei iudicatae est, ut ei stetur, nisi fuerit appellatum; nam res iudicata praeiudicat veritati, ut Dig. de reg. iur. *Res* (L. 207) et Dig. de agnosc. liber L. 1 in fin. et L. 2. Item hoc pertinet ad eius effectum, ut post IV menses executioni mandetur, ut Cod. de usur. rei iudic. L. ult. in pr., non enim est executio differenda [20]), ut C. II. qu. 1 *Sicut* (c. 3); interdum tamen quadrimestre [21]) tempus causa cognita et [22]) artari et prorogari potest [23]), ut Dig. eod. L. 2. Sed et si iudex ecclesiasticus sententiam suam [24]) exequi non possit, iudex secularis eam debet executioni mandare, ut C. XI. qu. 1 *De persona* (c. 38) et Cod. de episcop. aud. *Episcopale* (L. 8.) — § 7. Sublevatur [25]) autem res iudicata remedio appellationis, ut C. II. qu. 6 c. 1. et Dig. de appellat. L. 1. Retractatur tamen nonnunquam etiam sine appellatione, puta si est per falsos testes vel falsa instrumenta iudex circumventus, ut C. XXXV. qu. 9 *Veniam* (c. 5), *Sententiam* (c. 6) et supra de testib. *Sicut nobis* (c. 7; - Gr. c. 9. II. 19) et Cod. si ex falsis instrum. L. 1. 2. 3 et 4 [26]); similiter si lata fuerit [27]) die feriato, nisi [28]) ex consensu partium, ut Dig. de feriis *Si feriatis* (L. 6); item si [29]) lata fuerit contra ius scriptum vel contra res prius [30]) iudicatas, a quibus non erat appellatum, ut C. II. qu. 6 § *Item si sententia* (Grat. dict. ad c. 41. § 4) et in [31]) quibusdam aliis casibus ibidem positis; sed et si [32]) lata fuerit absque illorum consilio, quorum erat [33]) consilium requirendum, ut C. XV. qu. 7 *Episcopus nullius* (c. 6), quod praecipue in sententia depositionis est intelligendum, quia sicut episcopus absque fratrum consilio non debet facere ordinationem, sic nec deponere aliquem debet absque [34]) illorum consilio requisito, ut Di. XXIV. *Episcopus* (c. 6) et C. XV. qu. 7 *Episcopus* [35]) et infra de his, quae conceduntur vel non ab episc. *Novit* (c. 4; - Gr. c. 4. III. 10).

§ 8. Illud in summa notandum, quod sententia diffinitiva debet continere vel absolutionem vel condemnationem, alioquin non valet, ut C. II. qu. 7 § *Diffinitiva* (Gratiani dict. cit. § 2).

---

[20]) Pa. *deferenda.* [21]) Li. *interdum XLme (quadragesimale?)*, Mo. 3 *quadri*, relicto quidem, nec tamen expleto spatiolo. [22]) Non est in Pa. [23]) Verbum *artari* Mo. 3 librarius, cum forte non intellexerit, omisit; in Mo. 2 *potest* desideratur. [24]) Deest in Mo. 3. [25]) Li. *sublevetur.* [26]) In Li. nulla fit L. 4 mentio. [27]) Idem omittit sequentia usque ad *absque illorum consilio.* [28]) Mo. 2 addit *lata fuerit.* [29]) Omisit *si* Pa. scriptor. [30]) Omittit Mo. 3. [31]) Itidem deest. [32]) Idem *si etiam* pro *sed et si.* [33]) Ibidem *a quibus erat.* [34]) Pa. *sine.* [35]) Pa. hunc locum non exhibet; in Mo. 2 perperam ad utrumque sic remittitur *ut XXIV. qu. 7 Episcopus.*

TITULUS XX.

De appellationibus et recusationibus.

Audivimus de sententiis; sed quoniam saepe sententiae iniustae [1]) per appellationem relevantur, de appellationibus audiamus. Videamus igitur [2]), quid sit appellatio, quis possit appellare, a quibus, ad quos, quando, quotiens, infra quod tempus [3]) fieri potest [4]), et infra quod tempus est [5]) prosequenda [6]), a qua sententia possit appellari et a qua non, quis sit effectus appellationis, quod officium eius, qui appellat, quod eius, a quo appellatur, et quod [7]) eius ad quem appellatur, visuri [8]) postea, quis iudex, quando et qua de causa [9]) valeat recusari.

§ 1. Appellatio est sententiae [10]) vel gravaminis [11]) relevatio per proclamationem [12]) ad maiorem iudicem factam. — § 2. Appellare autem potest is, cuius interest, quicunque sit; sed et procurator [13]), negotiorum gestor, tutor et curator, ar. C. II. qu. 6 *Non solent* (c. 30), et [14]) in criminali causa pro condemnato quilibet audietur [15]), ut Dig. eod. [16]) *Non tantum* (L. 6). — § 3. Appellari autem debet semper a minori iudice ad maiorem, ut C. II. qu. 6 *Anteriorum* § *Illud* (c. 28. § 2); si tamen per errorem appellaverit quis ab aequali ad aequalem [17]), vel maiorem, alium tamen [18]), puta ab episcopo ad episcopum [19]) alium vel archiepiscopum alterius provinciae, appellatio tenet, errore non nocente; si vero ad minorem appellet, error ei nocebit, ut Dig. eod. L. 1. § 2. Item a delegato appellatur ad delegantem, ut Cod. qui pro sua iurisd. L. 1 et in Auth. de iudicibus § *Illo* (Nov. 73. c. 4) et in Auth. de sanctiss. episc. § *Si quis contra aliquem* (Nov. 134. c. 21). Consuetudo tamen [20]) iudiciorum admisit, ut, si episcopus delegavit, possit ab [21]) huiusmodi delegato ad

---

Tit. 20. — [1]) Mo. 1 et 2 cum Li. *sent. saepe iniustae.* [2]) Li. *ergo.* [3]) Quae sequuntur usque ad *tempus* desunt in Pa., qui insimul verbo *prosequundo* praemittit *sit.* [4]) Sic Li; Mo. 1 et 3 *fieri;* Vi. et Mo. 2 *fiet.* [5]) Deest in Mo. 2 et Vi. [6]) Mo. 3 *a quo prosequenda.* [7]) Deest in Li. [8]) Pa. nil habet nisi, *quod officium eius a quo appellatur, visuri etc.* [9]) Pa. perperam addit *et quis.* [10]) In Pa. post *est* additur *iniquae vel suspectae, datae vel dandae;* Mo. 2 sic audit *est id' gravaminis etc.;* Mo. 3 *iniuriae vel grav.* [11]) Pa. addit *alicuius.* [12]) Pa. *reclamationem.* [13]) Li. *quicunque scil. procurator etc.* [14]) In Pa., Vi. et Li. deest. [15]) Sic Li., Mo. 2 et Vi.; ceteri habent *auditur.* [16]) Quae sequuntur, in Li. ita redduntur: *Non tamen appellari debet a maiori iudice ad minorem sed a minori ad maiorem etc.* [17]) In Mo. 1 scriptor primum quidem i interiecit, mox suppunctando delendum curavit. [18]) Deest *tamen* in Li. et Mo. 2. [19]) Mo. 1 omittit *episcopum.* [20]) Mo. 3 *autem.* [21]) Idem

archiepiscopum appellari; nec mirum, cum etiam secundum canones medio iudice praetermisso possit ad superiorem appellari, ut infra eod. *Si duobus* (c. 7; - Gr. c. 7. II. 28) et ar. C. II. qu. 6. c. 2. 3. 4. 5 et 6. Si vero delegatus alii delegaverit, quod[22]) quidem licet delegato a principe vel a[23]) romano pontifice, tunc a secundo delegato appellari potest sive ad primum delegatum sive ad primum[24]) delegantem secundum arbitrium appellantis, ut infra eod. *Nos in eminenti* (c. 36; - Gr. n. p.); secundum leges autem[25]) ad ipsum primum delegatum appellari debet, quaecunque sit ratio diversitatis[26]), ut Cod. qui pro sua iurisd.[27]) L. 1 in fin. Aliter[28]) est, ubi[29]) iurisdictio demandatur; nam tunc ille solus appellabitur, qui primo demandavit, ut Dig. quis et a quo appell. L. 1; quia vero secundum canones multum favorabiles[30]) sunt appellationes, credimus etiam in hoc casu[31]) posse ad utrumlibet appellari, ut ar. infra eod. *Nos in eminenti* (v. s.). — § 4. Appellari[32]) non potest[33]) secundum leges nisi post sententiam, ut Cod. de appell. *Eos qui* § *Super* (L. 6. § 3) et Cod. quor. appell. non recip. *Ante*[34]) (L. 7), nisi in casibus, ut C. II. qu. 6 *Non solent* § *Ante* (c. 30. § 1); secundum canones vero et ante et post[35]) sententiam, ut infra eod.[36]) *Cum sit* (c. 5; Gr. c. 5. II. 28), non autem ante[37]) litem contestatam, ut infra eod. *Reprehensibilis* (c. 42; - Gr. c. 28 eod.), nisi cognoverit se gravari, ut infra eod. *Super eo quod III.*[38]) (c. 34; - Gr. n. p.) et C. II. qu. 6 *Si quis putaverit* (c. 15), *Quotiens* (c. 16). Licet autem secundum leges ab interlocutoria sententia non appelletur, ut C. II. qu. 6 § *De possessione* (Grat. dict. ad c. 41. § 18), secundum canones tamen[39]) poterit appellari, cum ab omni gravamine licite appelletur[40]), ut infra eod. *Cum sit Romana* (c. 5; - Gr. c. 5 eod.). — § 5. Nunc videndum est, quotiens possit appellari; et quidem post sententiam bis tantum super eodem capitulo[41]), ut C. II. qu. 6 § *Post secundam* (Grat.

---

ad, sed mox nihilominus *delegato*. [22]) Exciderunt in Li., quae sequuntur usque ad *sive ad primum delegantem*. [23]) Omittit Pa. [24]) In Mo. 2 exciderunt *delegatum sive ad primum*. [25]) Deest in eodem. [26]) Pa. *quicunque sit, ratio diversitatis est ut etc.* [27]) Quae sequuntur omittit Mo. 2 usque ad *demandatur*. [28]) Mo. 3 *aliud*. [29]) Li. omittit *est, ubi*. [30]) Sic omnes codices, praeter Vi., qui habet *favorabiliores*. [31]) Pa. *in hunc casum*. [32]) Pa. addit *autem*. [33]) Li. *possunt*. [34]) Sic Li. et Vi. atque Mo. 1; Mo. 3 atque Pa. *autem;* in Mo. 2 occurrit neutrum. [35]) Li. *autem* pro *ante*, Mo. 2 *vero etiam post*. [36]) In Mo. 2 exciderunt sequentia usque ad *reprehensibilis*. [37]) Sic Li.; in Mo. 1 deest *ante*, in Pa. *autem*. [38]) Sic Li.; aliis in codicibus ad c. *Inter eos*, quod non extat, remisisse dicitur Bernardus; sed nil nisi errorem subesse scriptorum, qui non intellexerint, quid sibi velit verbum *tertio*, in Li. et Mo. 3 verbis initialibus adiectum, palam est. [39]) Pro *tamen* Mo. 2 perperam habet *non*.

ad c. 39), ante sententiam quotiens superior iudex invenitur; nimirum ab archidiacono vel archipresbytero gravatus recte ad episcopum appellabit[42]), et[43]) ab episcopo[44]) super eodem capitulo gravatus recte ad archiepiscopum, itemque ab ipso[45]) gravatus[46]) ad patriarcham, demum[47]) super eodem[48]) a patriarcha gravatus[49]) recte ad dominum papam appellabit, ut C. II. qu. 6 *Omnis* (c. 3) et Di. XCIX. *Provinciae* (c. 1), et C. III.[50]) qu. 6 *Pulsatus* (c. 3). § 6. Appellatio infra X. dies est facienda, ut C. II. qu. 6 *Anteriorum* (c. 28). — § 7. Prosequenda est appellatio infra annum; nam appellanti annus indulgetur[51]) vel si iusta causa intervenerit biennium, ut infra eod. *Cum sit* (c. 5 cit.), post biennium vero rata manet sententia, ut ibidem habetur, nisi in casibus, puta cum appellans non potuerit[52]) prosequi appellationem, ut infra eod. *Ex ratione* (c. 8; Gr. c. 8 eod.) et C. II. qu. 6 *Ei qui* § *Appellatore*[53]) (c. 41. § 1), item si lis in consistorium principis sit[54]) inferenda, ut C. II. qu. 6 *Anteriorum* § *Ad haec* (c. 28. § 1); item si medio tempore a litigatoribus[55]) arbiter fuerit[56]) electus[57]) et ita biennium transeat, etiamsi causa ibi non fuerit[58]) terminata, excursus biennii appellatori non nocebit, ut in Auth. de appell. Coll. VIII. (Nov. 100). — § 8. Ab omni sententia appellari potest, nisi appellatio inhibita inveniatur[59]). Haec autem inhibent appellationem[60]): iudicis excellentia, iudicis vilitas, prohibitio superioris, rei vilitas, res quae dilationem non capit, immanitas sceleris, pactum litigantium et contumacia; in tribus primis habetur consideratio ad personam iudicis, in aliis tribus ad rem de qua agitur, in duobus[61]) postremis ad litigatores. Iudicis excellentia, quia a principe vel[62]) apostolico non appellatur,

---

[40]) Ha. *appellatur*, Mo. 2 *possit appellari*. [41]) Li. et Vi. *super eadem causa*. [42]) Vi. *appellatur*. [43]) Ha. et Pa. praemittunt *item*. [44]) Sic Li. cum Mo. 1 et 2 et Vi.; Pa. et Ha. *eodem episc.* [45]) Itidem sequor Li., Mo. 1. 2 et Vi.; in Ha., Pa. et Mo. 3 legitur *item ab archiepiscopo*. [46]) Sic Pa. cum Li. et Vi.; in Ha. atque Mo. 1 deest. [47]) Pa. *deinde*. [48]) Ha. addit *cap.* [49]) Quae antecedunt inde a *ad patriarcham* exciderunt in Mo. 2. [50]) Quae sequuntur exciderunt in Mo. 3 usque ad *facienda*. [51]) Li. *ī . . . get'*. [52]) Ha. et Pa. *appellantes non possunt*, Mo. 2. 3 *potuit*. [53]) Verba *ei qui*, quae c. 41 faciunt initium, in nullo codice inveni, sed proprio marte addere haud dubitavi, cum in C. II. qu. 6, ad quam omnes remittunt codices, nullum extet capitulum vel Gratiani dictum quo possent referri verba § *Appellatore*, quae in omnibus aeque occurrunt. [54]) Mo. 2, alioquin scripturae nostrae consonus, pro *sit* habet *est;* atvero Mo. 3 haec sunt verba: *ex ratione et C. II. qu. 6 sed et lis quae speratur in consistorium etc.* [55]) Pa. *litigantibus*. [56]) Mo. 2. 3 et Vi. *fuit*. [57]) Mo. 3 addit *c̄ uo ṕm, tt* supra *uo* positis, quae quid sibi velint, equidem non video. [58]) Vi. *fuit*. [59]) Ha. *inhibita fuerit*, Vi. *iudicatur*. [60]) Desunt ista in Li.; Mo. 3 *inhibent autem app.* [61]) Li. *duabus*. [62]) Idem

sed tantum[63]) supplicatur, ut C. IX. qu. 3 *Cuncta* (c. 17. 18) et Dig. a quib. appell. non lic. L. 1. Iudicis vilitas, ut ab[64]) arbitro[65]) non appellatur, ut C. II. qu. 6 *A judicibus* (c. 33) et Cod. de arbitr. L. 1, nisi sit arbiter et[66]) ordinarius, ut C. II. qu. 6 § *Quod de* (Grat. dict. ad c. 33) vel nisi[67]) sit delegatus; nam delegatus arbiter vocatur, ut C. II. qu. 6 § *Post secundam*[68]) (Grat. dict. ad c. 39). Prohibitio superioris, puta ubi tollitur remedium appellationis in litteris commissionis[69]), ut infra eod. *Appellationi* (c. 19; - Gr. n. p.), *In eminenti* (c. 41; - Gr. n. p.) et Dig. a quib. appell. non licet L. 1. Rei vilitas, ut lata sententia super possessione, ut C. II. qu. 6 § *De possessione* (Grat. ad c. 41. § 18), vel[70]) si de re[71]) minima appelletur[72]), ar. simile Dig. de dolo *Si oleum* § ult.[73]) et Dig. locati *Si quis conduxerit* (L. 46); contradicit tamen Alexander infra eod. *De appellationibus vero* (c. 11; - Gr. c. 11. II. 28), cui magis est de canonum auctoritate credendum. Res quae dilationem non capit, ut[74]) ne defunctus sepeliatur, ut C. II. qu. 6 § *Si quis etiam ausus* (Grat. l. c. § 17) et Dig. de appell. recipiend. L. ult. Immanitus sceleris[75]), ut C. II. qu. 6 § *Sunt etiam* (ibid. § 11) et infra eod. *Cum sit Romana* (c. 5; - Gr. c. 5 eod.) et Dig.[76]) eod. *Constitutiones* (L. 16). Pactum litigantium, ut si sibi[77]) paciscantur, ne eis[78]) liceat appellare, ut Dig. a quib. app. non licet L. 1. Contumacia, quia per contumaciam condemnatus non audietur appellans, ut C. II. qu. 6 § *Sunt etiam* et C. XXIV. qu. 3 *De illicita* (c. 6) et Cod. de iudic. *Praeparandum* § *Sin autem* (L. 13. § 8). Item qui iuramentum de calumnia recusat[79]) exactus condemnatur[80]) nec audietur[81]) appellans, ut Cod. de iureiur. propt. cal. L. 2 § *Quod si actor* (§ 6). — § 9. Effectus[82]) appellationis est, ut omnia sint in eo[83]) statu, in quo erant tempore factae appellationis[84]), ut C. II. qu. 6 *Appellatione* (c. 31. § 1), nisi ille

vel ab. [63]) Sic Li.; ceteri *tamen.* [64]) Omittit Li. [65]) Pa. *arbitrio.* [66]) Deest in Ha. [67]) Ha. *si.* [68]) Ha. *potest.* [69]) Sic Mo. 1. 2 cum Li. et Vi.; Pa. et Ha. *comissoriis.* [70]) Ha. et Pa. *ut.* [71]) In Li. desunt *si de re.* [72]) Ha. *appellaretur.* [73]) Veri quidem simile mihi est, ad L. 9 § 5 de dolo malo, ubi Ulpianus de modica summa doli actionem dari negat, Bernardum respexisse; sed unde nata sint et quid sibi velint verba ista *Si oleum,* quae in tota L. 9 cit. nusquam, in Summae vero codicibus (unus Mo. 1 has exhibet litteras *Si o t ū*) occurunt omnibus, me non intelligere haud diffiteor. [74]) Omittit Mo. 2. [75]) Sic Mo. 2 et Vi.; ceteri addunt *prohibet appellationem.* [76]) Loco Dig. siglae in Mo. 3 legitur *diestis.* [77]) In Li. *uis;* Mo. 1 omittit *si.* [78]) Mo. 1 et Vi. *ei.* [79]) Pa. *vitat vel recusat.* [80]) Omittit Li. [81]) Sic Li. et Mo. 2; ceteri *auditur,* sed minus bene. [82]) Ha. addit *autem.* [83]) Li. *eodem.* [84]) Sic Ha. et Li., necnon ex prima scriptura, Mo. 1, quos sequi malui, quam Mo. 2, Pa. et Vi., ubi legitur *sententiae vel appellationis,* quam lectionem in Mo. 1 ex post aut ipse librarius aut alius quis corrigendi animo

qui appellat adversarii sui spernit[85]) appellationem, ut infra eod. *Constitutis* (c. 37; - Gr. c. 23 eod.); idem puto[86]), si is qui appellaverit[87]) contra suam propriam[88]) venit[89]) appellationem, ita procedendo, ac si non appellasset, ut supra de off. iudic.[90]) deleg. *Gratum*[91]) (c. 23; - Gr. c. 20. I. 21) et Cod. de re iudic. *Ad solutionem*[92]) (L. 4). — § 10. Officium eius qui appellat est, instanter petere dimissorias, quae apostoli dicuntur, ut C. II. qu. 6 *Post appellationem* (c. 31). — § 11. Eius vero a quo appellatur est, dare dimissorias, ut ibidem habetur[93]), sed et non petenti dare debet[94]), ut Cod. eod. *Eos qui* in fin. (L. 6. § 6); item debet mittere ad eum[95]) ad quem appellatur attestationes, allegationes[96]) et alia quae acta sunt coram eo[97]), ut C. II. qu. 6 § *Iudicibus autem* (Grat. l. c. § 21). — § 12. Officium eius ad quem appellatur est, omnibus diligenter examinatis appellationem iustam vel iniustam[98]) pronuntiare, et per hoc[99]) priorem sententiam vel[100]) confirmare vel infirmare, ut C. II. qu. 6 § *Ab eo* (ibid. § 24). — § 13. Restat videre, quis iudex, quando, et qua de causa valeat recusari. Iudex igitur[101]) ordinarius ante litem contestatam potest[102]) recusari, ar. C. III. qu. 5 *Quia suspecti* (c. 15) et C. III. qu. 4. § ult. (Grat. dict. ad c. 4) et Cod. de iurisd. omn. iud. *Nemo* (L. 4); multo ergo fortius iudex delegatus potest recusari, ut ar. C. II. qu. 6. § *Post sententiam*[103]) (Grat. dict. ad c. 21), nisi ei[104]) absque appellationis remedio fuerit[105]) causa commissa, quia ubi appellatio tollitur et recusatio denegatur, ut infra eod. *Super eo III.*[106]) (c. 34; Gr. n. p.) *Consuluit II.* (c. 18; - Gr. n. p.); ceterum et[107]) in hoc casu pro manifesta causa suspicionis poterit[108]) recusari, ut inf. eod. *Postremo* (c. 45; - Gr. c. 36 eod.). — § 14. Recusatio autem[109]) ante litem contestatam et non post est facienda, ut Cod. de iurisd. omn.

substituit; Mo. 3 auctoritatem, cum habeat *tempore appellationis,* in neutram partem trahere licet. [86]) Vi. *spernat.* [86]) Deest in Ha. [87]) Mo. 3 et Vi. *appellavit.* [88]) Mo. 3 *contra sententiam probare.* [89]) Li. *venerit.* [90]) Li. omissio quae intercedunt *de off. iudic. Ad solut.* [91]) Ha. omittit. [92]) Ha., Mo. 3 et Li. *absolutionem.* [93]) Hic locus non occurrit in Ha. [94]) Sic Li., Mo. 1 et 2 atque Vi.; Ha. et Pa. *sed nec petenti;* Mo. 3 *sed non petenti dare non debet.* [95]) Ha. non habet *ad eum.* [96]) Ha. et Pa. *et att. et alleg.* [97]) Pa. *illo.* [98]) Sic Mo. 3, quem sequor licet ceteri tantummodo *iustam pronunciare* habeant omnes. [99]) Sic in omnibus Codd. praeter Mo. 2, ubi deest *per hoc* et Mo. 3, in quo legitur *post hoc.* [100]) Deest in Ha. et Mo. 2. [101]) Li. *enim.* [102]) Mo. 3 *etiam potest.* [103]) Sic omnes praeter Mo. 3, qui habet *post secundam* i. e. Grat. dict. ad c. 39. [104]) In Li. desunt *nisi ei;* Ha. *non enim, absq. app. rem: est c. c.* [105]) Mo. 2 et 3 *sit.* [106]) Mo. 2 et 3 hic spatiolum vacuum relinquunt omittuntque et alterum locum et verbum *ceterum.* [107]) Deest in Ha. et Pa. [108]) Mo. 3 *potest.* [109]) Deest in Pa.

iud. *Nemo* (L. 4). — § 15. Quae vero sint causae recusandi, non multum invenitur expressum, sed pro manifesta causa suspicionis recusari potest [110]), ut supra de iudiciis *Quia vero* (c. 3; - Gr. n. p.); inveniuntur autem sex huiusmodi causae, scil. ambitio laudis, timor, ira, amor, odium, cupiditas [111]), quia his [112]) corruptus [113]) iudex male verum examinat;

Omnis [114]) laus, timor, ira [115]) necant,
Amor ac odium data cecant [116]),

ut Di. LXXXIII. *Nihil* (c. 6) et C. III. qu. 6 *Accusatus* (c. 6) et C. XI. qu. 3 *Illa* (c. 67), *Ira* [117]) (c. 68), *Cum apud* (c. 69), *Quatuor* (c. 78).

§ 16. Illud in summa notandum, quod contradictio facta ex parte superioris valet pro appellatione [118]), ut ar. in Auth. de sanct. episc. § 1 *Si quis contra* (Nov. 134. c. 21) et Di. LXXXVII. *Quisquis* (c. 3).

Quod vero de appellationibus hic minus dicitur [119]), in nostrorum [120]) doctorum summis plenius invenitur [121]).

TITULUS XXI.

De confirmatione utili vel inutili [1]).

Quoniam saepe sententiae a iudice, qui de appellatione cognoscit, confirmari solent, non immerito de confirmatione tractemus. Videamus igitur, quid sit confirmatio, a quo [2]), et de qua re [3]) sit facienda, quis eius effectus.

§ 1. Confirmare [4]) est alicuius facto vel iuri firmitatem praestare. Fit autem pluribus modis; alias [5]) temporis excursu, veluti, si a sententia infra X dies non fuerit appellatum, sententia con-

[110]) Verba ista *rec. pot.* desunt in Ha., Mo. 1. 2. 3, Pa. atque Vi.; at sequi placuit Li. [111]) Omisso *causae* Mo. 3 sic: *seculi ambitio laudis timor odium cupiditas*, at vitiose. [112]) Li. *nam*, Mo. 3 *quia omnis*. [113]) Ha. perperam habet *corrumpitur*. [114]) Deest *omnis* in Mo. 3. [115]) Omittit Mo. 2, licet supra retulerit. [116]) Ha. librarius omisit *amor* et scripsit *cessant*. [117]) Reliqui loci desunt in Mo. 2. [118]) Ha. *per appellationem*. [119]) Mo. 2 *quae . . . dicuntur*. [120]) Eiusdem librarius, quid sibi scribendum sit dubius, has posuit litteras *innitr*. [121]) Mo. 1 et Vi. *invenientur*, Mo. 2 *inveniuntur*.

Tit. 21. — [1]) In Li. desunt ista adiectiva. [2]) Ha. *qua*. [3]) Mo. 3 *et quare*. [4]) Sic Mo. 1. 2 et 3 cum Vi.; Ha., Li. et Pa. *confirmatio*. Sed quae sequuntur istam lectionem pro vera esse habendam docent. [5]) In Codd. *al*, quae sigla, prout *confirmare* aut *confirmatio* retineas, in *alias* vel *alia* solvere et necesse erit et licebit; Li. utroque loco habet *aliquando*, quod tamen in textum

firmatur, ut C. II. qu. 6 *Anteriorum* (c. 28); alias iureiurando, veluti [6]) si minor alienavit et iuravit non contra venire, ut Cod. si adversus vendit. L. 1; similiter minoris alienatio [7]) decreto confirmatur, ut Cod. de praed. minor. sine decr. non alien. *Etsi* (L. 9) [8]) et L. ult. Fit etiam confirmatio per sententiam, per privilegium et pluribus aliis modis. — § 2. Fit autem confirmatio saepius a persona superiori [9]), puta confirmat tibi [10]) Apostolicus vel Imperator possessiones tuas, vel confirmat sententiam ab inferiori iudice [11]) latam. § 3. Confirmari autem potest, quod iuste et pacifice possidetur, quod saepe in [12]) privilegiis apostolicis invenitur; sed et quod iniuste [13]) possidetur, potest confirmari, ut ar. Dig. de adopt. *Adoptio* (L. 28). Res autem litigiosa confirmari non potest, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. II. 30) et Cod. ut lite pend. L. 2 et Dig. de litig. L. 2 et ult., et in Auth. in medio litis iuxta prin. (Nov. 110. c. 1.) § 4. Effectus confirmationis est, ut, ex quo per superiorem res tibi [14]) fuerit confirmata, non liceat inferiori iudici de ipsa [15]) contra confirmationem [16]) iudicare, ut infra eod. c. 1, nisi per licentiam ipsius [17]) confirmatoris [18]) vel nisi constiterit ipsam confirmationem per mendacium [19]) impetratam, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 eod.); mendax enim precator [20]) impetratis beneficiis debet omnino [21]) carere, ut C. XXV. qu. 2 *Rescripta* (c. 15).

recipere dubitavi. [6]) Vi. *sicut*. [7]) Ha. *confirmatio*. [8]) In Mo. 1 et 2 haec quoque lex, in ceteris sola L. ult. laudatur. [9]) Li. *superioris;* in Mo. 2 legitur *saepe* et omittitur *persona*. [10]) Omittit Mo. 3. [11]) Idem *a iudice*, omisso *inferiori*. [12]) Deest in Li. [13]) Mo. 3 *sed quia iniuste*. [14]) Omittit Mo. 2 et Vi. [15]) Pa. addit *iterum*, idemque habuisse videtur, qui Halensis librario prae oculis erat codex. [16]) Mo. 2 et 3 *de ipsa confirmatione*. [17]) Omittit Vi. et Mo. 3. [18]) Mo. 3 *confirmationis*. [19]) Desunt in Ha. [20]) Ha. *mendax impetrator*. [21]) Deest in Mo. 2.

LIBER TERTIUS [1].

TITULUS I.

De vita et honestate clericorum.

Post tractatum iudiciorum [2]) merito agendum est de vita et honestate clericorum; finita etenim pugna litigiorum iam ad pacificum statum redeuntes [3]), qualiter debeant vivere, sapientes inquirunt [4]). Sicut autem [5]) annulum gemma reddit pretiosum [6]), sic clericum bona facit [7]) vita gratiosum, et sicut solem clarificat [8]) puritas serenitatis, sic clericum commendat radius [9]) honestatis. Nam [10]) velut solis claritas nube interiecta obfuscatur [11]), sic clerici dignitas [12]) noverca [13]) inhonestate nigratur. Ecce quomodo aurum obscuratur et color optimus immutatur. Videamus igitur, qualiter [14]) clerici vivere debeant [15]), et in quibus eorum consistat [16]) honestas.

§ 1. Debet autem in collegiatis ecclesiis eorum esse vita communis, ut infra c. ult. (Gr. c. 9. III. 1.) — § 2. Debet etiam vita clericorum longe melior [17]) esse quam vita laicorum, ut C. I. qu. 1 *Vilissimus* (c. 45) et C. II. qu. 7 *Sicut sacerdotes* (c. 6). — § 3. Honestas autem clericorum in his [18]) praecipue consistit [19]): tonsura capitis, motu corporis, habitu, societate, mansione. Tonsura [20]), quia comam et barbam deponere debent, ut infra eod. *Si quis* (c. 3; - Gr.

Tit. 1. — [1]) Neque rubricam exhibet Pa. neque maius miniatori reliquit spatium rubrica explendum, ita ut Lib. tertius a secundo maiori tantummodo initiali seiungatur. Ceteris in Codd., Mo. 3 exceptis, qui nonnisi tituli rubricam exhibet, legitur: *Incipit liber tertius de vita etc.* [2]) Desunt ista verba in Mo. 2, cum miniator ea lacunae ipsi a librario relictae ex marginalibus neglexerit interserere. [3]) Mo. 3 *redeundum est.* [4]) Sic Ha., Mo. 1. 2 et Pa.; Li. cum Mo. 3 et Vi. *sapienter inquiratur.* [5]) Ha. et Pa. *etenim*, sed meo quidem iudicio minus bene. [6]) Pa. *presciosum.* [7]) Ha. omittit *bona* habetque *reddit.* [8]) Vi. *purificat;* Mo. 3 omittit *solem*, qui mox sic pergit *et sicut solis claritas etc.* [9]) Li. *rarius.* [10]) Pa. *iam.* [11]) Li., Mo. 2 et Vi. *fuscatur.* [12]) Pa. *integritas.* [13]) Codd. omnes *nouca*, aut *noueca;* cui verbo an quis valeat iustum vindicare sensum, vel aliud ex coniectura velit substituere verbum, equidem non curans, in reddenda substitii librorum Msc. lectione. [14]) Ha. et Pa. *quo modo.* [15]) Omittit Ha. [16]) Li., Ha. et Pa. *consistit*, quorum ultimus et *debent* pro *debeant* habet. [17]) Mo. 3 omittit *etiam* et *esse;* in Vi. pro *etiam* legitur *autem*, et *multo* pro *longe.* [18]) Li. addit *etiam.* [19]) In eodem intersertum videmus *scil.* [20]) Mo. 3 addit *capitis.* [21]) Pa.

c. 4. III. 1), *Clericus* (c. 4; - Gr. c. 5 eod.) et C. XII. qu. 1 *Duo* (c. 7). Motus corporis debet [21]) habere honestatem in visu, sermone, incessu [22]) et operatione; de visu et sermone habes [23]) in C. VI. qu. 1 *Ex merito* (c. 13), et C. XXXII. qu. 5 *Nec solo* (c. 12); de incessu habes Di. XLI. § ult. (Gratianus ad c. 8); de operatione infra eod. *Monasteria* (c. 8; - Gr. c. 8 eod.), *Statuimus* (c. 9; - Gr. n. p.) et Di. XXIII. *Hic igitur* (c. 3). Habitus etiam debet esse honestus et [24]) in colore et in longitudine, ut infra eod. *Statuimus* et C. XXI. qu. 4 [25]) per totum. Societas etiam honesta [26]) esse debet, quia quilibet sacerdos clericum habere debet, si tamen ad hoc sufficiant ecclesiae facultates, ut infra eod. *Ut quisque* (c. 7; - Gr. c. 7 eod.). Mansio etiam habeat honestatem, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 10 eod.) et de cons. Di. ult. *In omnibus* (c. 34).

In summa hos versiculos a nobis sumere non dedigneris:

Fert auro textas [27]) vestes, quem [28]) vestit honestas;
Sanguine commixtum [29]) fornax comburet [30]) amictum;
Ungeris [31]) ut demens; virtus tibi praesul amictus;
Virga regit [32]) populos, pax calciat, actio mitrat [33]).

TITULUS II.

De cohabitatione clericorum et mulierum et de clericis concubinariis [1]).

Quoniam honestas clericorum, de qua diximus, saepe [2]) mulierum consortio decoloratur, de [3]) cohabitatione clericorum et mulierum audiamus [4]), videntes, quae mulieres permittantur, quae prohibeantur cum clericis habitare [5]), visuri postea, qua poena clerici fornicarii [6]) percellantur, et qualis [7]) erga eos dispensatio fiat.

§ 1. Sciendum est igitur [8]), quod illae solae mulieres cum

Motu corporis, quia debent. [22]) Mo. 3 repetit *in.* [23]) Ha. et hic et postea *habemus.* [24]) Deest in Ha. et Li. [25]) Ha. perperam *qu. 3.* [26]) Li. *honestatis.* [27]) Li. *tectas*, Mo. 2 *testas.* [28]) Ha. et Pa. *quas.* [29]) Ha. et Pa. *continctum.* [30]) Ha. *comburat*, Pa. *comburit.* [31]) Pa. *ungens.* [32]) Li. *gerit.* [33]) Sic Mo. 1 et Vi., uti ex litterarum ductu mihi videtur; Ha. et Pa. *mutat*, Li. *mittit;* in Mo. 3 deest ultimum, in Mo. 2 utrumque verbum.

Tit. 2. — [1]) Ha., qui omittit *de*, habet *concubinatis;* in Li. nec non in Mo. 2 et 3 deest altera rubricae pars. [2]) Ha. *de qua saepe diximus.* [3]) Li. *idem de.* [4]) Mo. 3 *videamus.* [5]) Idem *permanere.* [6]) Ha. et Pa. *fornicantes.* [7]) Ha. et Mo. 3 *qualiter.* [8]) Ha. et Pa. *ergo*, quorum ille omittit, hic habet

clericis habitare permittuntur, de quibus mala suspicio non oriatur, ut mater, avia [9]), soror, amita, ut Di. XXXII. *Interdixit* (c. 16); si autem et [10]) de his vel harum [11]) occasione [12]) mala suspicio [13]) nascatur, etiam hae sunt prohibendae, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 2.) — § 2. Poena fornicatorum est, ut deponantur, ut Di. LXXXI. *Si quis clericus* (c. 10), *Presbyter* (c. 12), *Si quis episc.* (c. 13.) — § 3. Fit tamen [14]) erga [15]) eos, si se correxerint, dispensatio, magna, maior et maxima; magna, ut non deponantur, ut infra eod. *De sacerdotibus* (c. 6; - Gr. n. p.), *Si autem* (c. 7; - Gr. c. 6. III. 2), maior [16]), ut ad sacros ordines promoveantur, ut Di. XXXIV. *Fraternitatis* (c. 7); maxima, ut etiam [17]) ad dignitates ecclesiasticas admittantur, ut Di. XXXIII. *Habuisse* (c. 7).

TITULUS III.

De clericis coniugatis.

Dictum est de prohibita cohabitatione mulierum. Nunc [1]) agendum est de permissa, scil. [2]) coniugali; sed quia isti nihilominus contendunt habere praebendas [3]), an habere debeant videamus.

Constat [4]) in minoribus ordinibus constitutos seculares clericos et uxores accipere et eis posse cohabitare. Ceterum in primitiva ecclesia tales nihilominus [5]) ecclesiastica stipendia capiebant, quia nihilominus ecclesiis [6]) serviebant, ut Di. XXXII. *Si qui vero* (c. 3); hodie autem [7]), quia indigni sunt tractandis dominicis sacramentis, non immerito a beneficiis [8]) excluduntur, ut infra eod. fere per totum; dispensative tamen propter inopiam coniugatis praebendae concessae inveniuntur, ut infra eod. c. penult. et ult. (Gr. n. p.)

---

est. [9]) Deest in Mo. 2. [10]) Deest in Ha. [11]) Ha., Mo. 1 et Vi. *earum.* [12]) Li. *actione.* [13]) Mo. 3 *suspectio.* [14]) Deest in Li. [15]) Vi. *circa.* [16]) Ha. ibidemque Pa. *fit autem maior.* [17]) Desunt *ut etiam* in Pa.

Tit. 3. — [1]) Li. *non.* [2]) Ha. addit *de.* [3]) Mo. 1 et 2 cum Li. *praebendam.* [4]) Ha. perperam *cum.* [5]) Quae sequuntur omittit Mo. 3 usque ad *eccl. serviebant.* [6]) Li. et Mo. 3 *ecclesiae.* [7]) Ha., Pa. et Mo. 3 *vero.* [8]) Vi. addit *ecclesiasticis.*

TITULUS IV.

De clericis non residentibus in ecclesia praebendaria [1]).

Vidimus [2]), qualiter coniugati clerici ab ecclesiasticis beneficiis arceantur; nunc videamus, qualiter ab eisdem removendi sunt devagantes. Dicamus igitur [3]), qua poena feriendi sint [4]) clerici [5]) devagantes, et an [6]) debeant habere praebendas [7]).

§ 1. Qui ergo [8]) ecclesiam suam deserit, aut ad aliam transit, aut non, sed [9]) secularibus intendit. Primo casu debet carere utraque, habita scil. et ambita [10]), ut C. VII. qu. 1 *Si quis episc.* (c. 31), *Si quis in ordine* (c. 32). Secundo casu, si tribus hebdomadibus sine licentia vagetur, triennio a communione suspenditur [11]), ut C. VII. qu. 1 [12]) *Si quis in clero* (c. 29); hoc ita [13]) de iuris rigore [14]); ceterum ex canonica benignitate [15]) prius est, ut redeat admonendus, quod si noluerit, tunc demum, ut diximus [16]), est [17]) puniendus, ut C. VII. qu. 1 *Si quis presbyter* (c. 24); secundum authenticum vero per annum exspectatur [18]) et tunc ei alius subrogatur, ut in Auth. de sanctiss. episc. § *Interdicimus* (Nov. 134. c. 9) et in Auth. ut clerici qui recedunt Coll. V. (Nov. 58.) § 2. Praebendam autem de iure habere non debet, nisi pro rata [19]) temporis quo praesens fuit et ecclesiae deservivit [20]), ut ar. supra tit. prox. *Inter cetera* (c. 4; - Gr. n. p.) et Di. I. *Ius militare* (c. 10), et C. XII. qu. 2 *Vulteranae* (c. 25), nisi forte dispensative agatur, veluti [21]) cum servienti per medium annum totius anni praebenda confertur, ut infra tit. prox. *Relatum* (c. 7; Gr. n. p.).

Tit. 4. — [1]) Li. *in ecclesiis.* [2]) Ha. et Pa. *diximus.* [3]) Ha. *ergo.* [4]) Ha. et Li. *sunt.* [5]) Omittit Vi. [6]) Mo. 3 *quam.* [7]) Mo. 1 et Vi. *praebendam.* [8]) Li. *qui aut igitur.* [9]) Ha. *si.* [10]) Ha. et Pa. *habitura.* [11]) Ha. et Pa. *suspendatur.* [12]) Quae sequuntur, desunt in Mo. 3, usque ad alteram huius C. et qu. mentionem. [13]) Ibidem *habita.* [14]) Pa. *iure rigoris.* [15]) Li. *auctoritate.* [16]) Desunt in Mo. 3. [17]) Li. non habet *est.* [18]) Ha. *expectatur.* [19]) Deest in Pa. [20]) Mo. 3 *deservit.* [21]) Deest in Li.

TITULUS V.

De praebendis.

Tractavimus de vita clericorum. Nunc de rebus ad eos pertinentibus disseramus [1]), et prius de praebendis quasi [2]) dignioribus, ut pote quibus eorum vita sustentatur; videamus igitur, quid sit praebenda [3]), cui et a quo danda, et an aequaliter [4]) dividenda.

§ 1. Praebenda est ius spirituale perpetuo consequendi victum et vestitum de ecclesia [5]) vel domo religiosa. — § 2. Est autem danda ei, qui [6]) eam serviendo promeretur, unde Apostolus [7]): „Qui altario [8]) servit, de altario vivere debet" [9]), ut C. XII. qu. 1 *Clericus, qui* (c. 5) et C. XIII. qu. 1 § *Quia ergo* (Gratiani dict. ad c. un. § 4), item et illud Apostoli [10]): „Qui non laborat, non manducet", ut supra de cler. coniug. *Inter cetera* (c. 4; - Gr. n. p.). — § 3. Sequitur, a quo praebenda sit danda, et [11]) sciendum, quod praebendae concessio a nullo fieri potest absque episcopi auctoritate [12]), ut C. XVI. qu. 7 *Nullus* (c. 11); annuum tamen praebendae [13]) beneficium ab illo praelato dari solet, qui habet temporalium administrationem, ut praepositus vel decanus [14]). — § 4. Sunt autem praebendae aequaliter dividendae, ut ar. C. XVI. qu. 7 *Decimas* (c. 1), exceptis personatis [15]), qui maiores praebendas consequi solent, et exceptis his [16]), qui interpolate serviunt, quia [17]) secundum meritum sui laboris pro rata temporis percipere [18]) debent, ut supra diximus titulo proximo. Clerici enim alii serviunt ecclesiae assidue [19]) et diligenter, alii assidue, sed [20]) negligenter, alii interpolate, alii nullo modo. Qui assidue et diligenter, aequaliter percipere debent, ut C. XVI. qu. 7 *Decimas* (c. 1); qui assidue, sed negligenter, percipient [21]) secundum dispositionem episcopi, ut C. XII. qu. 2 *Vobis* (c. 23), *Concesso* (c. 26); qui interpolate, pro merito laboris, ut C. I. qu. 2 *Clerici* (c. 10); qui nullo modo serviunt, nihil percipient [22]), ut supra de cler. coniug. *Inter cetera* (c. 4; - Gr. n. p.).

Illud in summa notandum, quod una praebenda in duas dividi non debet [23]), ut infra eod. *Maioribus* (c. 10; - Gr. c. 8. III. 5).

Tit. 5. — [1]) Mo. 2 *dixeramus.* [2]) Li. et Vi. *quasi de.* [3]) Sequentia desunt in Li. [4]) Mo. 1 *an et qualiter.* [5]) Deest *et vestitum* in Mo. 3; in Mo. 1 nunc legitur *consequendi proventus in etc.*, sed ex recentiori correctura ita cum rasura coniuncta, ut verbi *victum* tres priores litterae adhuc perluceant. [6]) Pa. *qd'.* [7]) Cf. Pauli ep. I. ad Corinth. c. 9. v. 13. [8]) Ha *in altario.* [9]) Ha. *altari*, Mo. 3 *vivat.* [10]) Cf. Pauli ep. II. ad Thessal. c. 3. v. 10. [11]) In Vi. desunt quae antecedunt. [12]) Mo. 1 ex posteriori correctione nunc habet *epo t. ā.* [13]) Mo. 3 sic: *ōino cū p̄bend'.* [14]) Li. *diaconus.* [15]) Sic Ha. cum Vi. et sine ullo quidem scribendi compendio, similiterque Pa., quantum ex filii schedis videre mihi liceat; Mo. 1 habet *p̄tis*, quas litteras itidem de *personatis* explicare necesse est; Li. habet *partibus*, Mo. 2 et 3 vero *personis.* Nostrates certe de personatu loqui solent, quo dignitas ecclesiastica significetur praelaturis minor; olim vero tantummodo in sensu adiectivo verbum istud erat in usu, cf. du Cange Glossarium med. et inf. latin. s. v. *personatus.* [16]) Mo. 3 *illis.* [17]) Sic Mo. 1 et ni fallor Pa.; ceteri habent *qui* aut *et qui.* [18]) Ha. et Mo. 2 *accipere.* [19]) Mo. 2 omittit. [20]) Pa. et Mo. 2 tam hic quam mox *et.* [21]) Ha. et Mo. 3 *percipere debent.* [22]) Mo. 3 *percipiunt.* [23]) Idem *in duas non potest*, omisso *dividi.*

TITULUS VI.

De clerico aegrotante vel debilitato.

Hic titulus ad superiorem refertur. Cum enim supra dictum sit, quod hi, qui ecclesiae non serviunt, beneficium sive [1]) praebendam habere non debent, quaeritur [2]), an clericus aegrotans vel debilitatus debeat [3]) nihilominus habere [4]) praebendam. Ad quod secure dicendum, quod eam debeat habere cum ea integritate qua sani, ut infra eod. c. 1 et ult. (Gr. c. 1 et 3. III. 6); immo si aegrotans laboret [5]) inopia, credo quod ecclesia medicorum et medicinarum [6]) debeat subire impensas [7]), ut ar. C. XII. qu. 2 *Dilectissimis* (c. 2).

TITULUS VII.

De institutionibus [1]).

Quoniam ad acquirendas [2]) praebendas, de quibus diximus, necessaria est institutio [3]), non incongrue de ipsa subiiciamus; videamus igitur [4]), quid sit institutio, quis possit instituere, quando sit facienda, quis eius effectus.

§ 1. Institutio est dignitatis vel praebendae in corporalem

Tit. 6. — [1]) Mo. 3 *suum.* [2]) In Ha. praemittitur *etiam.* [3]) Mo. 1 *debent.* [4]) Exciderunt in Li., quae sequuntur usque ad *cum ea.* [5]) Ha. et Pa. *laborat.* [6]) Vi. habet *medicinae* omittitque *debeat.* [7]) Li. *in expensis.*

Tit. 7. — [1]) In Li. haec occurrit plane singularis rubrica: *de pravis consuetudinibus extirpandis.* [2]) Ha. et Pa. *in acquir.*; Mo. 3 *ad requir.* [3]) Quae hinc sequuntur usque ad *quis possit*, in Pa. desunt. [4]) Mo. 1 et 3 et Vi.

possessionem inductio, licet istae non proprie possideri, sed quasi possideri dicantur [5]); dicitur autem instituere quasi intus statuere i. e. [6]) in ipsa possessione locare. Investitura quoque non insubtiliter pro institutione habetur [7]), ut C. XVI. qu. 2 *Visis* (c. 1). Est autem duplex investitura, una quae fit in re praesenti, alia quae [8]) in re absenti: in re praesenti, quando [9]) in corporalem quis inducitur [10]) possessionem, et haec [11]) proprie [12]) institutio appellatur; in re absenti, puta quando episcopus in palatio suo per librum vel aliud signum investit aliquem de [13]) ecclesia vel praebenda, et haec improprie [14]) dici potest institutio. Sicut ergo institutio dicitur investitura, ita destitutio dicitur expoliatio [15]), quasi devestitura [16]), praepositione „de" posita privative. — § 2. Instituere autem potest episcopus nullusque sub ipso, nisi eius auctoritate, ut C. XVI. qu. 7 *Nullus omnino* (c. 11) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 7) et c. 4 (Gr. n. p.); nullus autem [17]) laicus de ecclesiasticis investire vel instituere potest [18]), ut C. XVI. qu. 7 *Quoniam* (c. 13), *Constitutiones* (c. 17). Episcopus autem ab archiepiscopo vel eius nuntio est instituendus, cum et eius [19]) confirmatio sit ab archiepiscopo requirenda, ut Di. LXIV. [20]) c. 1. — § 3. Est autem facienda post electionis confirmationem; praecedit enim electio, sequitur confirmatio, deinde institutio sive investitura. — § 4. Effectus institutionis est, ut abinde libere sua dignitate vel beneficio uti possit nec destitui valeat [21]) sine rationabili et cognita causa, ut C. XVI. qu. 7 *Inventum* (c. 38) et infra de statu monach. *Monachi* [22]) (c. 2; - Gr. c. 2. III. 35) § ult. Quod autem hic minus dicitur, in summa quam de electione fecimus, plenius invenietur.

TITULUS VIII.

De concessione praebendae vel ecclesiae non vacantis [1]).

Diximus de institutionibus. Sed quia saepe instituitur quis de praebenda vel de ecclesia [2]) nondum [3]) vacante, de [4]) tali conces-

ergo. [5]) Ha. *dicatur;* in Mo. 2 altero loco deest *possideri.* [6]) Pa. *et,* Mo. 3 neutrum. [7]) Mo. 3 *in instit. continetur.* [8]) Li. repetit *fit.* [9]) Quae sequuntur usque ad *puta quando* omittit Pa. [10]) Vi. *mittitur.* [11]) Mo. 3 non habet sequentia usque ad *improprie dici potest inst.* [12]) Mo. 3 *in.* [14]) Ha. et Pa. *proprie;* in Li. neutrum occurrit. [15]) Mo. 3 *despoliatio.* [16]) Li. *despoliatio.* [17]) Deest in Li. [18]) Mo. 3 *debet.* [19]) Mo. 1 et Vi. *ei* [20]) Sic Li. cum Mo. 2. 3 et rectissime; ceteri Codd. ad Di. 63 remittunt. [21]) Sic Li., Mo. 1. 2 et Pa.; Ha., Mo. 2 et Vi. *possit.* [22]) Deest in Ha., Li. et Pa.

Tit. 8. — [1]) Vi. *concessionibus,* Li. *nondum.* [2]) Tam hoc quam priori

sione dicamus, considerantes, quando ecclesia vel praebenda sit concedenda, et quid iuris sit, si alicui ecclesia vel praebenda nondum vacans concedatur [5]) vel promittatur.

§ 1. Est autem ecclesia vel praebenda tunc demum [6]) concedenda, cum vacat, ut infra eod. c. 1 et 2 [7]) (Gr. c. 1. 2. III. 8); item litigiosa [8]) non est alicui concedenda, ut C. XI. qu. 1 *Quia res* (c. 50) et ar. Cod. de litig. L. ult. — § 2. Si autem nondum vacans alicui concedatur vel promittatur, distingue, concedatur vel promittatur [9]) certa an [10]) incerta, utputa [11]) prima quae vacaverit; nam ubi certa conceditur vel [12]) promittitur, non tenet et est irritanda [13]), ut infra eod. c. 1 et 2; ubi vero [14]) incerta, valet [15]) nec est infirmanda [16]), ut supra de praeb. *Relatum* (c. 11; - Gr. c. 9. III. 5) et supra de off. iudic. deleg. *Ex parte* (c. 17; - Gr. c. 11. I. 29). Iuvatur haec distinctio ex Cod. de pactis L. ult. et Dig. pro socio L. 3. § 2.

TITULUS IX.

De his quae conceduntur [1]) ab episcopis sine consensu canonicorum [2]).

Quia institutiones et [3]) concessiones, de quibus diximus, consilium [4]) fratrum requirunt [5]), videamus [6]), quid iuris sit de his, quae episcopi faciunt sine [7]) consilio canonicorum [8]) vel canonici sine consilio episcoporum.

§ 1. Sciendum est igitur [9]), quod in plebanatu [10]) ecclesiae cathedralis episcopus absque [11]) consilio canonicorum [12])

loco Pa. omittit particulam *de;* Mo. 3 *in eccl. vel praeb.* [3]) Li. *non.* [4]) Idem praemittit *ideo.* [5]) Mo. 3 *conceditur.* [6]) Pa. *deinde;* in Mo. 3 supra linea additum est *demum.* [7]) In Codd. etiam ad c. 3 et 4 h. t. remittitur; sed perperam, cum tit. non contineat nisi duo capitula. [8]) Perperam Pa. addit *res.* [9]) Sic Mo. 1 et Ha.; Li. *si concedatur vel etc.;* Mo. 3 *aut concedatur aut prom.;* Vi. *conceditur vel promittitur;* Pa. et Mo. 2 desunt *distingue etc.* [10]) Ha., Pa. et Vi. *vel* pro *an.* [11]) Mo. 3 *utpote.* [12]) Li. non habet *conceditur vel.* [13]) In Vi. desunt *et est irritanda.* [14]) Omittit Mo. 3. [15]) Pa. *tenet.* [16]) Mo. 2 *irritanda.*

Tit. 9. — [1]) Sic Mo. 1 et Vi.; Ha. et Mo. 2 *conceduntur vel fiunt,* Li. et Mo. 3 *quae fiunt.* [2]) Ha. et Li. cum ipsa compilatione *clericorum.* [3]) Ha. et Pa. *vel.* [4]) Ha. ubique *concilium.* [5]) Pa. *Quia ad institutiones .... requiritur.* [6]) Li. praemittit *ideo.* [7]) Mo. 3 et hic et mox *absque.* [8]) Vi. *fratrum.* [9]) Omittit Mo. 3. [10]) Li. cum Mo. 1—3 et Vi. *plebatu;* Ha. et Pa. *plebatum.* Lineolam vero supra *a* excidisse legendumque esse *plebanatum,* quippe quae vox, dummodo Du Cangii auctoritas tibi sufficiat, sola eaque rarissime pro officio vel districtu plebani apud Canonistas veteres videatur in usu fuisse, et coniicere licet, approbaturque Li. Cod. auctoritate, qui mox *plebātibus* exhibet. [11]) Ha. *sine.* [12]) In Pa. scriptor addidit *vel canonici sine consilio*

nullam [13]) ecclesiae vel religiosae domus debet facere institutionem [14]) ad praelaturam; alioquin talis institutio non immerito erit retractanda, ut infra eod. *Novit* (c. 4; - Gr. c. 4. III. 10) *Quanto* (c. 5; - Gr. c. 5 ibid.) [15]); idem dicas et de destitutione [16]), ut in eisdem capit. habetur. In aliis autem plebanatibus ad institutionem archipresbyteri sunt vocandi, similiter abbatum vel abbatissarum, si qua ibi sint [17]) monasteria constituta, ut ar. infra eod. *Novit* et C. XII. qu. 2 *Alienationes* (c. 36). Multo minus canonici institutionem vel destitutionem facere possunt absque suorum auctoritate episcoporum, ut C. XVI. qu. 7 *Nullus omnino* (c. 11). — § 2. Item non debet [18]) episcopus aliquando [19]) suam ecclesiam vel religiosam domum alicui monasterio vel alii religioso [20]) loco [21]) absque suorum consilio [22]) fratrum subiicere vel conferre; alioquin revocatur [23]), quia [24]) de iure non tenet, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. ibid.). — § 3. Item [25]) ordinationes solemnes vel generales facere non debent [26]) absque consilio canonicorum, ut Di. XXIV. *Episcopus* (c. 6). Praeterea causas ecclesiasticas, quas ex sua iurisdictione cognoscit, absque fratrum consilio terminare [27]) non debet, ut C. XV. qu. 7 *Episcopus* (c. 6). Sed nec alienationes possessionum ecclesiasticarum [28]) possunt facere vel episcopi sine consilio [29]) canonicorum vel canonici sine consilio episcoporum [30]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1 ibid.); et C. XII. qu. 2 *Placuit* (c. 51), *Sine exceptione* (c. 52); haec autem servanda [31]) sunt circa maiores possessiones; in minoribus autem alienatio fieri potest absque [32]) tali consilio requisito, ut C. XII. qu. 2 *Terrulas* (c. 53). Hodie tamen [33]), cum divisae sint possessiones episcopi [34]) a possessionibus canonicorum, consuetudo in contrarium obtinet apud multos. Consuetudo etiam obtinet, ut episcopus [35]) ecclesiam non consecret absque consilio canonicorum, sed [36]) tamen absque ipsorum [37]) consilio facta consecratio non irritatur [38]), ut ar. C. VII. qu. 1

episcoporum, at certo certius proprio marte atque sine ulla ratione. [13]) Mo. 2 *nullius*. [14]) Li. *constitutionem*. [15]) Utrumque locum omittit Ha. [16]) Li. *restitutione*, Mo. 3 *in destitutione*. [17]) Pa. *fuerint*. [18]) Mo. 3 *Non debet etiam*. [19]) Ha. et Vi. *aliquam*. [20]) Pa. *religiosorum*, Mo. 2 *alio vel*. [21]) In Li. supra linea recentiori manu additum est *vel praebenda*. [22]) Mo. 2 *consilium*. [23]) Mo. 3 *revocabitur*. [24]) Vi. *quod*. [25]) Mo. 3 *numquid* vel *numquam*. [26]) Ha. *debent*. [27]) Deest in Pa. *terminare*, in Mo. 3 *fratrum*. [28]) Ha. *ecclesiasticorum*. [29]) Ha. et Mo. 3 *consensu*. [30]) Omittit haec Mo. 3; Mo. 2 habet *vel e contra*. [31]) Li. et Mo. 2 *observanda*. [32]) Deest in Mo. 3; sed mox legitur *non requisito*. [33]) Li. addit *aliter*, indeque mox verbo *consuetudo* praemittit *et*. [34]) Deest in Ha. [35]) In Li. deest. [36]) Li. minus bene *et tamen*; Mo. 3 *sed* omisso *tamen*. [37]) Pa. et Ha. *illorum*. [38]) Mo. 1 et Pa. *irritaretur*,

Episcopus in dioecesim (c. 28). Sunt et [39]) alia, in quibus episcopi [40]) fratrum consilium [41]) requirere debent, quae vel auctoritate [42]) vel consuetudine comprobantur [43]).

TITULUS X.

De his quae fiunt a maiori parte capituli.

Dictum est [1]), quod negotia episcopalia consilio canonicorum sint [2]) facienda. Sed quoniam [3]) ea, quae a fratrum capitulo fiunt, universitatis consilium requirunt, videamus de his quae fiunt a maiori parte capituli; saepe namque contingit, ut, qui inter canonicos sunt [4]) minoris valentiae aut discretionis, plus moveant seditionis et deterior rota discordet [5]) a plaustro.

§ 1. Sciendum est [6]) igitur, quod in his quae a capitulo fieri vel ordinari debent [7]) omnium consensus est requirendus, ut quod omnes tangit [8]) ab omnibus comprobetur [9]), ut ar. Dig. de aqua pluv. arc. *In concedendo* (L. 8) et Cod. de auctor. praest. L. ult. Si tamen minor pars maioris partis ordinationi resistit, sive appellet sive non, praevalet quod fit a maiori parte, nisi minor [10]) rationabilem causam sui dissensus ostendat, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 11); maiori namque parti concedendum [11]) est, ut Di. LXV. c. 1. 2 et 3 [12]) et Cod. de decurion. *Nominationem* (L. 46) et Dig. ad municip. *Quod maior* (L. 19).

TITULUS XI.

De rebus ecclesiae [1]) alienandis vel non.

Audistis de spiritualibus rebus clericorum sive de praebendis; nunc de rebus temporalibus audiatis. Sed quia hae nonnunquam a

quae lectio, licet sit defendenda, minus tamen mihi placuit. [39]) Non est *et* in Mo. 1. [40]) Mo. 2 *episcopus* et mox *debet*. [41]) Vi. *consilia*. [42]) In Li. non est *vel auctoritate*; Mo. 2 omittit *vel*. [43]) Idem et Mo. 3 *approbantur*.

Tit. 10. — [1]) Vi. *diximus*. [2]) Ha. et Mo. 2 *sunt*. [3]) Idem *quia*. [4]) Deest in Ha. [5]) Ha. *discordat*. [6]) Deest in Li. [7]) Li. *debeant*. [8]) Idem *tetigit*. [9]) Mo. 1 *approbetur*, Mo. 3 *probetur*. [10]) Deest in Li., Ha., Mo. 2 et 3, Pa. et Vi.; sed ex Mo. 1 recepi, in quo *nisi minor* correctoria manu adiectum est supra linea. [11]) Sic Codd. omnes; praeter Mo. 3, ubi *credendum*, sed supra linea *vel concedendum* occurrit. [12]) Ha. c. *3 et 2*.

Tit. 11. — [1]) Mo. 1 et 2 *ecclesiasticis*; in Vi. haec occurrit rubrica: *de aliena-*

clericis [2]) alienantur, de ipsarum [3]) alienatione dicamus; videamus igitur, quid sit alienatio, quid alienationis verbo contineatur [4]), quae res ecclesiasticae [5]) alienari possint [6]), a quibus et quibus de causis, quae poena [7]) contra ius alienantis, et quae poena recipientis.

§ 1. Alienatio est rei vel iuris [8]) in alium translatio, ar. Cod. de fundo dotali L. 1. — § 2. Nomine autem alienationis continetur [9]) venditio, donatio, permutatio, pignoratio et in emphytheosim [10]) datio, ususfructus, pensionis vel servitutis [11]) constitutio, manumissio [12]), ut infra eod. *Nulli* (c. 5; – Gr. c. 4. III. 13) et Cod. de reb. alien. non alien. L. ult. et in Auth. de non alien. § *Nos igitur* Coll. II (Nov. 7. c. 1). — § 3. Sequitur, quae res alienari possint [13]). Nimirum nulla est ecclesiastica possessio, quae alienari non [14]) possit, nisi sit ab Imperatore collata, ut C. X. qu. 2 *Imperator* (c. 2) [15]), vel nisi [16]) sit ea lege data, ut non alienetur, ut Cod. de cond. ob caus. dat. *Ex lege* (L. 3). Vasa sacra aliis ecclesiis in eadem forma alienari possunt, non autem privatis, ut C. X. qu. 2 *Imperator* et C. XII. qu. 2 *Aurum* (c. 70). Spiritualia vero [17]) vendi non possunt, quia simoniacus esset contractus, ut C. I. qu. 3 [18]) c. 1. 2 et 3 et penult. et ult.; permutari aliquando [19]) possunt, ut ecce episcopus cum episcopo posset ecclesiam permutare [20]), et [21]) plebs cum alia plebe decimas recte permutat, ar. C. XVI. qu. 7 *Nemini regum* (c. 40); donari etiam huiusmodi possunt aliis domibus religiosis, ut supra [22]) de his quae conced. vel fiunt c. 3 (Gr. c. 3. III. 10), et C. XVI. qu. 1 c. ult. Praebenda vero vel ecclesia [23]) pignorari non potest, sicut nec vendi, quia quae vendi non possunt nec obligari possunt, ut Dig. quae res pign. obl. non poss. L. 1 § ult.; ususfructus autem [24]) et pensio sive census [25]) in eis constitui potest [26]), ar.

tionibus. [2]) Omittit Ha. [3]) Ita Mo. 1, Ha. et Li. *ipsorum*, Pa. *ipsa.* [4]) Li. *continetur.* [5]) Pa. *ecclesiae.* [6]) Codd. omnes *possunt.* [7]) Mo. 3 addit *sit.* [8]) Ha. *ius vel rei.* [9]) Mo. 1 *continentur.* [10]) Sic Mo. 1 et Vi., Pa. et Mo. 2 *emphitheosim*; Ha. et Li. *emphiteosim*, Mo. 3 *amphitheosim.* [11]) Li. *servitutisve.* [12]) Idem *et manumissio.* [13]) In Li. *possunt.* [14]) Deest *non* in Pa. [15]) Ita Codd. omnes, tam hic et mox quam alias saepissime; sed neque in qu. 2 cit. neque in toto decreto ullus est canon, qui sic incipiat. Atvero haud dubitaverim, quin Bernardus ea prae oculis aut certe in animo habuerit, quae sive ex Iuliano desumta sint sive ex Auth. ad L. 14. Cod. Lib. I. tit. 2 sub rubrica „Constitutio nova" in Decreti codicibus atque editionibus post c. 2. C. X. qu. 2 occurrunt, eiusque canonis, cuius rubrica est *Impp. Leo et Anthemius*, alteram quasi partem efformant. [16]) Pa. *non;* in Li. *nisi* deest. [17]) Ha. *autem.* [18]) Li. ad qu. 4 remittit; at falso. [19]) Pa. *autem.* [20]) Pa. *mutare.* [21]) Sic Ha.; in ceteris deest *et;* Mo. 3 *plebs autem.* [22]) Ha. et Pa. vitiose Cod. siglam exhibent. [23]) Li. *praebendam vel ecclesiam.* [24]) Deest in Pa. et Mo. 3. [25]) Ha. *et pensionum census.* [26]) Pa. *possunt.* [27]) Pa. *tamen.* [28]) Omittit Vi.

C. I. qu. 3 *Quaesitum* (c. 4) et C. XVI. qu. 3 *Clerici* (c. 11). — § 4. Potest autem [27]) et debet fieri alienatio [28]) a praelato sive oeconomo [29]), ar. C. X. qu. 2 *Imperator*, habito tamen consilio fratrum, ut C. XVII. qu. 4 *Questi* (c. 41) et C. XII. qu. 2 *Placuit* (c. 51). — § 5. Sunt autem quatuor [30]) causae, quibus res ecclesiasticae [31]) licite alienantur, causa necessitatis, causa pietatis, causa utilitatis assequendae et causa [32]) inutilitatis vitandae [33]); de his omnibus habetur in C. XII. qu. 2 fere per totam quaestionem. — § 6. Poena vero alienantium contra formam iuris est, ut [34]) debeant excommunicari vel deponi, nisi recuperent alienata, ut infra eod. *Si quis presbyterorum* (c. 6; Gr. c. 5 ibid.) et C. XII. qu. 2 *Quisquis* (c. 19). — § 7. Poena accipientium est, ut rem cum fructibus restituant [35]) nec [36]) adversus ecclesiam [37]) de pretio [38]) habeant actionem, ut C. XII. qu. 2 *Non liceat papae* (c. 20) et C. X. qu. 2 *Imperator* et Cod. de eviction. *Si fundum* (L. 27) [39]). Quae autem hic minus [40]) dicuntur, in nostrorum [41]) doctorum summis C. XII. qu. 2 [42]) plenius inveniuntur.

TITULUS XII.

De precariis.

Diximus de alienationibus in genere; nunc in specie dicamus. Sed quia saepius [1]) res ecclesiae in emphytheosim vel precariam dari solent, de precariis pertractemus [2]); videamus itaque [3]), quid sit

[29]) In Codd. *yconomo.* [30]) Li. *duae;* ceteri omnes *quatuor.* [31]) Pa. *ecclesiae.* [32]) Sequor Pa. et Mo. 3, quippe qui soli, licet alias haud concordantes (nam in Mo. 3 desunt *quib. res eccl. lic. alien. causa*), quatuor recenseant causas alienandi. Ceteris enim in codicibus, quae Bernardus de utilitatis causa profert, immediate cum verbo *alienantur* cohaerent. [33]) Deest in Pa. [34]) Mo. 3 *quod.* [35]) Ha. *ut res . . . restituantur.* [36]) Idem *nisi*, sed perperam. [37]) Solus Ha. habet *ecclesiam*, ceteri omnes, licet vario modo (Pa. et Mo. 3 *alienatorem*, Li. *alienationem*, Vi. *alienantis*, Mo. 1 *alienantem*, Mo. 2 *alienam*), tantummodo eius faciunt mentionem, qui alienaverit ecclesiae rem. Sed istam lectionem veram esse instamque, et § 9 docet can. 2. C. X. qu. 2, et Mo. 1 suadet auctoritas, quippe in quo voci *alienantem* corrigendo expost supra linea adiectum est *vel ecclesiam.* [38]) Mo. 2 *p̄cipitō*, Vi. *p̄cipitio.* [39]) Quae in locis citatis occurrunt lectionum varietates, eas omnes referre non iuvat, cum magni quidem numeri, sed pleraeque minoris sint momenti. Id solum monitos esse velim lectores, inter c. *Non liceat* papae atque c. *Imperator* in Mo. 1 et Vi. insuper ad C. XI. qu. 2, in Ha. ad C. XII. qu. 2 remitti, sine ulla vero capitulorum mentione; id quod ex sola librariorum aut incuria aut inscientia, factum esse nemini dubium videbitur, qui attenderit, quo pertineat C. XI. qu. 2 eamque nil nisi Gratiani dictum exhibere. [40]) In Ha. deest. [41]) Sic Mo. 2, quem, licet in omnibus aliis non invenias *nostrorum*, postponere nolui. [42]) Li. *summis et C. XII etc.*, Pa. *doctorum et C. XII etc.*

Tit. 12. — [1]) Vi. *saepe.* [2]) Li. *praetractemus.* [3]) Ha. et Li. cum

precarium, quid precaria, quot species precariarum [4]), et quae natura earum [5]).

§ 1. Precarium est, quod precibus alicui [6]) conceditur ita, ut [7]) quandocumque concessor voluerit valeat revocare, ut Dig. de precar. L. 1 [8]). — § 2. Precaria sive [9]) emphytheosis est quidam contractus meliorationis inter dominum colonumque consistens, puta: „concedo tibi terram colendam ad tempus certumque reditum mihi dandum." § 3. Sunt autem tres precariarum [10]) species; una [11]), quae non distat ab usufructu, ut C. X. qu. 2 *Precariae* (c. 4) [12]), alia, quae de quinquennio in quinquennium renovatur [13]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 14), tertia, quae [14]) durat usque in tertiam generationem, quae apud Bononiam, Mutinam [15]) et Regium frequentatur. Precaria vero ecclesiae [16]) damnosa absque metu poenae revocatur, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 ibid.) — § 4. [17]) Natura precariarum est, ut colonus ante tempus non possit expelli, ut Cod. locati *Aede* (L. 3) [18]).

TITULUS XIII.

De commodato [1]).

Quia contractus rerum ecclesiasticarum, de quibus agere coepimus, fiunt aliquando gratia accipientis, ut commodatum, aliquando gratia dantis, ut depositum, aliquando gratia utriusque, ut emtio, permutatio, pignus, de his omnibus audiamus, et primo [2]) de commodato [3]). Videamus ergo [4]), quid sit commodatum, unde dicatur, quis possit commodare [5]), quae res commodetur [6]), quae sit natura commodati.

§ 1. Commodatum est res mobilis alicui ad tempus in usum concessa, et dicitur commodatum quasi commodo [7]) utentis datum,

Mo. 3 *igitur.* [4]) Deest in Pa. [5]) Idem *eorum.* [6]) Mo. 3 addit *utendum et.* [7]) Ha. *quod.* [8]) Mo. *ult. p'ma.* [9]) Mo. 3 *vel.* [10]) Pa. *precariae*, Li. tam hic quam postea *precariorum.* [11]) Li. *prima* et mox *secunda.* [12]) In Li. et eo quidem solo, unde in textum recipere nolui, haec sequuntur: *quam apud Bononiam, Mutinam et Regium frequentant cān(onici?).* [13]) Sic Ha. et Pa., quibus accedit cum c. 5. C. X. qu. 2, tum ipsius cap. 1 auctoritas, quem locum ex sua ipsius compilatione laudat Bernardus; etenim idem est atque illa Palea, quam nunc in c. 5 cit. habemus. Ceteri codices habent *revocatur.* [14]) Mo. 3 omittit. [15]) Huius urbis in Pa. non fit mentio. [16]) Ha. *quae est ecclesiae.* [17]) Hanc totam § non habet Mo. 2. [18]) Pa. codicis scriptor, cum quid sibi velit istud *ede* parum intellexerit, huic verbo *vel eodem* adiecisse videtur, quantum ex filii adnotationibus mihi licet coniectare.

Tit. 13. — [1]) Vi. *commodati*, Mo. 3 *de commodatis.* [2]) Ha. *prius.* [3]) Li. *commodatu.* [4]) Ha., Li. et Mo. 2 *igitur.* [5]) Ha. scriptor, sive ex incuria, sive auctorem emendare ratus ista repetit, *e* finali in *i* commutans. [6]) Mo. 3 post *unde dicatur* mox ponit, *quae sit natura commodati.* [7]) Ha. *commodi.*

ut ecce commodavi tibi codicem meum, ut describas [8]) vel corrigas tuum. — § 2. Commodare autem potest in ecclesiasticis oeconomus, qui temporalium curam habet; nam oeconomus est cui res ecclesiastica [9]) gubernanda mandatur, ut Cod. de sacros. eccles. *Iubemus* (L. 14). — § 3. Sed et quod alienum apud me [10]) est, possum alii [11]) commodare, ut Dig. eod. *Commodare* (L. 15); solae autem res mobiles commodantur, ut Dig. eod. L. 1. — § 4. Natura vero [12]) commodati est, ut ipsa res commodata [13]) restituatur, nec [14]) etiam potest praetextu debiti retineri, ut Di. I. *Ius naturale* (c. 7), et Cod. eod. L. ult. Item in re commodata [15]) et possessionem et dominium retinemus, ut Dig. eod. *Rei* (L. 8). Damnum [16]) autem fortuito [17]) casu vel fatali, morte [18]) vel vi [19]) latronum aut hostium in re commodata datum non imputatur commodatario, nisi fuerit [20]) in culpa, ut Dig. eod. *Si ut certo loco,* § *Quod* [21]) (L. 5. § 4) et L. *Ad eos* (L. 19), vel nisi periculum in se suscepit [22]), ut Cod. eod. L. 1.

Quod autem [23]) in hoc et in aliis titulis [24]) aliqua de lege Mosaica introduxi, non ad hoc feci, ut servari debeant ad litteram, ubi legibus vel canonibus contradicunt [25]), sed ut sciatur, quid de [26]) talibus erat in ipsa [27]) lege statutum.

TITULUS XIV.

De deposito [1]).

Diximus de commodato, quod solet fieri gratia suscipientis; nunc de deposito [2]) est agendum, quod solet fieri gratia deponentis. Videamus ergo [3]), quid sit depositum et unde dicatur, quis possit deponere, quae sit depositi natura.

§ 1. Depositum est quod alicui custodiendum committitur, dictum [4]) depositum quasi deorsum [5]) positum scil. apud aliquem

[8]) Mo. 2 *scribas*, Vi. *cum describas.* [9]) Pa. non habet *est* et cum Mo. 3 *ecclesiae;* Mo. 2 omittit *ecclesiastica.* [10]) Li. nec *et* nec *apud me* habet. [11]) Ha. *alicui.* [12]) Deest in Ha. et Mo. 2. [13]) Ha. *commodati.* [14]) Li. *naturae.* [15]) Mo. 2 *re commodati.* [16]) In Pa. et Mo. 2 bis occurrit, et primo loco ad *rei* trahitur. [17]) Ha. et Li. *fortuitu.* [18]) Pa. *more.* [19]) Li. *de latronum.* [20]) Mo. 2 *sit.* [21]) Ha. *sive § qd;* Mo. 1 *si ut*, addito ex correctura *certo § quidam;* Pa. *si ut c. q*, Li. *Si comoda;* Mo. 2 et 3 *sicut.* [22]) Quae praecedunt, inde a *Dig. eod. si ut* in Mo. 3, non tam omisit librarius, sed lacunae relictae ex post inserere neglexit. [23]) Mo. 3 omittit, Mo. 1 *quid aut.* [24]) Pa. *in aliis tit. et hoc.* [25]) Vi. *contradicitur.* [26]) Li. *cum.* [27]) In Ha. deest *ipsa.*

Tit. 14. — [1]) Mo. 1 et Vi. *depositi*, Mo. 3 *de depositis.* [2]) Mo. 3 *de posito.* [3]) Ha., Li. et Mo. 2 *igitur.* [4]) Li. *et dicitur.* [5]) In Ha. *pōroū.*

positum [6]) custodiendum. — § 2. Deponere potest quilibet qui rem habet, etiam latro, et est etiam ei res deposita [7]) reddenda, ut Dig. eod. *Bona fides* (L. 31). Solet autem depositum fieri cum chirographo, ut legitur [8]) de Tobia et Gabelo; huiusmodi chirographum dividi solet, ut pars apud depositarium remaneat et partem depositor reportet, ut ex iunctura partium demum [9]) probatio fiat; sed hodie tali scripturae non creditur, nisi habeat [10]) subscriptionem trium testium fide dignorum, ut Cod. qui pot. in pign. *Scripturas* (L. 11) et in Auth. de fide instrum. § 1 (Nov. 76. c. 1). — § 3. Natura depositi est, ut res depositori [11]) reddatur non deterior facta [12]), ut Di. I *Ius naturale* (c. 7) et Dig. eod. L. 1. § *Si res* (§ 16); si autem damnum acciderit in re deposita [13]) sine dolo depositarii, totum pertinet ad depositorem, quia depositarius non tenetur nisi de dolo, nisi pretium custodiae accepit [14]) vel deposito se obtulit vel de damno convenit, ut Dig. eod L. 1. § *Saepe* (§ 35) et Dig. commod. *Si ut* § *Nunc videndum* (L. 5. § 2). Tenetur etiam [15]) de lata culpa, sicut est stulta misericordia [16]), ut si hominem tuae custodiae datum solvisti et fugere demisisti, ut Dig. eod. *Si hominem* (L. 7), *Quod Nerva* (L. 32). Sed in his quae in [17]) aede sacra [18]) deponuntur [19]), distinguitur, personae an ecclesiae commendetur [20]); si enim personae fuerit commendatum [21]), ipsa et non ecclesia convenietur, ut infra eod. *Gravis* (c. 2; - Gr. c. 1. III. 16), si vero ecclesiae, puta universitati, ipsa ecclesia poterit [22]) conveniri, ut ex eodem capitulo colligi potest [23]).

§ 4. Illud notandum, quod, si duo rem litigiosam apud sequestrum [24]) deponant, finito litigio eam debet restituere [25]) secundum arbitrium iudicantis, ut Dig. eod. *Ei* [26]) (L. 5). Sed et [27]) depositarius [28]) contra depositorem [29]) agere potest, si quid in re deposita [30]) utiliter impendit [31]), ut Dig. eod. *Ei*. Sed etiam ex [32])

[6]) Ita Pa., cum in ceteris Codd. desit huius verbi repetitio, at me iudice minus bene; Mo. 2 habet *scil. ad (aliquid?) custodiendum.* [7]) Omittit Ha.; in Li. et Mo. 2 *apposita.* [8]) Ha. *legi.* [9]) Pa. *deinde.* [10]) Li. *tales .... creduntur nisi habeant.* [11]) Ha. *deposita.* [12]) Deest in Li. [13]) In eodem legitur *iure deponito.* [14]) Pa. cum Mo. 3 *accipiat;* Ha. et Mo. 1. 2 *acceperit.* [15]) Omittit Mo. 3. [16]) Sic Mo. 1; in aliis *mia.* [17]) Li. *de.* [18]) Mo. 1 *aedem sacram.* [19]) Li. *ponuntur.* [20]) Sic Pa. et Mo. 1. 2; Li. *an pers. vel eccl.;* Ha. et Vi. cum Mo. 3 *an pers. an eccl.* [21]) Pa. *commendetur.* [22]) Mo. 2 *potest.* [23]) Idem *colligitur.* [24]) Ha. *sequestram.* [25]) Pa. *eandem*, Mo. *debent*, Ha. *instituere.* [26]) Pa. *c. 1;* in Vi. sequentia desunt usque quo repetitur *L. Ei.* [27]) Deest *et* in Li., Mo. 2 *etiam.* [28]) In Mo. 3 scriptor hisce verbis lacunam reliquit. [29]) Ha. *debitorem.* [30]) Li. *iure deposito*, Mo. 2 *re depositi*, Mo. 3 *depositarius.* [31]) Mo. 2 pro *util. imp.* habet *intelligitur.* [32]) Li. et Vi. *de.*

deposito itur in creditum, ut cum pecuniam [33]) apud te depono ita, ut [34]) si volueris [35]) ea utaris, ut Dig. eod. L. 1. § *Si pecunia* (§ 34). Item illud sciendum [36]), quod depositarius talem custodiam in deposito debet adhibere [37]) saltem, qualem exercet in suis [38]) rebus, ut Dig. eod. *Quod Nerva* (L. 32); socius [39]) autem ad eam tenetur diligentiam, quam in suis rebus solet exhibere, ut Inst. de societ. § ult. [40])

TITULUS XV.

De emtione et venditione.

Egimus de contractibus, qui fiunt gratia [1]) alterutrius contrahentium; nunc agendum est [2]) de his, qui fiunt gratia utriusque, et prius [3]) de emtione et venditione. Videamus igitur, quando emtio et venditio [4]) et de quibus rebus contrahatur [5]), quae eius natura, ad quid emtor, et ad quid venditor teneatur.

§ 1. Emtio et venditio contrahitur, postquam de pretio convenerit, ut Inst. eod. in princ. — § 2. Vendi autem potest, quicquid commercium habet, ut Dig. eod. *Si in emtione* (L. 34) § 1; sunt enim [6]) quaedam quae commercium non habent, ut reliquiae sanctorum, ut Cod. de sacros. eccl. L. *Nemo* (L. 2), item ecclesiae et ecclesiastica sacramenta cunctaque spiritualia carent commercio, ut C. I. qu. 3 per totam; liber homo vendi non potest, ut Dig. eod. *Si in emt.* § *Liberum* (L. 34. § 2), nisi [7]) eius conditio ignoretur, ut Dig. eod. *Liberi* [8]) (L. 70). — § 3. Natura emtionis est, ut res sit quae vendatur et pretium intercedat, ut Dig. eod. L. 2. § *Sine* [9]) et L. *Nec emtio* (L. 8). Item natura eius est, ut rei emtae lucrum et [10]) damnum pertineat ad emtorem [11]), ut Inst. eod. § *Cum autem* (§ 3) et Dig. de peric. et comm. rei vend. *Id quod* (L. 7),

[33]) Vi. sic: *Sed de deposito est sū et di credito ut* si pec., Mo. 2... *itur in cred. ut pec. quam.* [34]) Deest *ita* in Ha.; Li. pro *ut* habet *quam.* [35]) Pa. *solveris.* [36]) Mo. 2 *notandum.* [37]) Mo. 1 *habere.* [38]) Vi. *propriis.* [39]) Mo. 3 *satis.* [40]) Deest § *ult.* in Li., in Vi. *ut Inst. etc.*

Tit. 15. — [1]) Li. *sunt*, Vi. *ratione*, tam hic quam infra. [2]) Deest in Mo. 1 et Pa. [3]) Sic Mo. 1, Pa. et Vi.; in Ha. lacuna obvia est; Li. et Mo. 2 *primo;* Mo. 3 loco *et prius* habet *scil.* [4]) Mo. 3 addit *contrahatur.* [5]) Li. *sit, et de qu. reb. tractatur vel contrahatur.* [6]) Deest in Li. [7]) Huic verbo in Li. librarius parvulam reliquit lacunam; in Mo. 3 desunt sequentia. [8]) Ha., Li. et Mo. 1 *et liberi;* at perperam. [9]) Sic Li. et Vi. cum Mo. 3; Ha., Pa. et Mo. 2 *si non*, Mo. 1 *si vero.* [10]) Vi. *vel.* [11]) Mo. 3 *emtionem.*

Necessario (L. 8); inde excipiuntur quidam [12]) casus, puta si venditor periculum [13]) suscepit, similiter in vino, antequam metiatur [14]) vel degustetur; in his enim et [15]) quibusdam aliis periculum pertinet ad venditorem [16]), ut Dig. de per. et comm. rei vend. L. 1. § 4. Tenetur autem [17]) emtor ad pretium praestandum, ut Dig. de act. emti et vend. *Ex emto* (L. 11); sed et [18]) impensas post venditionem in [19]) re vendita factas reddere [20]) tenetur, ut Dig. de act. emti et vend. *Iulianus* § *Possessionem* (L. 12. § 21). — § 5. Venditor autem tenetur ad rem tradendam, ut Dig. de act. emti et vend. *Ex empto* (L. 11) [21]); hoc ita, si res extet [22]), si vero periit [23]) et venditor fuit in mora [24]), ad interesse tenetur, ut Dig. de act. emt. L. 1; item venditor de evictione [25]) tenetur, ut Dig. de act. emt. *Ex emto* § ult. [26])

§ 6. Illud in summa notandum, quod si venditor deceptus sit ultra dimidiam iusti pretii et de ipsa deceptione queratur, in potestate emtoris est, vel iustum pretium supplere vel rescindere venditionem, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 3. III. 12) et Cod. de rescind. vend. L. ult. [27]); forte idem dici poterit e contrario de [28]) emtore ultra [29]) dimidiam decepto. — § 7. Illud autem [30]) non te moveat, quod in primo capitulo legitur, in re vendita propinquum venditoris extraneo praeferendum [31]), quod apud quosdam in consuetudine habetur; id enim secundum leges hodie non servatur [32]), ut Cod. de contr. emt. et vend. *Dudum* (L. 14).

TITULUS XVI.

De rerum permutatione [1]).

Diximus de emtione [2]); sed quoniam permutatio similis est emtioni, de [3]) ipsa dicamus. Videamus igitur, quid sit permutatio,

[12]) Mo. 3 omittit *quidam*. [13]) Mo. 2 addit *in se*. [14]) Li. *amaretur*, Pa. *a me sciatur*, Mo. 2 et Vi. *admetiatur;* in Mo. 3 omittitur *in vino* legiturque *admittatur*. [15]) Ha. *et in*. [16]) Pa. *venditionem*. [17]) Ha. *aut*. [18]) Li. et Mo. 2 non habent *et*. [19]) Deest in Ha. [20]) Li. *reddi*. [21]) Li. *de act. emti L. 1*, omissis quae sequuntur; codicis Pa. scriptor, repetita L. 11. Dig. citatione inductus, hinc ipse repetit, quae vix scripserat, *sed et impensas etc.* [22]) Pa. *exstat*. [23]) Mo. 3 *res periit*. [24]) Mo. 2 *minoa*. [25]) Li. *de eius pactione;* in Mo. 3 hic lacuna obvia est, uti saepius in titulo isto, licet non tam in textu, quam in locis allatis. [26]) Pa. ad § 1 remittit. [27]) Li. *L. 1 et ult.* [28]) In Li. et Mo. 2 omittitur *de*. [29]) Mo. 3 *intra*. [30]) Mo. 2 non habet. [31]) Ibidem *praeponendum*. [32]) Ha. *observatur*.

Tit. 16. — [1]) Vi. *de permutationibus*. [2]) Idem *emtionibus*. [3]) Li. *ideo de*.

quae eius natura, quae res valeant [4]) permutari, cum quo possit ecclesia permutare [5]).

§ 1. Permutatio est certae rei vicaria [6]) praestatio [7]); differt autem ab emtione, quia ibi pretium pro re datur [8]), hic autem res pro re commutatur. — § 2. Natura permutationis est, ut re [9]) ipsa contrahatur, non solo pacto, ut emtio. Item eius natura est, ut si res, quam mihi dedisti, mihi fuerit evicta [10]), possim [11]) repetere rem, quam tibi dedi, ut Cod. eod. L. 1. — § 3. Permutari autem potest, quicquid vendi potest; sed et [12]) quod vendi non potest, aliquando [13]) recte [14]) permutatur, ut ecclesia et ius patronatus, ut C. XVI. qu. 7 *Nemini* (c. 40); dignitates autem permutari non possunt, cum absque canonica electione nulli debeant provenire [15]), ut ar. Di. LXII. *Nullus* (c. 3) et C. IX. qu. 1 *Nos* (c. 1). § 4. Permutare [16]) autem potest [17]) ecclesia cum alia ecclesia [18]) cum utriusque indemnitate, ut C. X. qu. 2 *Imperator* (c. 2), similiter cum principe, ut ibidem habetur et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 19). Cum privato ecclesia permutare non potest, ut in Auth. de non alien. aut permut. § *Sinimus* (Nov. 7. c. 2. § 1); consuetudo tamen [19]) in contrarium admisit, ubi permutatio ecclesiis utilis [20]) invenitur [21]); nec mirum, cum omnes huiusmodi prohibitiones de rebus ecclesiasticis non alienandis ex causa datae [22]) inveniantur, scil. [23]) ne utilitas ecclesiae laedatur [24]) vel minuatur; cessante autem causa [25]) prohibitionis etiam ipsa prohibitio cessat [26]), ut ar. Di. LXI. § *His* (Grat. dict. ad c. 8) et ar. Dig. de pactis *Quod dictum* (L. 32). § 5. Reperitur etiam [27]) quaedam mirabilis permutatio servorum inter ecclesiam et privatum [28]), videlicet [29]) ad libertatem, ut ille qui datur ecclesiae remaneat [30]) servus, et quem dat ecclesia manumittatur [31]), ut infra eod. *Mancipia* (c. 3; – Gr. c. 3 ibid.). Non

[4]) Idem et Mo. 2 *valeat*. [5]) Ha. habet *possint ecclesiae;* in Pa. omissa sunt *permutari ... ecclesia;* Li. addit *dominium*. [6]) Ha. *vicararia*, Pa. *incta*, Mo. 2 *incaia*. [7]) Li. addit *dnorum*. [8]) Ha. *pdatur*. [9]) Ha. et Vi. *ut res ipsa*, Li. *ut res contrahatur*, Mo. 2 *ut rei emptae contrahatur*. [10]) In Mo. a correctore supra linea additum est. [11]) Mo. 2 *possum*. [12]) Deest *et* in Ha., Li. et Mo. 3, *sed* in Mo. 2. [13]) Vi. *quandoque*. [14]) Ha. *rege*, Li. *cum rege*. [15]) Mo. *debeant proveniant*, quod subterpunctando *ant* et *re* superscribendo aut ipse scriptor aut alius quis ex post correxit. [16]) Li. *permutari*. [17]) Deest in Pa. [18]) Mo. 3 *una ecclesia cum alia*. [19]) Deest in Mo. 2. [20]) Li. et Vi. *utiliter*. [21]) Ha. *non invenitur*. [22]) Deest in Li. [23]) Deest in Pa.; in Li. pro *f.* aliud occurrit signum. [24]) Mo. 2 *dampnetur*. [25]) Omittit Li. [26]) Mo. 3 *cessare potest*. [27]) Pa. et Li. cum Mo. 2 *autem*. [28]) Vi. hic per *scil.* adnectit, quod supra deest, verbum *servorum*. [29]) Mo. 2 et 3 *scil.*, Ha. codicis scriptor huic verbo lacunam reliquit, primis litteris iamiam, sed falso scil. *an*, scriptis. [30]) Mo. 3 *sit*. [31]) Ha. *qui dat ecclesiae servus et quem*

autem est proprie [32]) species permutationis, ubi das ecclesiae tui praedii [33]) proprietatem usufructu retento [34]) et recipis [35]) ab ecclesia aliud praedium in usufructu [36]); ceterum talis contractus precaria dici solet [37]), ut C. X. qu. 2 *Precariae* (c. 4).

TITULUS XVII.

De pignoribus.

Post praedictas [1]) alienationis species consequenter de pignoribus adnectamus [2]). Videamus igitur, quid sit pignus, qualiter pignus [3]) contrahatur, quae res pignorari possint, ad quid dator pignoris [4]), ad quid acceptor teneatur.

§ 1. Pignus est [5]) obligatio rei pro debito; fit autem ad maiorem securitatem creditoris, quia tutius est pignori incumbere, quam in personam agere, ut Inst. de obl. ex del. § *Furti* [6]). Solet autem [7]) inter pignus et hypothecam haec differentia assignari: ubi enim res obligatur [8]) et traditur, pignus dicitur, ubi vero [9]) obligatur et non traditur, hypotheca vocatur, ut Inst. de action. § 1, *Item Serviana* (§ 7); sed [10]) hic largo modo pignus accipies [11]). § 2. Contrahitur autem duobus modis, tacite scil. et expressim [12]). Tacite [13]), ut ecce ecclesia in rebus ministri sui tacitam [14]) hypothecam habere videtur, ut ar. C. XIII. qu. 2 *Illud* (c. 5); sic et eius bona qui cum fisco [15]) contrahit tacite obligantur, et ea, quae a conductore [16]) invecta [17]) sunt et illata, pro pensionibus obligata intelliguntur, ut Cod. in quib. caus. pign. tac. contrah. L. 5 [18]) et ult.; similiter bona mariti [19]) pro dote, ut Cod. de iure dotium *In rebus* (L. 30) et Cod. de rei uxor. act. *Rem* (L. un.) § 1. Expressim [20]) contrahitur pignus [21]), ut: „Res ista sit tibi [22]) obligata pro decem." Item contrahitur pignus [23]) et generaliter et specialiter [24]); generaliter, ubi [25]) quis omnia bona sua obligavit, quo in casu non solum quae habet, sed et quae postea acquiret [26]), obligata erunt, ut Cod. quae res pign. obl. L. ult.; specialiter, ut equus et ager [27]). § 3. Obligari pignori possunt quaecunque vendi possunt, quae autem vendi non possunt, nec obligari possunt [28]), ut Dig. quae res pign. obl. non poss. L. 1. § ult.; ecce enim [29]) res sacrae nec vendi [30]) nec obligari possunt nisi necessitate urgente [31]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 21); item [32]) liber homo pro debito obligari non potest, ergo nec in obstagio [33]) dari, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 ibid.) et Cod. de actionibus L. *Obes* et Dig. quae res pign. oblig. non poss. L. ult.; alias [34]) ipse creditor a iure suo cadit [35]), ut in Auth. ut nulli iudicem § *Quia* Coll. IX. (Nov. 127. c. 7); inde [36]) excipiuntur [37]) ab hostibus redemti, qui in causa pignoris [38]) pro pretio detinentur, ut Cod. de postliminio reversis L. 2. — § 4. Nunc videamus, ad quid dator pignoris i. e. debitor teneatur. Nimirum pignus deperit debitori [39]) et nihilominus ad totum debitum solvendum [40]) tenetur, nisi convenerit creditor, ut [41]) amissio pignoris liberet debitorem, ut Cod. de pignorat. act. *Quae* (L. 6); item impensas in pignore a creditore [42]) bona fide factas reddere debet, ut Cod. de pign. act. *Creditor* (L. 7). Sed et rem alii [43]) pignoratam alii ignoranti pignorare [44]) non debes, alioquin stellionatus crimine [45]) poteris [46]) accusari, ut Cod. de crim. stellion. L. 1 et ult., nisi res sit talis quae sufficiat utrique, ut Dig. de pignorat. act. *Si quis in*

---

dat ecclesiae. [32]) Li. *propria.* [33]) Deest ibidem *tui*, in Mo. 3 *praedii.* [34]) Pa. *retempto.* [36]) Mo. 2 *recipias.* [36]) Mo. 3 *usufructum.* [37]) Idem *dicitur.*

Tit. 17. — [1]) Li. *dictas.* [2]) Vi. *adiungamus*, Mo. 2 *dicamus.* [3]) Deest in Mo. 2 et 3. [4]) Ha. *datur pignus.* [5]) Li. omittit *est.* [6]) Praeter Li., in quo lacuna post *del.* occurrit, et Mo. 3, ubi § *fur.* legitur, Codd. omnes ad § *furtis* i. e. § 19 remittunt. Sed proculdubio Bernardus ad § 14 respexit, quae fortasse in ipsius Institutionum libro cum praecedenti § 13 *Furti actio* erat conionneta. [7]) In Pa. bis. [8]) Quae sequuntur in Li. usque ad *et non traditur* exciderunt. [9]) Deest in Pa. [10]) Ha. *sed et.* [11]) Li. *accipimus*, Mo. 2 *accipitur*, Mo. 3 *accipias.* [12]) Pa. et Mo. 3 *expresse.* [13]) Pa. omittit. [14]) Li. *ministerii sic tacite.* [15]) Idem pro *qui cum fisco* habet *quicunque.* [16]) Mo. 3 *quae cum a ductore.* [17]) Ha. et Pa. cum Mo. 2 *inventa.* [18]) Sic Mo. 3; ceteri ad L. 2 remittunt, quae huc non pertinet. [19]) Omittit Mo. 3.

---

[20]) Pa. *expresse*, Mo. 3 *expressius.* [21]) Exciderunt in Mo. 3, quae sequuntur usque ad *et generaliter et specialiter.* [22]) Vi. *mihi.* [23]) Deest in Li., Mo. 2 et Vi. [24]) In Mo. 2 ista ad marginem addita sunt; Pa. omittit *et generaliter.* [25]) Mo. 3 *ut.* [26]) Vi. pro *et*, quod plane omittit Mo. 2, habet *etiam* omittitque *postea.* [27]) Mo. 3 *ut agri, equus.* [28]) Pa. *q. a. v. n. potest, obl. non potest.* [29]) Deest in Li., moxque legitur *venduntur.* [30]) Mo. 3 addit *nec pignorari.* [31]) Sic Li. cum Mo. 2. 3 et Vi., Mo. 1 et Pa. *urguente*, Ha. *ingruente.* [32]) Sequentia non exhibet Mo. 3 usque ad *dari.* [33]) Pa. *hostagio*, Li. *obligatione;* in Mo. 2 utrum *obstagio* in *obstadio* sit correctum, an vice versa, decidere nolim. [34]) Sic Mo. 1 et 2, licet ille ex correctura; ceteri minus bene *amplius.* [35]) Mo. 3 *caderet.* [36]) Pa. *Item.* [37]) Ha. *recipiuntur.* [38]) Codicis Li. scriptor, *pignoris* verbo in § 5 repetito deceptus, quae intercedunt omisit et auctorem haec dicere fecit, quae omni prorsus carent sensu: *redemti qui in causa pignoris i. e. debitori teneatur.* [39]) Mo. 1 *debitor*, Pa. *creditoris*, Ha. *de parte debitoris.* [40]) Vi. *persolvendum.* [41]) Li. *aut;* in Mo. 2 *convenit etc.* [42]) Li. non habet *a creditore.* [43]) Idem *aliis.* [44]) Quae antecedunt, desunt in Mo. 3, qui sic pergit: *item impensas in pignore non debes alioquin etc.* [45]) In Mo. 1 *crimen* in *crimine* correctum est. [46]) Ha. *non debet ... potest is*, Mo. 3

pign. (L. 36) § ult.; similiter si rem alienam sciens absque domini voluntate ignoranti obligaveris vel[47]) rem obligatam fraudulenter subripueris, eidem crimini subiicieris[48]), ut Cod.[49]) de crim. stellion. L. 2 et Dig. de crim. stellion. L. 3[50]). — § 5. Creditor autem soluto integre[51]) debito pignus reddere tenetur, ut Cod. de luitione pignor. L. ult.; ideo autem dixi[52]) „integre", quia parte debiti soluta pro[53]) reliqua parte totum[54]) pignus remanet obligatum, etiam usque ad novissimum quadrantem, ut Cod. de luit. pign. L. 1 et Cod. si unus ex plurib. hered. L. 1 et 2, et Dig. de pignor. act. *Solutum* (L. 11). Item debet reddere pignus non[55]) alii obligatum aut deterioratum, ut Dig. de pign. act. *Sicut* § *Venit* (L. 13. § 1) et L. *Creditor* (L. 15). Haec et alia multa in legibus de pignoribus inveniuntur; sed haec ad praesens sufficiant[56]).

TITULUS XVIII.

De fideiussoribus[1]).

Diximus qualiter res pro debito subiiciatur; nunc dicamus[2]), qualiter persona pro alieno[3]) debito obligetur, quod fit per fideiussionem; vel ita continua: diximus de obligatione principali[4]); nunc de accessoria[5]) subiungamus, sed[6]) quoniam obligatio fideiussoris principali obligationi accedit, de fideiussoribus agamus. Videamus igitur[7]), quid[8]) sit fideiussor, quis possit fideiubere, ad quid fideiussor teneatur, et ad quid ille, pro quo fideiussit.

§ 1. Fideiussor est, qui alterius obligationem[9]) remanentem in sua suscepit[10]) fide; ideo autem dixi „remanentem", ut per hoc differat a mandatore et constitutore, et notandum, quod fideiussor obligationem et praecedit et sequitur, mandator praecedit, constitutor subsequitur[11]). Si enim[12]) pro Titio debitore tuo apud te

potes. [47]) Mo. 2 *ut;* in Mo. 3 desunt, quae sequuntur usque ad *ut Cod. de crim. stell. etc.* [48]) Mo. 1 *subiceris.* [49]) In Li. ex simili, qua supra, librarii incuria, quae sequuntur desunt usque ad *de luitione etc.* [50]) Ista ad tit. Dig. remissio deest in Mo. 2. [51]) Ha. hic et mox *integro.* [52]) Ha., Mo. 1 et 3 cum Vi. *diximus.* [53]) Deest in Ha. [54]) Vi. *tota.* [55]) Li. omittit *non.* [56]) Sic Li.; in ceteris deest *sufficiant.*

Tit. 18. — [1]) Li. de *fideiussionibus.* [2]) Mo. 3 *videamus;* Mo. 2 neutrum habet. [3]) Deest *alieno* in Li., qui et mox habet *colligetur.* [4]) Deest *principali* in Ha. [5]) Vi. *nunc accessoriam.* [6]) Mo. 3 omittit. [7]) Pa. *ergo.* [8]) Mo. 2 *quis.* [9]) Mo. 3 *oblationem.* [10]) Ha. et Mo. 3 *suscipit.* [11]) Li. *consequenter subsequitur;* Mo. 2 pro *constitutor* habet *fideiussor.* [12]) Mo. 2 *autem.*

spondeo[13]), fideiussor ero; si vero mando tibi ut Titio credas[14]), mandator ero[15]); si autem Titii obligationem in me transfero et me[6]) pro ipso liberando constituo debitorem, constitutor ero[17]), et actione[18]) de[19]) constituto potero conveniri, ut Cod. de constit. pecun. L. 1. — § 2. Fideiubere potest quicunque[20]) non prohibetur, quia hoc edictum prohibitorium est, sicut[21]) edictum de procuratoribus. Sed et filiusfamilias pro patre fideiubere potest[22]), ut Dig. eod. *Si dubitet* § *Filius* (L. 10. § 2). Mulier autem fideiubere non potest, ut C. XXXIII. qu. 5 *Mulierem* (c. 17) et Dig. ad SCtum Velleian. L. 1 et Dig. de reg. iur. L. 2[23]). Item clericus fideiubere prohibetur[24]), ut C. XI. qu. 1 *Te quidem* (c. 29) et infra eod. *Clericus* (c. 3; - Gr. c. 1. III. 22); si tamen fideiusserit[25]), tenetur, ut infra eod. c. penult. et ult. (Gr. c. 2 et 3 ibid.) Omni[26]) autem obligationi recte fideiussor accedit, ut Dig. eod. L. 1, nisi sit contractus legibus vel canonibus improbatus[27]), ut Dig. eod. *Cum lex* (L. 46). § 3. Tenetur autem fideiussor[28]) ad id, ad quod[29]) principalis[30]) debitor tenebatur, non autem in plus; nam[31]) in duriorem causam fideiussor obligari non potest, ut Dig. eod. *Fideiussor* (L. 16). Illud notandum[32]) etiam[33]), quod olim erat in potestate creditoris convenire, quem vellet, scil. vel reum vel fideiussorem, ut Cod. eod. L. *Iure* (L. 5); hodie vero praesente et solvendo[34]) principali debitore fideiussor conveniri non debet[35]), ut Cod. eod. Auth. *Praesente* (ad L. 3). — § 4. Ille vero pro quo fideiussit[36]) tenetur fideiussori[37]), ut eum liberet, vel si fideiussor solvit, tenetur ei in sortem et eius accessiones, ut infra eod. c. penult. et ult. (Gr. c. 2. 3. III. 22). Item si quid[38]) fideiussor bona fide impenderit[39]) ex causa fideiussionis, restitui ei[40]) debet ab eo[41]) pro quo fideiussit, sicut et

[13]) Idem *respondeo.* [14]) Mo. 1 *concedas.* [15]) Deest in Ha. et Pa.; Mo. 1 *eo.* [16]) In Mo. 2 deest *et me.* [17]) Pa. *constitutorē.* [18]) Mo. 2 et *actorem.* [19]) Ha. *et de.* [20]) Mo. 3 *qui.* [21]) Li. *ut.* [22]) Quae sequuntur desunt in Mo. 2 usque ad *ut C. XXXIII etc.* [23]) Deest in Ha. [24]) Mo. 3 *clerici ... prohibentur.* [25]) Li. *Item clericus sit non fidejussor; si fide jusserit etc.*, omissis locis laudatis. [26]) Li. *Nom. autem*, Mo. 2 *non enim oblig.* [27]) Li. *nisi fuerit c. l. v. c. ꝑbatus.* [28]) Idem *tenetur de fidejussione.* [29]) Pa. *fideiussor ad quod*, Li. *ad id quod.* [30]) Ha. *principaliter.* [31]) Mo. 2 *non autem.* [32]) Sic Ha., dum ceteri perperam *illud* ad *fideiussor* trahunt, ac si in L. 16 cit. esset *§ illud.* [33]) Li. *tamen;* Mo. 2 utrumque omittit. [34]) Exceptis Vi., qui non habet *et solvendo*, sed post *debitore* interserit *desolvendo*, atque Mo. 3, qui plane omittit *et solvendo*, omnes Codd. concordant; at in Mo. 1 supra linea additum videmus *existente.* [35]) In Mo. 3 *convenitur.* [36]) Li. *fideiusserit.* [37]) Ha. vitiose etiam hic habet *fideiussor* et mox tam *si* quam *solvit* omittit, unde prorsus sensu carent, quae scripserit Bernardus. In Mo. 3 desunt omnia, quae praecedunt inde a *ut Cod. eod. Auth.* [38]) Ha. *quis* et mox *fideiussio* pro *fideiussionis.* [39]) Mo. 3 *impendat.* [40]) Mo. 2 omittit. [41]) In Mo. 3 supra linea expost

in mandato contingit[42]), ut Dig. mandati *Si quis alicui* § *Impendia* (L. 27. § 4).

§ 5. Illud in summa notandum, quod exceptio quae competit reo competit et[43]) fideiussori, et si eam omiserit[44]) fideiussor sciens, non habet regressum contra debitorem, ut Dig. mand. *Idemque* § *Generaliter* (L. 10. § 12). Item si[45]) plures sunt fideiussores, pro parte sunt singuli conveniendi, ut Cod. eod. *Si fideiussor* (L. 27) et Dig. eod. *Si dubitet* (L. 10 pr.) et Instit. eod. § *Si plures* (§ 4). — § 6. Solet quaeri, an[46]) fideiussor in usuras teneatur? Videtur[47]), quod sic, ar. infra eod. c. penult. et ult. et Dig. mandati *Si mandatu* (L. 59) § penult. et Dig. de administr. rer. ad civit. pertin. L. 2 § ult.; e contra videtur, quod non[48]), ar. Cod. eod. *Si fideiussor* (L. 27) et Cod. quod cum eo *Si mandator* (L. 8) et Dig. eod. *Fideiussores*[49]) § *Pro* (L. 68. § 1). Ad hoc respondendum[50]): refert, largiter[51]) fideiussit quis in solum debitum, an in omnem causam; primo casu non tenetur[52]) in usuras, secundo tenetur ar. Dig. locati *Quaero* (L. 39). § 7. Item pro fideiussione praelati ecclesia non tenetur, ar. Dig. de peculio *Quotiens*[53]) § 1 (L. 46).

TITULUS XIX.

De solutionibus.

Diximus de obligationibus reorum et fideiussorum[1]); nunc de solutionibus dicamus[2]), quibus res solvitur, ut persona liberetur[3]). Videamus igitur, quid sit solutio, quae eius species, quis solvere debeat, cui, et quis sit[4]) eius effectus.

§ 1. Solutio est redditio[5]) eius quod debetur. — § 2. Duae autem sunt[6]) species solutionis[7]), naturalis scil. et civilis; vel ita:

additum est *pro eo.* [42]) Pa. *et mandatori;* Mo. 3 non habet *et;* Mo. 2 *contingeret.* [43]) Deest in Mo. 3. [44]) Ha. et Li. *commiserit;* Mo. 2 *omisit.* [45]) Li. *ubi;* in Mo. 3 deest *item.* [46]) Pa. et Vi. cum Mo. 3 *si.* [47]) Mo. 2 *et videtur.* [48]) In Ha. deest *non.* [49]) Pa. *si fidejussores.* [50]) Mo. 2 *respondeo.* [51]) Li. *an largiter;* Mo. 3 *utrum fidejussit,* omisso *largiter.* [52]) Quae hinc sequuntur usque ad *tenetur* tam in Mo. 1 quam in Vi. librarius omisit. [53]) Li. *de peculio clericorum S. § 1.*

Tit. 19. — [1]) Li. *de obl. rerum et fideiussoribus,* Vi. *de fideiussorum et reorum obligatione.* [2]) Quae sequuntur non extant in Mo. 2. [3]) Li. *quibus solvitur vel liberabitur persona.* [4]) Li. *et cui quis;* Vi. et Mo. 2. 3 omittunt *sit.* [5]) Ha. *reditio.* [6]) In Ha. et Pa. deest *autem,* Li. habet *enim.* [7]) Pa. *speciales;* Mo. 2 habet *Eius duae sunt* omittitque hinc *solutionis.* [8]) Excepto Mo. 2 omnes Codd. *ymaginaria.* [9]) Li. *cui debetur quod debetur.* [10]) Eorum, quae supra vides, loco in Mo. 3 eoque solo haec habentur: *Quid sit vera, patet; imaginaria est ut per etc.* [11]) Mo. 3 *per nominationem sive acceptionem;* Ha. pro *vel* itidem habet *sive;* Pa. post *vel* repetit *per.* [12]) In Mo. 2 desunt ista: *quod tibi debeo.* [13]) Sic omnes Codd., uno excepto Li., in quo haec occurrunt: *acceptū q; ē 't.* [14]) In Vi. deest *non,* quod in Mo. 1 expost supra linea adiecit quis. [15]) Li. *princ. persona debitor fideiussor.* [16]) Mo. 3 *successores.* [17]) Omittit Mo. 2. [18]) Quae pag. 76. nota 15 de hoc canone diximus, inde comprobantur, quod hoc loco in Mo. 1 expost additum legimus § *Hos ius,* quin ipse Bernardus istum canonem pro authentico mox declarat. [19]) Deest in Li. et Vi. [20]) Deest in Pa. et Mo. 3. [21]) Li. *utatur.* [22]) Pa. perperam *et alii* habet atque mox *liberando.* [23]) Codd. habent omnes *videor;* iam vero, qui solvit liberaturque, quidquam accepisse non potest dici. [24]) Sic Li.; in ceteris deest *et.* [25]) Sic Ha. et recte; ceteri habent *liberatur.* [26]) Ita Mo. 2 et 3 cum Vi.; ceteri *sed.* [27]) In Pa. pro *Vero etc.* haec occurrunt *nō sic et cum tutori et debitor.* [28]) Li. *quod et quidam dicunt.*

duae sunt eius species, vera solutio et imaginaria[8]). Naturalis sive vera, ut cum solvitur quod debetur[9]); civilis sive imaginaria[10]), ut per novationem vel acceptilationem[11]), ut: „Habesne acceptum quod tibi debeo?“[12]) Resp. „Habeo acceptum tuli“[13]), ut in Inst. quib. mod. oblig. tollitur § 1. Quaedam etiam pro solutione habentur, ut sollemnis depositio, ut Cod. eod. *Obsignatione* (L. 9), fructuum perceptio, compensatio et pactum de non[14]) petendo. — § 3. Solvere autem debet principalis debitor, sed et fideiussor[15]), item heredes eorum, ut Dig. de fideiuss. *Potest* (L. 4) § 1. Item et successor[16]) debita antecessoris, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 23), ita tamen, si fuerint pro ecclesiae utilitate vel necessitate contracta[17]), ut C. X. qu. 2 *Imperator* (c. 2)[18]); curiosus enim[19]) debet esse creditor[20]), quo vertatur[21]), ut in illo authentico notatur, et Cod. si adversus creditor. L. 1 et Dig. de in rem verso *Quod si* § *Nec non* (L. 3. § 6). § 4. Solvendum est autem ei cui debetur. Qui vero eo invito alii solvit, non se liberat, ut Cod. eod. *Invito* (L. 12); voluntate autem creditoris alii solvendo me libero[22]), ut Cod. eod. *Nihil* (L. 4), videtur[23]) enim quasi longa manu accipere solutionem, ut Dig. eod. *Pecuniam* (L. 79). Sed et[24]) procuratori eius solvendo liberabor[25]), ut Dig. eod. *Vero* (L. 12); sic[26]) et tutori, ut Dig. eod. *Debitores* (L. 28)[27]). — § 5. Effectus solutionis est, ut et reus et fideiussor et pignora liberentur, ut Inst. quibus modis oblig. toll. in pr.

§ 6. Illud in summa notandum, quod qui dicit[28]) se solvisse probare debet, ut Cod. eod. L. ult.

TITULUS XX.

De donationibus.

Egimus de contractibus, quibus res non gratuito titulo alienantur [1]). Nunc agendum est de donationibus, quibus res gratis transferuntur; dicamus igitur [2]), quid sit donatio, quae eius species, quis donare possit et quid, quae donatio requirat scripturam, qualiter perficiatur, et ad quid donator teneatur, et qualiter donatio [3]) revocetur.

§ 1. Donatio est datio ex liberalitate procedens [4]), dicta donatio, quasi dono datio [5]), ut Dig. de donat. causa mortis *Senatus* (L. 35). — § 2. Duae sunt [6]) species donationis, scil. inter vivos et causa mortis; donatio [7]) inter vivos est, quando rem quam dono malo alium habere, quam me ipsum, donatio vero causa mortis [8]), quando malo me habere [9]), quam alium, sed [10]) magis alium, quam heredem meum, ut Dig. de don. causa mort. L. 1 [11]). — § 3. Donare autem potest, quisquis est suae potestatis, ut paterfamilias; servus autem vel filiusfamilias donare non potest [12]), ut Dig. eod. *Filius* (L. 7), nec pupillus [13]) sine tutoris auctoritate, ut Dig. de acquir. rer. dom. *Pupillus* (L. 11); item monachus et qui propriis renuntiavit, ut conversus, donare non potest [14]), ut Di. LIV. *Abbati* (c. 22) [15]). — § 4. Donari vero non potest, quod in recipientis dominium transire non potest, ut Dig. eod. *In aedibus* (L. 9) § ult.; si ergo dones mihi solem aut lunam vel liberum hominem [16]), nihil agis. Praelatus etiam res [17]) ecclesiae donare non potest, cum non sit ei [18]) donare commissum, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. III. 24), et ar. Dig. de offic. procur. caes. L. 1 et Dig. eod. *Filius* (L. 7), et Dig. de peculio *Qui peculii* (L. 46); rem tamen modicam [19]) donare

Tit. 20. — [1]) Mo. 2 et 3 *alienatur.* [2]) Li. *ergo.* [3]) Mo. 1, quod tamen in ipso Cod. correctum est, habet *donando.* [4]) Ha. *Don. est donatio ex libertate procedens sive ex liberalitate,* Li. *Don. est donatio ex lite procedens.* [5]) Li. *denodata.* [6]) Deest in Pa. [7]) Non repetitur *donatio* in Pa., nec adest in Li. [8]) In Li., Mo. 2 et Vi. additur *est.* [9]) Li. *malo habere rem.* [10]) Mo. 2 *et.* [11]) In Pa. L. 2 laudatur, sed minus bene. [12]) Sequentia usque ad *sine* omisit neque expost addidit Mo. 3 librarius. [13]) Li. *filius vero pupillus.* [14]) Quae sequuntur, exciderunt in Li. usque ad *ut Dig. in aedibus.* [15]) Ha. librarius, hic quoque Di. et Dig. siglam commutando, ad *Dig. L. 4. Abbati* remittit. [16]) In Li. desunt *vel lib. hom.* [17]) Sic Pa. cum Li.; ceteri *rem.* [18]) Deest in Li. [19]) Idem *rēm medicam.* [20]) Mo. 3 *et bene et merito.*

potest, ut infra eod. c. 3 (Gr. c. 3 ibid.); sed et bene merito [20]) donare [21]) potest, ut C. XII. qu. 2 *Quicunque* (c. 66), *Ecclesiasticis* (c. 67); similiter in aliis casibus, de quibus diximus in tit. de rebus eccles. alienandis. — § 5. Non autem requirit scripturam donatio citra summam quingentorum solidorum, quae scriptura insinuatio dicitur, ut Cod. eod. L. penult. et ult., ultra vero requirit, ut ibidem colligere potes [22]); inde excipitur [23]) donatio, quae fit a principe, item quae fit ecclesiae a quocunque, ut Cod. eod. *Sancimus* (L. 34) et ar. in Auth. de non alien. § *Sinimus* [24]) (Nov. 7. c. 2. § 1). § 6. Perficitur autem donatio nudis verbis [25]), etiam sine rei traditione, ut Inst. eod. iuxta princ. — § 7. Tenetur autem donator ad rem tradendam, ut Inst. eod. § 1; non autem tenetur de evictione, ut Dig. eod. *Aristo* (L. 18) [26]); item non tenetur nisi in quantum facere potest, i. e. habita ratione eius [27]) ne egeat, ut Dig. eod. *Qui id* (L. 33). — § 8. Revocatur autem donatio, si fuerit ultra legitimum modum [28]) et quatenus [29]) legitimum modum excedit [30]), ar. C. XII. qu. 2 *Si quos* (c. 57) et Cod. eod. *Sancimus* (L. 34). Item revocatur inofficiosa, puta si donet quis [31]), quicquid habet, ut Cod. de inoffic. donation. [32]) *Si totas* (L. 5); item propter natos postea [33]) filios, ut C. XVII. qu. 4 *Quicunque* (c. 43); item propter ingratitudinem, veluti si donatarius atrocem iniuriam intulit [34]) donatori [35]), ut Cod. de revoc. donat. *Generaliter* (L. 10). Pater autem filio non emancipato et maritus uxori [36]) donare [37]) non potest, et ideo huiusmodi donatio revocatur [38]), ut Cod. de don. int. vir. et ux. *Nec.* (L. 4), *Donationes* (L. 25).

§ 9. Illud in summa notandum, quod donatio facta ecclesiae his

[21]) Pro *donare* Li. ponit *dare.* [22]) Pa. et Mo. 3 *colligi potest,* Mo. 2 *colligitur.* [23]) Mo. 3 *excipiuntur.* [24]) Locus iste, praeterquam in Mo. 1, atque Vi., in omnibus recurrit Codd., sed varie, cum Ha. et Mo. 2 habeant *sīmus,* Li. *Siinto,* Pa. vero, dummodo recte viderit filius, *scissim*[9], Mo. 3 *Si minus.* Glossam ad L. 34 Cod. cit. s. v. *ad quingentorum* qui inspexerit, pro haud vana coniectura habiturum esse spero, quod *sinimus* supra posuerim, et ad § 1. c. 2. Nov. 7 cum aliis glossatoribus Bernardum respexisse putem pro sua aliorumque, licet falsa, opinione ex legibus firmanda. [25]) Sic Li. cum Mo. 3, qui tamen non habet *autem;* in ceteris Codd. ante *nudis* aeque intersertum est *etiam.* [26]) Quae sequuntur, desunt in Pa. [27]) Deest *eius* in Li. et Mo. 2; in Mo. 3 desunt omnia, quae praecedunt inde a *non autem.* [28]) Quae sequuntur, in Li. exciderunt omnia usque ad *ar. C. XII etc.* [29]) Ha. *quatetenus.* [30]) Ha. cum Mo. 2 *extendit.* [31]) Sic Li. quem sequor, licet in ceteris omnibus desit *quis.* [32]) Codices legunt *eod.,* sed palam est, Bernardum titulum de inoff. donat. in animo habuisse. [33]) Li. addit *proprios.* [34]) Pa. *attulit.* [35]) Omittit Mo. 3. [36]) Ha. *uxor,* Li. *uxore.* [37]) Li. *dare.* [38]) In Pa. librarius hoc loco addens, priori omittens *non,* omnia in plane contrarium sensum vertit.

de causis solet revocari: propter[39]) appositam conditionem, ut Cod. de cond. ob caus. dat. *Ea lege* (L. 3), propter pacti turpitudinem, ut C. I. qu. 3 *Si quis dator* (c. 2), propter dantis iniquitatem, ut C. XIV. qu. 5. c. 1. 2 et 3, propter dati[40]) enormitatem, ut C. XIII. qu. 2 *Si quis irascitur*[41]) (c. 8), propter suscipientium fraudem, ut C. XVI. qu. ult. *Constituit* (c. 42), propter supervenientem filiorum nativitatem, ut C. XVII. qu. 4 *Quicunque* (c. 43), propter dantis impotentiam, ut C. XVII. qu. 4 *Quaesti* (c. 41). — § 10. Item illud notandum[42]), quod ea, quae donantur clerico intuitu ecclesiae, ecclesiae acquiruntur, quae vero intuitu personae, in bonis ipsius clerici computantur, ut C. XII. qu. 1 *Episcopi* (c. 19) et qu. 3 *Quicunque* (c. 2), et infra de testam. *Admonet* (c. 8; - Gr. c. 14. I. 9).

TITULUS XXI.

De peculio clericorum.

Diximus de donationibus; sed quoniam clerici de suo peculio donare[1]) possunt, consequenter[2]) de ipsorum peculio dicamus[3]). Videamus ergo[4]), quid hic peculium appelletur[5]), unde dicatur, quae eius species, quibus clericis liceat habere peculium, et quid de ipso facere possint.

§ 1. Peculium hic appellatur, quod ab aliquo clerico[6]) velut[7]) proprium possidetur[8]); usualiter autem peculium solet dici filiorum et[9]) servorum, scil.[10]) quod pater concedit filio vel[11]) dominus servo, de quo agitur in Cod. quod cum eo, et Dig. de peculio, et

[39]) Codices hic quidem nullo, et in sequentibus uno Mo. 2 excepto, omnes exhibent *per*, non *propter;* quin in Mo. 1 recentior manus primo loco *per* in *propter*, et mox in *per* commutavit eam siglam, qua scriptor fuerat usus neque quidquam posset significari, nisi *item*. Tamen nullus dubitavi, meliorem lectionem scil. *propter* ubique ei substituere, quae codicum auctoritati inniteretur. Ceterum notandum est, in Li. post *solet revocari* sic pergere, si non auctorem, certe scriptorem: *ut per sitā conditionem datorum ob causam ea lege.* [40]) Ha. et Pa. falso repetunt *dantis.* [41]) In Codd. omnibus, ni forte, uti Mo. 2 et 3, in verbis *si quis* subsistant, occurrit *si quis iratus*, quo quidem initio duo utuntur Decreti canones, scil. c. 5. C. II. qu. 3 et c. 22. Di. I. de poenit., eorum vero neuter ullo modo ad rem facit. [42]) Mo. 3 *in summa notandum.*

Tit. 21. — [1]) Mo. 3 *dare.* [2]) Li. *ideo consequenter.* [3]) Pa. *audiamus.* [4]) Ha. et Mo. 2. 3 *igitur*, in Li. deest. [5]) Pa. *quid sit hic peculium.* [6]) Hoc verbum, quod in solo Mo. 1 idque ex posteriori correctura occurrit, addere tamen malui propter ea, quae mox ipse profert Bernardus. [7]) Mo. 3 *tamquam.* [8]) In Li. ista omnia plane desunt. [9]) Li. *vel.* [10]) Deest in Li. [11]) Vi.

Inst. quod cum eo[12]); hic vero peculium dicitur, quod clerici possident quasi[13]) suum, ut infra de success. ab intest. c. 2 (Gr. c. 2. III. 27). — § 2. Dicitur autem peculium a pecunia et pecunia a pecoribus[14]), quia antiquorum pecunia in pecoribus erat, ut legitur de Iob, Abraham, Isaac et Iacob, ut C. I. qu. 3 *Totum* (c. 6). § 3. Duo vero[15]) sunt peculia clericorum, aliud[16]) ab ecclesia proveniens, quod profectitium[17]) vocari potest, aliud aliunde procedens, quod potest adventitium[18]) nuncupari[19]), puta quod provenit[20]) clerico ex suo artificio vel alia qualibet acquisitione intuitu personae. § 4. Licet autem omnibus clericis habere peculium, qui propriis non renuntiaverint, ut clericis secularibus[21]); non autem canonicis regularibus aut monachis vel monachabus[22]), licet apud Papiam propria[23]) teneant moniales sicut foeminae seculares[24]), forte fretae[25]) illius canonis auctoritate C. XII. qu. 5 c. ult.; sed illud refertur[26]) ad antiqua tempora, quibus[27]) erant quaedam[28]) monachae seculares[29]), quarum vita improbatur C. XVIII. qu. 2 *Perniciosam* (c. 25); quantum enim ad religionem pertinet, sexus differentia non habetur[30]), ut in Auth. de monachis § ult. Coll. I. (Nov. 5. c. 9. § 1); confirmatur autem haec nostra[31]) sententia infra de testam.[32]) *Quia* (c. 3; - Gr. c. 2. III. 26). Utrum autem clericis liceat[33]) propria possidere, tractatur in C. XII. qu. 1 per totam quaestionem[34]); utrum vero conversis secularium ecclesiarum[35]) liceat habere propria, prudentes certant et adhuc sub iudice lis est; nos autem[36]) sic distinguere solemus. Tria sunt genera conversorum: conversi professi, conversi simpliciter, et devoti[37]). Professi nec propria habere, nec uxorem[38]) ducere nec prius accepta uti possunt, ut C. XXVII. qu. 1 c. *Ut lex* (c. 40). Conversi simpliciter sunt, qui ad ecclesias se convertunt seculares non facta professione; hi

omittit. [12]) Dig. et Inst. tit. in Mo. 2 non laudantur. [13]) Ha. *velud*, Mo. 1 *velur.* [14]) Ha. *pecul. et pecun. a pecor.*, Pa. *pecul. a pecun. et pecor.* [15]) Pa. *vera;* in Ha. deest. [16]) Ha. *unum.* [17]) Ha. *profectisium.* [18]) Ha. *provectitium*, Li. *ad venticum.* [19]) Pa. *nuncupatur* pro *potest nuncupari.* [20]) Pa. *convenit.* [21]) Li. *clerici seculares*, Mo. 3 *clericis scolaribus.* [22]) Pa. *monachalibus*, Mo. 3 *monialibus.* [23]) Mo. 3 *proprium.* [24]) Idem hic quoque habet *scolares.* [25]) Non est in Pa. *forte*, in Mo. 3 *fretae.* [26]) Mo. 1 *reffertur.* [27]) Sic Li.; ceteri omnes *quo.* [28]) Deest in Li. [29]) Hoc loco in Mo. 3 *scolares* in *seculares* correctum videmus. [30]) Vi. *sexus discretio non habetur vel differentia*, Mo. 2 *sexus differentiam non habet.* [31]) Mo. 3 hinc usque ad *utrum* lacunam exhibet. [32]) Ha. *testibus.* [33]) Li. perperam *quia numquam liceat clericis.* [34]) Vi. omittit *quaest.* [35]) Deest *ecclesiarum* in Li. et Vi. [36]) Mo. 2 omittit. [37]) Ha. *conversi devoti;* Mo. 3 *conversorum: conversi, professi et devoti.* [38]) Ha. et Pa. *uxores.*

secundum magistrum Iohannem [39]) propria habere [40]) et uxores accipere [41]) possunt, sicut et clerici seculares [42]) in minoribus ordinibus constituti, ar. Di. XXXII. *Seriatim* [43]) (c. 14); dicunt tamen quidam, quod nec propria habere nec uxores ducere possunt, nisi aliter [44]) fuerit in eorum receptione expressum, ar. C. XII. qu. 1 c. *Duo* (c. 7) et ar. Di. XXVIII. *Diaconi* (c. 8). Devoti sunt, qui se cum uxoribus devovent deo, non [45]) tamen propria refutant nec castitatem promittunt, sed ita, quod eorum bona ecclesiae post mortem [46]) esse debent; hi et propria habere et uxores ducere possunt, quia non constringuntur [47]) districtiori [48]) religione [49]), quam assumere noluerunt [50]), ar. C. XX. qu. 3 *Praesens* (c. 4); si autem postea filios genuerint [51]), in bonis Christum faciunt [52]) unum filium [53]), ut C. XIII. qu. 2 *Si quis irascitur* [54]) (c. 8). In conversis professis ipsa professionis sollemnitas usque [55]) adeo necessaria videtur [56]), ut sine ipsa non credatur professus, ar. infra qui clerici [57]) vel vov. matrim. contr. poss. c. *Meminimus* (c. 6; - Gr. c. 3. IV. 6) et c. *Consuluit* (c. 7; - Gr. c. 4 ibid.), *Veniens* (c. 8; - Gr. c. 5 ibid.) et C. XVII. qu. 2 *Consaldus* (c. 1), nisi professus tacite intelligatur, ut qui se reddit monasterio vel canonicae [58]) regulari vel hospitali in conversum [59]). In aliis autem [60]) conversis illam sollemnitatem credo esse de substantia conversionis, ut reddat se praelato ecclesiae, vel fratribus ratum habente praelato, ut mutuo [61]) interveniente consensu fiat ecclesiae sponsus; alias [62]) autem sollemnitates de substantia conversionis esse non [63]) credo, ar. C. XXX. qu. 5 c. *Aliter* (c. 1).

§ 5. Nunc [64]) videamus, quam potestatem [65]) habeant clerici de peculio suo [66]); et certe profectitium peculium possunt, dum in ipsa

[39]) Vi. *Iohêm*, Li. *Iohm*, Mo. 1 et 2 atque Pa. *Io.*, Ha. *io.*; Mo. 3 *secundum § magistri.* [40]) Li. *habent.* [41]) Ha. et Mo. 2 *ducere.* [42]) Ha. scriptor ex incuria priora repetendo hic *non facta professione et* interiecit. [43]) Li. *Duo* (v. infra); intermedia omnia exciderunt. [44]) Ha. *universaliter.* [45]) Li. *nec.* [46]) Ha. addit *suam;* Li., Mo. 2 et Vi. *eorum.* [47]) Sic Ha. et Pa., quorum lectio communi, scil. *coguntur* mihi praeferenda videtur. [48]) Pa. *dissclori* i. e. *discretiori;* Mo. 3 *districtionem.* [49]) In omnibus Codd. *religioni*, excepto Mo. 3 qui habet *religionis.* [50]) Ha. *voluerunt*, Vi. *voluere*, Li. *nisi quam acc. volunt.* [51]) Ha. *generaverint.* [52]) Idem et Vi. *facient.* [53]) Li. *in bonis fiunt filiorum*, Mo. 2 et Vi. *unum filiorum.* [54]) Hic quoque Codd. omnes *iratus*, sed aeque valet, quod supra p. 92. not. 41 monui; ceterum hae occurrunt varietates, quod Ha. et Pa. ad C. XII. qu. 2, Mo. 1 ad C. III. qu. 2 remittunt. [55]) Deest in Vi. [56]) Mo. 2 *est necessaria.* [57]) Quae sequuntur exciderunt in Vi. usque *ad C. XVII. etc.* [58]) Cum pro *canonicatu* vel *canonia* teste du Cange etiam *canonica* in usu fuerit veterum diplomatum scriptorumve, hanc formam nolui contra omnium Codd. fidem commutare in illam. [59]) Pa. *conversus.* [60]) Ha. perperam *his;* Mo. 3 omittit *autem.* [61]) Mo. 3 *inmutuo.* [62]) Mo. 1 et Li. *aliae.* [63]) Mo. 3 omittit *non.* [64]) Li. habet *illuc*, quasi praeter cap. 1 alterum eiusdem qu. cap. laudaverit Bernardus.

ecclesia vivunt, et praecipuum habere [67]) et retinere et inde moderate [68]) donare [69]), ar. infra de testament. *Ad haec praesentibus* [70]) (c. 5; - Gr. c. 9. III. 26); ab illa [71]) vero ecclesia transeuntes vel morientes [72]) ipsi ecclesiae relinquere debent, ar. infra de testam. *Cum in officiis* (c. 4; - Gr. c. 7 ibid.), nec obstat [73]), quod ea quae ab ecclesiis [74]) proveniunt, clericis communiter [75]) sunt habenda, ut Di. XXXII. *Praeter hoc* (c. 6); nam illud intelligitur, antequam sua [76]) cuique [77]) portio assignetur. De peculio vero adventitio potestatem habet clericus, et inter vivos et causa mortis cui [78]) voluerit conferendi [79]), etiam regi Arturo (vel Baccho) [80]), ut C. XII. qu. 2 *Quicunque* [81]) (c. 66) et infra de testam. *Quia* (c. 3; - Gr. c. 2 ibid.), *Admonet* [82]) (c. 8; - Gr. c. 14. I. 9). De cetero solet quaeri in ecclesiis conventualibus [83]), an id [84]), quod acquirit sacerdos ex missa non populari, sed peculiari vel votiva, praecipuum [85]) possit habere; ubi distinguendum puto [86]), an ille qui missam cantari [87]) facit habeat intuitum personae an ecclesiae; primo casu illius [88]) erit sacerdotis, secundo in bonis ecclesiae computatur, ut C. XII. qu. 3 *Quicunque* (c. 2) [89]) et Di. XXXII. *Praeter* (c. 6); sed tamen si alii nolunt esse participes laboris, nec sint [90]) participes consolationis, cum scriptum sit [91]): „Qui non laborat, nec manducet", ar. supra de praeb. *De cetero* (c. 4; - Gr. c. 7. III. 4) et C. XIII. qu. 1 § *Quia ergo* (Grat. dict. ad c. un.), nisi aliter se habeat [92]) ecclesiae [93]) consuetudo [94]).

§ 6. Illud [95]) in summa notandum, quod si tu clericus in praedio ecclesiae hortum vel vineam [96]) feceris, in tua vita praecipuum possidebis [97]), ut infra eod. tit. c. ult. (Gr. c. 5. III. 26).

[65]) Li. *partem.* [66]) Mo. 3 non habet *suo.* [67]) Li. *possunt habere*, omissis intermediis; Mo. 3 *et praecipiunt habere etc.* [68]) Mo. 3 *inmoderate.* [69]) Ha. et Mo. 3 *dare.* [70]) Sic Mo. 1 et 3 cum Vi.; Li. *adh' posst;* Ha. et Pa. *ipsum;* an forte *primum?* cum et c. 7 initium sit *Ad haec.* [71]) Deest in Ha. [72]) Mo. 3 *moventes.* [73]) Deest ibidem; in Mo. 2 desunt omnia, quae praecedunt inde a *ab illa vero.* [74]) Ha. *ecclesia.* [75]) Li. *com . . niter hnda.* [76]) Deest in Li. [77]) Deest *cuique* in Mo. 2. [78]) Ha. *etiam cui.* [79]) Mo. 3 *assignandi et conferendi.* [80]) Ha. habet *Arturo*, Pa. *Bacco*, Mo. 1 *Boccho*, Mo. 2 *Boco*, Vi. *Bocho*, Mo. 3 *regi* nullo adiecto nomine, Li. *et regibaccho;* inter quas varietates, cum pro libitu librarii hanc illamve personam fabulosam nominasse videantur, equidem optionem facere nolui, sed eorum ipsorum more adiiciens *vel* utramque lectionem in textum recepi. [81]) Mo. 1 *quisquis* i. e. c. 19. [82]) Istud cap. non allegatur in Mo. 2. [83]) Ha. *convencionalibus.* [84]) Li. omittit. [85]) Idem *pretium.* [86]) Mo. 2 *distinguitur.* [87]) Vi. *cantare*, Mo. 2 *cantari facit intuitu etc.* [88]) Vi. *et primo;* Mo. 3 omittit *illius.* [89]) Quae sequuntur omittit Mo. 3, ubi post *Quicunque* legitur *non sint participes consolationis.* [90]) Mo. 2 *sunt.* [91]) Deest *sit* in Mo. 3. [92]) Ha. *nec al. se habet.* [93]) Sic Li.; alias *ecclesiastica.* [94]) In Mo. 3 desunt *nisi aliter etc.* [95]) Ha. praemittit *item.* [96]) Pa. *aut vineas.* [97]) Li. *vita pcii pscbes.*

TITULUS XXII.

De testamentis et ultimis voluntatibus [1]).

Tractavimus de donationibus [2]) inter vivos et causa mortis; sed quoniam donatio [3]) causa mortis solet fieri in testamentis [4]), de testamentis dicamus [5]); vel ita: diximus de alienationibus, quae fiunt inter vivos, nunc de alienationibus, quae fiunt in ultimis voluntatibus et testamentis, subiungamus [6]). Videamus igitur, quid sit testamentum, unde dicatur, qualiter conficiatur, quot eius species, quot [7]) testes requirantur [8]), quis possit facere testamentum, qualiter confirmetur vel infirmetur [9]), et quis sit [10]) effectus ultimae voluntatis.

§ 1. Notandum autem quod testamentum [11]) pluribus modis dicitur. Dicitur enim testamentum divina lex scripta, ut vetus et novum testamentum; dicitur etiam testamentum, quod quis [12]) pro anima sua relinquit [13]), ut infra eod. *Relatum* (c. 10; – Gr. c. 11. III. 26); dicitur etiam testamentum et magis proprie dispositio de rebus morientis, in qua significatione hic accipitur [14]) testamentum et sic diffinitur: Testamentum est dispositio, qua quis disponit, quid [15]) de rebus suis post mortem suam fieri velit, et dicitur testamentum quasi testatio mentis i. e. manifestatio voluntatis. § 2. Duae [16]) sunt species testamenti [17]), scil. in scriptis et sine scriptis, quod dicitur nuncupativum [18]). — § 3. Fit autem cum multa sollemnitate [19]), adhibitis [20]) septem testibus rogatis, masculis [21]), liberis et bonae famae; et instituendus est heres unus pluresve [22]), ut Cod. eod. *Hac consultissima* (L. 28), *Iubemus* (L. 29).

Tit. 22. — [1]) Deest *et ult. volunt.* in Mo. 2. [2]) Ha. librarius scripsit, sed ipse delendum curavit *ultimis voluntatibus.* [3]) Deest in Vi. [4]) Itidem omittit *in testam.* [5]) In Mo. 3 exciderunt quae sequuntur usque ad *videamus.* [6]) Ha. omittit *et testamentis* habetque *subiiciamus;* Li. *et de test.;* Vi. et Mo. 2 *dicamus.* [7]) Ha. addit *eius.* [8]) Li. *requiruntur in testamento.* [9]) Desunt in Vi. *vel infirmetur* itidemque in Mo. 1, ubi supra linea addita sunt manu correctoria. [10]) In Li. perperam interseritur *ejus,* omisso *sit,* sed retentis ultimis verbis, quae Mo. 2 retinens recte legit *eius.* [11]) Deest in Mo. 3. [12]) Li. *quisque,* Vi. *id* quod id. [13]) Li. *reliquit.* [14]) Idem *accipiunt.* [15]) Non habet Li. [16]) Li. addit *namque.* [17]) Mo. 3 *testamentorum.* [18]) Hisce verbis spatium vacuum reliquit Ha. scriptor. [19]) Mo. 1 *voluntate,* cui tamen verbo expost superscriptum est *sollempnitate.* [20]) Li. *ut adhibitis etc.* [21]) Ha. interserit *et.*

inde excipitur testamentum militis [23]), quod huiusmodi sollemnitates non requirit, ut Cod. de testam. militis *Quamquam* (L. 3). Sunt autem necessarii VII testes, ut Cod. eod. *Hac consult.* [24]) (L. 21); inde excipitur testamentum, quod fit praesente Imperatore, eius enim praesentia sufficit pro omnibus sollemnitatibus, ut Cod. eod. *Omnium* (L. 19); inde [25]) excipiuntur testamenta [26]) rusticorum, in quibus sufficiunt quinque testes, ut Cod. eod. L. ult. Hodie vero in his, quae ecclesiis [27]) relinquuntur, duo [28]) testes sufficiunt, ut infra eod. *Cum* (c. 9; – Gr. c. 10 ibid.), *Relatum* (c. 10; v. s.). § 4. Restat videre, quis possit facere testamentum, quod satis apparebit [29]), si dixerimus [30]), qui non possint [31]). Nam ecce qui in aliena est potestate, testamentum facere non potest, ut servus et filiusfamilias; inde excipitur filiusfamilias miles [32]), qui de castrensi peculio vel quasi castrensi potest condere [33]) testamentum, ut in Inst. quib. non est perm. fac. testam. in princ. [34]); item si [35]) filiusfamilias habet salarium ex patrocinio causarum, in eo [36]) quasi castrensi testari potest, ut Cod. de advoc. divers. iudic. *Fori* (L. 4) et *Cum advocatis* (L. 8) et Cod. de assessoribus *Velut* (L. 7); item prodigus, cui bonorum est administratio interdicta, et omnino [37]) surdus et mutus [38]) factionem testamenti [39]) non habent, ut in Inst. quib. non est perm. fac. test. in princ.; item [40]), qui propriis renuntiaverit, ut monachus, monacha [41]), regularis canonicus et conversus testamenta facere non possunt, ut C. XIX. qu. 3 *Quia* [42]) *ingredientibus* (c. 7) et in Authent. (c. 9) § *Nunc autem* [43]) (§ 4), et infra eod. *Quia* (c. 3; – Gr. c. 2 ibid.). Reliqui testamentum facere possunt, quia quicunque non prohibetur testamentum [44]) facere valet [45]),

---

[22]) Ha. *vel plures.* [23]) Iis quae sequuntur usque ad *quamquam* expost addendis in Mo. 3 a librario relictum est spatium vacuum; similiter in Mo. 2 post *militis* vacat una linea, pergitque scriptor in altera: *inde excipitur test. q. fit praesente etc.* [24]) Ha. *L. ult.* [25]) Mo. 1 et Vi. *item.* [26]) Ha. *excipitur testamentum.* [27]) Ha. et Mo. 3 *ecclesiae.* [28]) Mo. 2 *et duo.* [29]) Ha. *apparet.* [30]) Pa. *sicut diximus.* [31]) Ha. *possunt.* [32]) Li. *et miles.* [33]) Ha. *condere non,* Pa. *concedere.* [34]) Haec verba *in princ.* desunt in Ha., Li., Pa. et Mo. 3. [35]) Li. et Mo. 2. 3 omittunt *si,* additurque illic mox *et* post *salarium,* hic vero *qui* post *filiusfamilias.* [36]) Ha. *patroc. tamen in eo.* [37]) Li. *ō (ideo).* [38]) Ha. *et omnino mutus et surdus omnino.* [39]) Li. *fationem testeri.* [40]) Quae hinc sequuntur, in Ha. librarius perverse et ex errore, cuius tamen sibi ipse non videtur fuisse conscius, iam superiori profert loco, scil. ante *item si filiusfamilias etc.* [41]) Pa. addit *facta.* [42]) Hinc Li. Cod. scriptor calamum usque ad *quicunque* transilire fecit. [43]) Ha. *et I. aūt nc.;* Pa. *et aut' nc aūt.;* Mo. 1 *et § Nunc aūt.* [44]) Mo. 3 pro *testamentum* habet *non.* [45]) Ha. *valent,* omnibus quae

quia cuncta licent, nisi decreto vel lege vetentur[46]), ut ar. Di. V. *Baptizari* (c. 3) et infra de desponsat. impub. c. 1 (Gr. n. p.) et Dig. de procurat. *Mutus* (L. 43. § 1) et Dig. de peculio *Licet* (L. 3) § 1[47]). — § 5. Confirmatur[48]) autem testamentum morte testatoris, sicut et[49]) Apostolus dicit; item[50]) confirmatur, si testator transeat ad religionem, sicut enim[51]) postea testamentum facere non potest[52]), ita prius factum mutare[53]) non potest; idem dico, si fiat talis, qui[54]) testamentum facere non possit. — § 6. Infirmatur[55]) autem[56]), si non est legitime factum, ut Cod. eod. *Ex imperfecto* (L. 3); item[57]) infirmatur vel rumpitur agnatione posthumi, ut Cod. de posthumis L. 1 et in Instit. de exhered. liberor. § 1; item rumpitur, si testator ipsum mutaverit alia aeque sollemni voluntate, ut in Inst. quib. mod. testam. infirm. — § 7. Sequitur de ultima voluntate, quae habet[58]) fieri in codicillis[59]) et legatis, in qua secundum leges semper[60]) quinque testes requiruntur, ut Cod. de codicill. L. ult.; aequitas vero sacrorum[61]) canonum duos sufficere arbitratur[62]), dicente Domino[63]): „In ore duorum vel trium etc.“[64]), ut infra eod. *Cum* (c. 4; - Gr. c. 7 ibid.) et *Relatum* (c. 10; - Gr. c. 11 ibid.). — § 8. Effectus autem ultimae voluntatis est, ut debeat omnino servari, ut C. XIII. qu. 2 *Ultima*[65]) (c. 4) et in Auth. de hered. et Falc. § 1 (Nov. 1. pr. § 1) et infra eod. *Nos quidem* (c. 12; - Gr. c. 3 ibid.).

§ 9. Illud in summa notandum, quod heredes tenentur[66]) implere voluntatem testatoris[67]), alioquin eis est hereditas auferenda, ut C. XI. qu. 1 *Sylvester*[68]) (c. 13) et infra eod. *Si heredes* (c. 11;

---

post *facere* succedunt, ex incuria omissis. [46]) Mo. 1 *vententur*. [47]) Sic Codices omnes; atvero lex 3 cit. nequidquam ad rem facit, quae et plane deest in Cod. Pa., ubi haec σ. *i G = § 1. § autem* occurrere notavit filius, quae, quid sibi velint, aeque non video. [48]) Deest in Pa., uti ex iis apparet, quae notavi. [49]) Deest in Li.; Mo. 2 *ut Apost.* [50]) Mo. 3 *item testamentum.* [51]) Mo. 2 *etiam.* [52]) Li. *sic enim postea t. f. n. p. sit servus*, omissis reliquis usque ad § seq. [53]) Pa., quantum ex filii notis coniicere licet, *immutare.* [54]) Ha. et Vi. *quod.* [55]) Mo. 3 *confirmatur*, sed falso. [56]) Omittit Li. [57]) Pa. omittit *item*, Mo. 3 omnia quae sequuntur, usque quo redit *item.* [58]) Sic Codd. omnes. [59]) Post *in codicillis*, omissis intermediis, legitur in Mo. 3 *L. ult., aequitas etc.* [60]) Omittit Pa. [61]) Deest in Mo. 3. [62]) Li. *arbitrantur*, Pa. sic habet: *e quibus vero secundum canones duo sufficere arbitrantur.* [63]) Cf. Lib. Deuteronomii c. 19. v. 15. [64]) Placuit Mo. 1 et 2, non aliorum sequi fidem, quorum Ha. pro *etc.* habet *constat omnis veritas*, Pa. et Mo. 3 vero ita pergunt: .. *trium testium fiet omne verbum*, similiterque Li. et Vi., ubi tamen pro *fiet* legitur *stet.* Etenim Bernardus dicti illius utpote omnibus notissimi a verbo in verbum recitationem facile potuit pro superflua habere, et quae obvia est varietas lectionum, inde solummodo orta videtur, quod ex sua quisque memoria librarii ipsa Domini verba curaverint addenda. [65]) Ha. *qu. 2 et ult.*, Li. *qu. 2 c. ult.* [66]) Pa. *heres tenetur:* et mox *ei.* [67]) Ha. et Pa. *testantis.* [68]) Ha.

Gr. c. 6 ib.) et Cod. de fideicom. L. ult. in fin.[69]) — § 10. Item[70]) illud notandum[71]), quod si quis prohibuerit aliquem testari, ab eius hereditate vel successione est repellendus, ut Cod. si quis aliqu. test. prohib. L. 2. — § 11. Item illud est nota dignum[72]), quod olim ecclesiae praelatus de his solis poterat condere testamentum, quae prius habebat, et de his quae per hereditatem[73]) propinquorum[74]) ei obvenerant, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 1 ibid.) et C. XII. qu. 5 *Nulli* (c. 1), *Fixum* (c. 4) et in Auth. de ecclesiast. titulis § *Interdicimus* Coll. IX. (Nov. 119. c. 13); hodie vero de omnibus[75]), quae ei obveniunt[76]) non intuitu ecclesiae, potest condere testamentum, ut infra eod. *Quia* (c. 3; v. s.) et C. XII. qu. 3 *Quicunque* (c. 2). — § 12. Item illud notandum[77]), quod, licet monachus, regularis canonicus vel conversus[78]) nequeat facere testamentum, tamen factus episcopus poterit pro sua[79]) sepultura testari[80]), etiam de bonis episcopatus, ut ar. infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) et C. XII. qu. 2 *Bonae rei* (c. 74).

TITULUS XXIII.

De successionibus ab intestato.

Egimus de successionibus[1]) ex testamento; nunc agendum est de successionibus ab intestato. Videamus ergo[2]), quot modis dicatur quis intestatus[3]), quis intestato morienti succedat, et in quibus rebus.

§ 1. Quatuor modis quis dicitur intestatus, scil. si omnino non fecit[4]) testamentum, vel si fecit et non iure, vel si fecit et iure, sed postea[5]) est ruptum, vel si[6]) ex illo testamento nemo[7]) est heres, ut in Instit. de hered. ab intest.[8]) in principio tituli[9]). § 2. Laico intestato decedente[10]), succedunt consanguinei, prius

---

XV. qu. 1 Solvitur. [69]) Deest *in fin.* in Mo. 1. [70]) Li. non habet. [71]) Mo. 3 addit *in summa.* [72]) Li. et Mo. 2 *item illud notandum*, Mo. 3 *it. ill. in summa not.* [73]) Pa. *post de hereditate*, Li. *ex hered.*, Mo. 2 *post per hered.*, Mo. 3 *prius per.* [74]) Deest *propinquorum* in Mo. 3. [75]) Pa. *hiis omnibus.* [76]) Ha. *obvenerint;* Li. omittit *ei.* [77]) Pa. *idem notandum*, Mo. 2 *item not.* [78]) Ha. omittit *vel conversus*, idemque et Mo. 2 *mon. vel reg. can.* habent. [79]) Deest in Pa. et Mo. 3. [80]) Addit Li. haec: *quantum fuerit tunc necesse*, quae tamen, cum alibi nusquam reperiantur, in textum recipere nolui.

Tit. 23. — [1]) Mo. 3 hic et mox *successoribus.* [2]) Li. *igitur.* [3]) Quae antecedunt inde ab *intestato* desunt in Pa., itidemque in Li., qui pro *intestatus* habet *institutus* omittitque quae hinc sequuntur usque ad *scil. si omnino.* [4]) Li. *facit.* [5]) Idem *non iure et postea*, omissis intermediis. [6]) Li. pro *si* ponit *ei.* [7]) Ha. *nullus*, Pa. *necesse.* [8]) Quae sequuntur, in Mo. 3 desunt usque ad *poteris.* [9]) Deest in Ha., Li. et Pa. [10]) Sic Ha. et Pa., nisi quod

descendentes, postea ascendentes [11]), deinde laterales, ut in Auth. de hered. ab intest. plene [12]) poteris invenire; his autem omnibus deficientibus succedit vir uxori vel uxor viro [13]), ut Cod. unde vir et uxor [14]) L. 1; demum fiscus succedit, ut Cod. de bonis vacant. L. 1 et 4 Libro X^mo^. Clerico autem intestato decedenti [15]) prius eodem modo succedunt parentes; olim quidem in ante quaesitis et in post [16]) quaesitis hereditaria dumtaxat successione [17]), ut C. XII. qu. 5 *Fixum* (c. 4) et infra eod. *Eupolus* (c. 3; - Gr. n. p.); hodie vero in omnibus succedunt parentes, exceptis illis bonis, quae ipsis clericis intuitu ecclesiae proveniunt [18]), ut ar. C. XII. qu. 5 c. ult. [19]) et ar. supra titulo proxino *Admonet* (c. 8; - Gr. c. 13. I. 6); his autem [20]) omnibus deficientibus succedit ecclesia quasi loco fisci, ut C. XII. qu. 5 cult. et in Auth. de eccles. titulis § *Si quis autem* (Nov. 119. c. 9). Haec autem [21]) vera sunt, ubi res inveniuntur distinctae [22]); ubi autem adeo confusae sunt [23]) res clerici [24]) cum [25]) rebus ecclesiae, ut discerni non possint, quatuor exinde debent fieri portiones, una danda [26]) episcopo, alia ecclesiae, tertia pauperibus, quarta parentibus, ut infra eod. [27]) c. 2 (Gr. c. 2. III. 27). Ubi autem non constat eum prius [28]) propria habuisse, praesumitur pro ecclesia, ar. C. II. qu. 7 *Lator* (c. 44) et C. XII. qu. 1 *Sint* [29]) (c. 21), sicut et pro marito [30]), ut Cod. de donat. int. vir et ux. *Etiam* (L. 6). — § 3. Ex praedictis satis [31]) apparet, in quibus rebus [32]) intestato clerico [33]) succedatur, scil. [34]) in propriis, non autem [35]) in ecclesiasticis rebus, quae siquidem [36]) sunt [37]) omnino ipsi [38]) ecclesiae servandae [39]),

---

ille habet *morienti vel decedenti;* in ceteris *decedente.* [11]) Horum Pa., ex incuria certe librarii, non facit mentionem. [12]) Deest in Li. [13]) Mo. 1 et 2 pro *vel uxor viro* ponunt *e contra.* [14]) In sequentibus multimoda in Codd. occurrit lectionum varietas. Nam Mo. 1 et Vi. aeque omittunt et locum ex tit. Cod. unde vir et uxor allatum et quae sequuntur: *demum fiscus succedit;* sed in illo omissa recentiori manu sunt ad marginem adiecta. Pa. sic habet: *ut Cod. u. v. et ux. L. I et IIIIta libo. X;* in Ha. haec occurrunt: *ut Cod. u. v. et ux. L. 1. demum Si succedit ut Cod... vel X.;* in Mo. 3 istis locis vacuum reliquit librarius spatium pergitque mox: *demum fiscus succedit ut c. bonis vacantium l. I et IIII. l. X.;* Li. et Mo. 2 textum quem supra exhibent, eosque sequi placuit. [15]) Li. *decedente,* Mo. 3 *discedenti.* [16]) Sic Ha., Mo. 2 et 3 et Li., utpote qui habeat *ipot;* in ceteris deest *in.* [17]) Mo. 3 habet *in hered. etc.;* Li. omittit *dumtaxat;* in Pa. occurrit *successor.* [18]) Mo. 1 et 2 *provenerint.* [19]) Mo. 3 omittit quae sequuntur usque ad *et in Auth. etc.* [20]) Deest in Li. [21]) Idem addit *omnia.* [22]) Ha. *diffinitae et distinctae.* [23]) Pa. omittit *confusae sunt.* [24]) Ha. et Mo. 3 *clericorum.* [25]) Mo. 2 pro *cum* habet *sunt.* [26]) Ha. addit *est.* [27]) In Mo. 3 parvula hic est lacuna, sed desunt omnia sequentia *usque ad C. II. qu. 7 lator.* [28]) Pa. perperam *propriis.* [29]) Deest in Pa. [30]) Ha., Mo. 1 et Pa. addunt *praesumitur.* [31]) Deest in Mo. 3. [32]) Sic Pa.; in ceteris Codd. deest *rebus.* [33]) Li. omittit. [34]) Deest in Mo. 2. [35]) Omittit Ha. [36]) Mo. 1 et Pa. *quidem.* [37]) Ha. *non sunt.* [38]) Deest in Li. et Mo. 1.

ut C. XII. qu. 2. *De laicis* (c. 46) et *Illud* (c. 47) et *Non licet* (c. 48), et qu. 5 *Sicubi* (c. 6) [40]).

§ 4. Illud etiam notandum, quod uxor clerici intestati in bonis defuncti sine cognatione [41]) succedit et ecclesiae praefertur, ut Cod. de episc. et cler. *Si quis presb.* (L. 20).

TITULUS XXIV.

De sepulturis [1]).

Diximus de morientium successione; sed quoniam [2]) morientes necessario sepeliuntur, de sepulturis [3]) consequenter agamus [4]). Videamus igitur, quid sit ius funerandi, quae ecclesia habeat ius sepulturae, apud quam ecclesiam quis debeat sepeliri [5]), quibus prohibeatur in coemeterio sepeliri [6]), quando quis alibi, quam in sua ecclesia, eligat [7]) sepulturam, quam partem bonorum [8]) sua [9]) ecclesia debeat habere.

§ 1. Ius funerandi est ius competens ecclesiae ad sepeliendum aliquos in coemeterio suo. — § 2. Provenit autem [10]) ex pontificis assignatione, ut ar. C. XIII. qu. 1 *Ecclesias* (c. un.); non autem competit omni [11]) ecclesiae, ut ecce capella privata non habet ius sepulturae. Capellarum enim [12]) est alia vicinalis seu parochialis [13]), alia privata; vicinalis vel parochialis est quae habet processionem, i. e. quae facta est ad viciniae usum, privata [14]), quae fit in curiis vel domibus magnatum, ut eorum [15]) familia illuc intret orationis causa, ut de consecr. Di. I. *Unicuique* (c. 33), *Clericos* [16]) (c. 34) et *Si quis* (c. 35) et infra de iure patron. *Si laici* (c. 3; - Gr. n. p.); cum enim saepe reperiatur capella parochialis, ut C. XVI. qu. 2 *Sane* (c. 6), hoc adiectum creditur [17]) ad differentiam capellae privatae [18]). Aliae ecclesiae iure sepulturae non privantur. — § 3. Pro-

---

[39]) Ha., Mo. 3 et Vi. *conservandae.* [40]) Vi. omittit omnes istos locos. [41]) Mo. 3 *defuncti in bonis sine generatione,* Li. *sine cognitione.*

Tit. 24. — [1]) Mo. 1 *de sepulcris.* [2]) Vi. *quia.* [3]) Li. *ideo de,* Ha. *de sepulcris.* [4]) Mo. 3 *dicamus.* [5]) Ista desunt in Li. [6]) Codd. *cimit.* et quandoque *cymit.;* ceterum Mo. 3 non habet *apud quam etc.* [7]) In Mo. 2 desunt ista omnia; Ha. cum Mo. 3 habet *eligit,* Li. *elegit.* [8]) Mo. 3 omittit *bonorum.* [9]) Li. pro *sua* habet *suorum.* [10]) Omittit idem. [11]) Mo. 3 *convenit cuilibet.* [12]) Ha. et Mo. 3 *autem.* [13]) Mo. 3 *alia vicin., alia parochialis.* [14]) Ha. addit *est.* [15]) Sic Ha. et recte; ceteri *eius.* [16]) Non laudatur hoc cap. in Mo. 2. [17]) Ha. *c̄ dr̄,* in Pa. *cū dr̄,* i. e. *cum dicitur.* [18]) Mo. 3

hibetur in coemeterio sepeliri omnis excommunicatus[19]), ut infra de heret. *Sicut* (c. 6; - Gr. c. 9. V. 7) et C. XIII. qu. 2 *Quibus* (c. 16) et C. XXIII. qu. 5 *Placuit* (c. 12) et C. XXIV. qu. 2 *Sane* (c. 3)[20]); item his[21]) qui in torneamentis moriuntur ecclesiastica[22]) interdicitur sepultura, ut infra de torneam. c. 1 (Gr. c. 1. V. 13) et c. 2 (Gr. n. p.); similiter usurariis[23]) manifestis, ut infra de usur. *Quia* (c. 2; - Gr. c. 3. V. 19). — § 4. Iam[24]) nunc videndum[25]), apud quam ecclesiam debeat quis sepeliri, super quo variae constitutiones[26]) plurimas[27]) induxere dubitationes[28]); nobis tamen[29]) sic distinguendum videtur[30]). Is de cuius agitur sepultura aut est impubes aut indultus; ubi impubes, alias[31]) pater ei elegit sepulturam, alias non[32]); item adultus alius est indigena, alius incola, alius peregrinus; item indigena, incola, peregrinus alias eligit sepulturam, alias non[33]). Si pater elegit sepulturam filio impuberi, ibi sepelietur vel secundum consuetudinem regionis, ut ar. C. XIII. qu. 2. *Questa* (c. 12) et infra eod. *De uxore* (c. 7; - Gr. c. 7. III. 28); si vero pater non elegit sibi[34]) sepulturam, sepelietur apud ecclesiam suam parochialem, ut C. XIII. qu. 1 *Ecclesias* (c. un.). Si vero indigena elegit sepulturam, ibi sepelietur, ar. C. XII. qu. 2 *Bonae rei* (c. 74) et infra eod. *Volumus* (c. 2; - Gr. n. p.), *De uxore* (c. 7; v. s.), *Nos instituta* (c. 3; - Gr. c. 1 ibid.), nisi mala voluntate ducatur, quo casu paternam sequitur sepulturam, ut C. XIII. qu. 2 *Placuit* (c. 7) et infra eod. *Fraternitatem* (c. 5; - Gr. c. 3 ibid.); si vero non elegit, sepelietur[35]) in sepulcro parentum, ut infra eod. *Nos* (c. 3; v. s.). Si vero est incola vel peregrinus sive viator, et eligit sepulturam,

---

creditur causa cap. priv. vel ad differentiam. [19]) Ha. *communione privatus.* [20]) In Mo. 3 primus et ultimus tantum occurrunt loci. [21]) Vi. habet *hi* omittitque mox *eccl. interd. sepult.* [22]) Pa. *extra statuta.* [23]) Ha. et Vi. *usurarii manifesti.* [24]) Deest *iam* in Mo. 3. [25]) Ha. cum Mo. 2 addit *est.* [26]) Ha. et Pa. *quaestiones,* Mo. 3 *institutiones.* [27]) Vi. *varias.* [28]) Ha. *dubietates.* [29]) Mo. 3 *autem.* [30]) In reddenda, quam hic de sepultura eligenda inseruit Bernardus, distinctione multimode Codd. et inter se discordant et singuli. Praeprimis vero in iis verbis, quae saepius redeunt, occurrit lectionum varietas, neque mirum, quod librarii mox *elegit,* mox *eligit* aut scriptum invenerint aut ipsi scripserint, siglamque *al'* varie solvere potuerint reque vera solverint. Varias istas omnium codicum lectiones omnes recensere et taediosum et minimi esset momenti, ideoque Bernardi orationem, prout mihi vera meliorque videretur, paucis tantum additis variantibus, ad optimorum, in primisque ad Vi. et Mo. 2 codicum fidem lectoribus offerre ratius esse duxi. [31]) Ha. hoc loco et saepius in sequent. ponit *aliquando,* quod et in aliis Codd. passim, licet rarius, occurrit. [32]) Mo. 3, isque solus, hic interserendo addit: *non autem eligit ei sepulturam qui adultus est.* [33]) Ista omnia desunt in Li. et Vi.; Mo. 1 solus *item indig. inc. peregr.* omittit. [34]) Sic omnes Codd., solo excepto Li., ad cuius solius tamen fidem verbum illud reiicere nolui. [35]) Quae sequuntur usque quo

ibi sepelietur, ut ar. C. XII. qu. 2 *Bonae rei* (v. s.) et infra eod. c. 2 (Gr. n. p.) et 3 (v. s.); si vero non eligit, sepelietur in ecclesia parochiali, in cuius parochia decedit, ut C. XIII. qu. 1 *Ecclesias* (c. un.). Ergo[36]) breviter et[37]) in summa teneto[38]): quicunque eligit sepulturam, ibi[39]) est sepeliendus, nisi probetur malitiose egisse; qui vero non eligit, si est indigena et adultus, in sepulcro parentum, si incola vel viator, apud ecclesiam parochialem debet sepeliri. § 5. Quando vero[40]) aliquis eligit sepulturam alibi[41]), quam in ecclesia sua parochiali, in bonis, quae defunctus pro anima sua illi ecclesiae reliquit, debet parochialis ecclesia[42]) canonicam habere portionem, ut infra eod. *De his* (c. 6). Canonica vero portio secundum varias[43]) consuetudines varie assignatur; nam alibi medietas, ut infra eod. *Relatum* (c. 4; v. s.), alibi tertia, ut infra eod. *Nos* (c. 3; v. s.), alibi quarta[44]), ut infra eod. *Cum super* (c. 8; - Gr. c. 8 ibid.). Est etiam alicubi[45]) quaedam illaudabilis[46]) consuetudo, scil. ubi nullam habet exinde portionem, iuxta illud: „Nil sibi legatum poterit[47]) plorare suisque."

§ 6. Quaeritur de uxore, si defuncta fuerit non electa sepultura, an suam paternam[48]), an mariti sequi debeat sepulturam? Resp., mariti potius, quam paternam[49]), ar. C. XIII. qu. 2 *Unaquaeque* (c. 3) et ar. Cod. de dignit. *Mulieres* (L. 13) et Dig. ad municip. *Filii* (L. 22) § 1 et L. penult. et ult.

TITULUS XXV.

De parochiis et aliorum parochianis [1]).

Tractavimus de quodam iure parochiali scil. de iure funerandi; nunc generaliter de iure parochiali tractemus[2]). Videamus igitur[3]),

---

redit *sepelietur,* scil. *in eccl. parochiali* omittit Li. [36]) Non est in Pa. [37]) Sic Mo. 1 et 3; ceteri non habent *et.* [38]) Pa. et Li. cum Mo. 3 *teneo,* sed minus bene. [39]) Ha. *ibidem.* [40]) Deest in Li. [41]) Mo. 1 et Pa. neque hoc verbum neque aliud exhibent neque lacunam, sed in illo supra linea recentiori manu additum vides *in alia.* [42]) Deest in Pa. [43]) Ha. addit *ecclesiae.* [44]) Pa. perperam sic: *meditas, alibi eadem ut I. eod. aliquanta etc.* [45]) Ita Mo. 1—3 et Vi.; Li. *ali . . bi,* Ha. *alicui,* Pa. *inalicubi.* [46]) Mo. 1 omittit *quaedam;* Pa. habet *illa albit'.* [47]) Pa. *relatum;* Mo. 2 *prel.* [48]) Li. *suam s. (scil.) paternam;* Ha. et Vi. non habent *suam.* [49]) Ha. *patris.*

Tit. 25. — [1]) Haec est ipsius compilationis rubrica, quam retinere placuit; Ha., Mo. 3 et Vi. habent *alienis,* Mo. 1 *eorum,* Mo. 2 *alterius;* Li. huius tit. nullam exhibet rubricam, cui tamen librarius satis amplum spatium reliquerat vacuum. [2]) Pa. *tractamus,* Mo. 3 *dicemus.* [3]) Pa. *ergo.*

quid sit ius parochiale et unde dicatur, quid iuris habeat ecclesia in parochia sua, et qualiter quis alienum parochianum recipere vel iudicare [4]) non debeat [5]).

§ 1. Ius parochiale est, quod habet ecclesia [6]) in populo sibi [7]) assignato, et dicitur [8]) parochiale a parochia, parochia vero [9]) dicitur villa vel vicus, unde parochus i. e. villanus vel vicinus [10]); unde Horatius:

> Tunc parochi [11]) faciem, nil [12]) sic metuentis ut acres
> Potores, invasit pallor [13]).

§ 2. Habet autem [14]) hoc ius ecclesia [15]) in parochia sua [16]), videlicet [17]), ut populus pro divinis officiis illuc debeat convenire, et maxime in maioribus sollemnitatibus, ut de consecr. Di. I. *Si quis etiam* (c. 35) et ar. infra eod. *In dominicis* (c. 2; - Gr. c. 2. III. 29). Item sacerdos habet in populo suo poenitentias vivorum [18]) et morientium, visitationes infirmorum, primitias, oblationes, benedictiones sponsarum, missas [19]) surgentium a partu, et multa alia quae ei [20]) tum canonica constitutio [21]), tum consuetudo [22]) confirmavit [23]); sollemnes tamen [24]) poenitentiae sive [25]) publicae cathedrali ecclesiae reservantur, ar. Di. L. *In capite* (c. 64). — § 3. Alienum autem parochianum nullus ad divina officia recipere debet, ut infra eod. *In dominicis* (c. 2; v. s.), nisi [26]) forte fiat eius conversus [27]) vel ibi eligat sepulturam, ut supra tit. prox. *Nos* (c. 3; - Gr. n. p.), *De iis* (c. 6; - Gr. c. 4. III. 28); sed nec [28]) iudicare quis debet alienum parochianum [29]), ut infra eod. *Nullus* (c. 3; - Gr. c. 3. III. 29) et C. VI. qu. 3 *Scriptum* (c. 1), nisi pro depraedatione [30]), ut C. VI. qu. 3 *Placuit* (c. 4).

---

[4]) Li. *vendicare.* [5]) Ha. et Mo. 2. 3 *non debet*, Pa. *non potest i. e. non debet.* [6]) Mo. 3 omittit. [7]) Deest in Pa. [8]) Ha. addit *ius.* [9]) Pa. non habet *vero.* [10]) Pa. et Li. *unde parochianus vel* (Li. *i. e.*) *villanus;* Mo. 3 *unde parochius villanus vel vicinus.* [11]) Li. pro *parochi* habet *de parochia*, et *metuens* loco *metuentis.* [12]) Vi. *vel.* [13]) Cf. Horatii Satyr. II. 8. v. 36. [14]) Deest *autem* in Mo. 2. 3. [15]) Omittit Li. [16]) Deest *sua* in Pa. [17]) Ha. et Vi. *scil.*, Li. *i. e.* [18]) Mo. 1 et Vi. addunt *infirmorum*, at minus bene. [19]) Ha. et Pa. *missam.* [20]) Sic Pa.; ceteri *eis.* [21]) Ha. *institutio.* [22]) Deest in Pa. [23]) Li., Mo. 2 et Vi. *firmavit.* [24]) Ha. *autem.* [25]) Ha. *seu*, Pa. *si.* [26]) Pa. *si.* [27]) Mo. 3 *adversus.* [28]) Ha. *neque.* [29]) Deest in Pa. [30]) Mo. 2 *praedatione*, Mo. 3 *pro dampnatione.*

TITULUS XXVI.

De decimis, primitiis et oblationibus [1]).

Egimus [2]) de parochiis et parochianis. Sed quoniam pro spiritualibus parochiani [3]) decimas, primitias [4]) et oblationes dare debent, de his exacta [5]) diligentia pertractemus; videamus igitur, quid sit decima, cui, a quibus, et de quibus [6]) rebus danda, et qualiter sit dividenda.

§ 1. Decima est omnium bonorum iuste quaesitorum [7]) decima pars Deo debita. Decimae [8]) autem nomine aliquando ius, aliquando proventus [9]) accipi consuevit [10]); ius, ut C. I. qu. 1 *Presbyter si ecclesiam* (c. 3); proventus, ut C. XVI. qu. 1 *Statuimus* (c. 55) et *Decimae sunt tributa* (c. 66). — § 2. Sunt autem dandae ecclesiis [11]) et clericis, ut C. XVI. qu. 7 [12]) *Decimas Deo* (c. 6), non autem laicis, ut C. XVI. qu. 7 *Decimas quas* (c. 7). — § 3. Dantur autem [13]) a laicis [14]), ut C. XVI. qu. 1 *Decimas a populo* (c. 47) et qu. 7 *Decimas quas in usum* (c. 1); sed et a clericis et monachis dandae sunt, exceptis propriis laboribus et nutrimentis, ut C. XVI. qu. 1 *Decimas a populo* (c. 47), quod tamen Hadrianus Papa IV. [15]) de novalibus est interpretatus [16]), ut infra eod. *Nobis in eminenti* (c. 16; - Gr. n. p.), *Presbyteri de Lavate* (c. 17) [17]); haec autem interpretatio prius [18]) Alexandro III. displicuit, ut infra eod. *Fraternitatem tuam* (c. 8; - Gr. n. p.), verum eam [19]) postmodum, ut [20]) in eius curia didici, approbavit, exceptis monasteriis et religiosis domibus privilegiatis, ut infra eod. *Ex parte* (c. 10; - Gr. c. 10. III. 30). § 4. Dandae autem sunt decimae de omnibus [21]) bonis, ut de cons. Di. V. *Quadragesima* (c. 16) in f., ergo de omnibus fructibus [22]) terrarum, pomis arborum, herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, foeno, lignis, piscationibus, venationibus [23]),

---

Tit. 26. — [1]) Huius tit. itidem in Cod. Li. miniator rubricam appingere neglexit. [2]) Mo. 2 *diximus.* [3]) Pa. *parochianis.* [4]) Omittit Vi. [5]) Mo. 3 *acta.* [6]) Exciderunt in Pa. *et de quibus.* [7]) Mo. 3 *acquisitorum.* [8]) Omnia quae hinc usque ad *ius* sequuntur desunt in Pa. [9]) Mo. 3 *nomine quandoque proventus.* [10]) Ha. *solet.* [11]) Ha. *ecclesiae.* [12]) In Li. librarii incuria exciderunt sequentia usque ad *decimas quas*, quibus verbis in eodem codice atque in Mo. 2 et 3 additur *pervenit* (c. 2). [13]) Li. *vero.* [14]) Repetita voce *laicis* inducti Codd. Pa. et Vi. scriptores haec omnia omiserunt. [15]) Li. vitiosissime habet *Adrianus populus tā dū.* [16]) Pa. *interpretatum.* [17]) Non laudat Vi. istum locum. [18]) Deest in Pa. [19]) Pa. et Mo. 3 *etiam.* [20]) Mo. 2 et 3 cum Vi. *sicut.* [21]) Pa. non habet *omnibus;* in Mo. 2 deest *decimae;* Mo. 3 *ex* pro *de.* [22]) Itidem deest in Mo. 2. [23]) Pa. habet *piscalibus* omittitque *venatio-*

piscis pensionibus[24]), negotiis, artificiis, molendinis, furnis, balneis, fullonicis[25]), argentariis, metallariis, lapidicinis[26]), cretifodinis[27]) et ceteris[28]) bonis, ut de cons. Di. V. *Quadragesima* et C. XVI. qu. 1 *Decimae sunt tributa* (c. 66) et qu. 7 *Quicunque recognoverit* (c. 4) et infra eod. *Commissum nobis* (c. 18; - Gr. c. 4 ibid.) et *Nuntios et litteras* (c. 4; - Gr. c. 7 ibid.). — § 5. Restat[29]), qualiter decimae sint dividendae. Sciendum est ergo[30]), quod, licet aliter[31]) se habeat consuetudo Romanorum, decimae aliae dantur intuitu vel respectu praediorum, ut de frugibus et fructibus, aliae intuitu personarum, ut de artificio et negotiatura. Primae dividuntur in quatuor portiones, una episcopo, alia pauperibus, tertia clericis baptismalis ecclesiae, quarta fabricis eiusdem[32]) est applicanda, ut C. XII. qu. 2 *Quatuor* (c. 27) et C. XVI. qu. 1 *De decimis* (c. 45). Decimae quoque[33]) quae dantur intuitu personarum[34]) sic dividuntur, ut una quarta episcopo, alia pauperibus tribuatur[35]), tertia[36]) inter clericos baptismalis[37]) ecclesiae et clericos parochialis[38]), quarta inter fabricam baptismalis et fabricam parochialis ecclesiae per medium dividatur[39]), ut colligitur ex fine illius capituli C. XVI. qu. 1 *Questi* (c. 46) et qu. 7 *Decimas quas in usum* (c. 1) in fin.

§ 6. Illud in summa super decimis[40]) est notandum, quod decimae cum temporalibus commutari non debent, ut infra eod. *Intelleximus* (c. 5; - Gr. n. p.). Item illud[41]) notandum[42]) super decimis novalium, quod, licet pertineant ad dispositionem episcopi, ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.), non tamen eas[43]) ex toto debet habere, immo cum baptismali debet ecclesia partiri, ut infra eod. *Quoniam* (c. 25; - Gr. c. 13 ibid.).

§ 7. Sequitur de primitiis, unde[44]) videamus, quid sit primitia,

nibus. [24]) Sic Li., cuius lectio praeferenda videtur illi, quae in ceteris occurrit scil. *fictis* (Ha. *fic.*) *pensionibus.* [25]) Ha. *fullonis.* [26]) Mo. 1 *lapidicis,* Mo. 3 *lapiscidis.* [27]) Deest in Ha., Mo. 2 et 3. [28]) Ha. *cunctis.* [29]) Ha. addit *dicere,* Li. *videre.* [30]) Ha. et Mo. 2 *autem,* Li. *igitur.* [31]) Mo. 3 *alibi.* [32]) Ha. addit *ecclesiae;* Pa. non habet *est.* [33]) Deest *quoque* in Pa. [34]) Ha. et Pa. *personae.* [35]) Deest in Mo. 2 et Vi.; Mo. 3 *dividatur.* [36]) Pa. habet: *ut I. episc., secunda paup., tercia etc.;* equidem aliorum Codd. fidem secutus sum. [37]) In Li. exciderunt *baptismalis ecclesiae et clericos.* [38]) Mo. 3 *parochiales;* Ha. hic iam habet moxque repetit *per medium dividatur.* [39]) Pa. *baptismalis ecclesiae et fabricam parochialem p. m. dividantur.* [40]) Omittunt *super decimis* et Mo. 2 et Vi. [41]) Deest in Mo. 2. [42]) Haec omnia inde a *super decimis* in Mo. 1 librarius primum omiserat, sed ipse ad summam marginem adiecit; quod exemplum secutus alius quis recentiori manu: *quod decimarum percipiendarum ius spirituale est et ideo in laicum cadere non potest, S. de praescr. c. ult. Item notandum,* addere non dubitavit, quae tamen emblema satis redolent, neque in aliis Codd. occurrunt. [43]) Li. omittit. [44]) Deest in Pa.; Ha. *ut,*

cui danda et quanta debeat esse[45]). Primitia est prima[46]) pars frugum Domino offerenda, sicut saepe[47]) in veteri testamento praeceptum invenitur, dicente Domino: „Decimae et primitiae meae sunt." Danda est autem[48]) primitia sacerdoti parochiali, ar. C. XVI. qu. 1 *Doctor* (c. 21); quanta vero[49]) debeat esse[50]), non invenimus[51]) expressum, dicitur tamen Beda[52]) scripsisse, quod inter quadragesimam et quinquagesimam partem versatur. Et hoc[53]) de primitia frugum terrae[54]); primitia vero[55]) de animalibus sic datur, ut primogenitum offeratur[56]).

§ 8. De oblationibus dicimus[57]), quod debeant esse sacerdotum[58]), ut C. X. qu. 1 *Quia* (c. 13) et C. XVI. qu. 1 *Doctor* (c. 21). § 9. Illud etiam non est praetermittendum[59]), quod[60]) de decimis[61]) religiosorum Alexander et Hadrianus dissentire[62]) videntur, cum Hadrianus dicat, solas decimas novalium[63]) religiosis concedendas, ut infra eod. *Nobis* (c. 15; - Gr. n. p.) et *Presbyteri* (c. 16; Gr. n. p.), Alexander vero non de novalibus tantum, sed de omnibus laboribus eos[64]) voluit[65]) esse immunes, ut infra eod. *Fraternitatem* (c. 8; - Gr. n. p.). Credimus autem[66]), dominum Alexandrum[67]), quod ita generaliter[68]) dixerat, postea restrinxisse[69]) et fratribus Cisterciensibus et hospitalariis Ierosolimitanis et templariis decimas suorum laborum concessisse, in reliquis vero secutum esse[70]) Hadrianum, ut infra eod. *Ex parte* (c. 10; - Gr. c. 8 ibid.). § 10. Item illud[71]) notandum, decimas a laicis possideri non posse, licet fere ubique[72]) in[73]) contrarium inveniatur[74]), ut C. XVI. qu. 1 c. ult. et infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) et C. I. qu. 3 *Pervenit* (c. 13).

Li. et Mo. 2 *ubi,* Mo. 3 *hinc.* [45]) Mo. 3 *quae sint primitiae, c. dandae et quantae debeant esse.* [46]) Sic Li. et Mo. 2; in ceteris *prima* deest. [47]) Deest in Ha. [48]) Omittit Mo. 2. [49]) Non est in Li. [50]) Pa. non habet *esse.* [51]) Ha. et Mo. 2 *invenitur.* [52]) Mo. 1 *Bedam.* [53]) Ha. *hec,* Pa. *hr (habetur).* [54]) Omittit ista Mo. 3. [55]) Non est in Pa. [56]) Deest in Mo. 3. [57]) Ha. et Pa. cum Mo. 2 et 3 *diximus.* [58]) Li. *sacerdotis vel sacerdotum;* Mo. 3 *quod debent sacerdotibus.* [59]) Mo. 2 *Illud etiam notandum;* Li. uti supra, sed omisso *non est.* [60]) Ha., Li. et Mo. 2 addunt *cum.* [61]) Mo. 3 *circa decimas.* [62]) Mo. 3 *consentire.* [63]) Li. *non alium.* [64]) Ha. et Mo. 2 *eorum;* in Pa. deest. [65]) In Ha. legitur *noluit;* Pa. utrum *noluit* habeat, an *voluit,* filius in ambiguo relinquendum esse censuit. [66]) Ha. *tamen.* [67]) Mo. 1 et 2 atque Vi. non habent *dominum.* [68]) Omittitur in Pa. [69]) Ha. *correxisse.* [70]) Ha. et Mo. 2 *secutus est,* similiterque Pa., quantum ex filii schedis coniicere mihi licuit; Li. *sepultus est;* melior mihi, quae supra, videtur lectio, in Mo. 1 et Vi. obvia. [71]) Mo. 3 *illud etiam.* [72]) Mo. 2 *ubi.* [73]) Ha. omittit *in.* [74]) Pa. *videatur,* Mo. 3 *fiat.*

TITULUS XXVII.

De regularibus et [1]) transeuntibus ad religionem.

Sicut praediximus [2]), liber tertius tractat [3]) de honestate clericorum [4]) et rebus ad eos pertinentibus, postea subiungit de monachis et his [5]) quae ad eos spectant; postquam ergo [6]) expedivimus [7]) tractatum clericorum, transeundum erat [8]) ad tractatum monachorum. Ceterum quasi in medio itinere occurrit tractatus religiosorum, quasi quoddam medium ab utroque derivatum [9]); videamus itaque [10]), qui dicantur [11]) regulares, quae in institutione [12]) regularium requirantur, de [13]) aetate religiosorum, et de transitu a mundo ad religionem vel ab una religione in [14]) aliam.

§ 1. Regulares et religiosos eosdem reputamus [15]); regulares autem dicuntur, qui a vanitatibus seculi ad regulam transeunt religionis. — § 2. In institutione regularium ista [16]) requiruntur: probatio et professio; probatio, per quam [17]) religio experitur hominem et homo [18]) religionem, de qua habemus [19]) C. XVII. qu. 2 *Consaldus* [20]) (c. 1) et C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6); professio, per quam promittit se religionem servaturum, ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.). — § 3. Quoniam [21]) vero et [22]) hic et in tractatu monachorum [23]) plurima fit mentio de probatione, videamus, quanto tempore [24]), in quo habitu sit facienda, et an sit necessitatis vel [25]) solummodo honestatis. — § 4. Probatio [26]) hic appellatur experimentum religionis, debet autem esse vel [27]) unius vel duorum vel

Tit. 27. — [1]) *Et* omittitur in Ha. et Mo. 3; in Vi. omnino hic tit. caret rubrica. [2]) Ha. *diximus.* [3]) Deest in Pa. [4]) Itidem deest. [5]) Pa. *eis.* [6]) Pa. *igitur.* [7]) Mo. 2 *tractavimus.* [8]) Sic Codd. omnes, praeter Li., qui habet *est.* [9]) In Mo. 3 non habetur *quoddam medium*, legiturque *derivatis.* [10]) Ha. *igitur;* in Mo. 3 deest utrumque. [11]) Pa. omittit. [12]) Ha. *quae instō.* [13]) Li. *et de.* [14]) Idem et Mo. 3 *ad.* [15]) Li. *appellamus;* Mo. 3 *pro eodem reputamus.* [16]) Mo. 3 *duo.* [17]) Li. et Vi. addunt *et.* [18]) Ha., Pa. et Vi. repetunt *experitur.* [19]) Mo. 2 *habes.* [20]) Sic omnes; in ipso decreto nomen audit *Gonsaldus*, sed adnotant editores, illam quoque aliasque formas obvias esse in Codd. [21]) Mo. 2 et 3 *quia.* [22]) Deest in Pa. [23]) Ista verba ad decretum Gratiani esse referenda, palam mihi videtur, quippe qui et ipse in dictis suis, ni fallor, eadem formula utatur, atque saepius (cf. dict. ad c. 6. C. I. qu. 7 et ad c. 15. C. XI. qu. 3) ad tractatum ordinandorum i. e. Di. 23—81 releget. — Ceterum adnotasse libet et iuvabit, in Mo. 3 spatiolum quidem vacuum hic adesse, sed nihil deesse. [24]) Pa. omittit *tempore.* [25]) Ha. *an.* [26]) Li. *De probatione autem.* [27]) Deest in Pa., Li. et Vi.; Ha.

trium annorum [28]); si enim [29]) fuerit clericus, uno anno probari debet, ut C. XVII. qu. 2 *Consaldus* (c. 1); si laicus et [30]) cognitus, biennio, ut C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6); si vero laicus et incognitus, triennio, ut Di. LIII. [31]) *Legem* (c. 1) et C. XVII. qu. 2 *Si quis incognitus* (c. 3); suscipiendi autem in conversos, medio anno probantur, ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.). — § 5. Videtur autem [32]), quod probatio in faciendis monachis sit necessitatis, cum sacri canones censeant, sine probatione monachum fieri non debere, ut C. XVII. qu. 2 *Consaldus* et *Si quis incognitus* et C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* [33]). Ceterum [34]) haec prohibitio [35]) non habet perpetuam causam prohibitionis in iure, nam [36]) factus monachus sine probatione nihilominus monachus erit, ar. C. XX. qu. 1 *Monachum* (c. 3), *Puellae* (c. 8) et *Sicut qui* (c. 9) et qu. 3 [37]) *Propositum* (c. 1); propositum enim [38]) eos constituit monachos, nisi infra triduum deposuerint habitum [39]), ut infra eod. *Ad nostram* (c. 8; - Gr. c. 8. III. 31). § 6. Debet autem fieri probatio in habitu quasi conversorum, apto scil. religioni [40]), qui dicitur habitus laicalis, ut Di. LIII. *Legem* (c. 1) et Di. LIV. *Multos* (c. 23). — § 7. Sequitur de professione, ubi [41]) videamus, quid sit professio et quae in ea requirantur. Professio est sollemnis promissio religionis. In ea vero ista praecipue promittuntur [42]): morum [43]) conversio, obedientia, propriorum abdicatio, castitas et loci stabilitas; haec omnia [44]) ex canonibus [45]) probare [46]), sed plenius in regula Scti [47]) Benedicti poteris invenire. Solet autem fieri professio in scriptis, ut infra eod. *Significatum* (c. 11; Gr. c. 11 ibid.) et C. XXVII. qu. 1 *Omnes* (c. 36). — § 8. Sequitur de aetate transeuntium ad religionem. Aetas autem [48]) transeuntium [49])

pro *vel* habet *aut.* [28]) Pa. omittit, itidemque Mo. 2 et 3, ubi *anni* post *unius.* [29]) Sic Li. et Mo. 3, quorum lectio mihi approbabilior videtur, quam *autem*, quod habent Ha., Pa. et Mo. 1, et *vero*, quod in Mo. 2 occurrit. [30]) Deest *et* in Pa. [31]) Codd. omnes praeter Li. et Mo. 3 falso laudant Di. LIV. [32]) Pa. et Mo. 3 non habent. [33]) Pa. habet *ut in praeallegatis capitulis.* [34]) Mo. 1 *et c. Certum*, at oppido falso, cum non sit eiusmodi capitulum in qu. 2. C. XIX cit. [35]) Mo. 3 *probatio.* [36]) Li. *non.* [37]) In Codd. omnibus, solo Mo. 3 excepto, ubi haec *c. 1. qu. 2*, falso ad qu. 2 remittitur. [38]) Sic Li.; in ceteris, quorum Mo. 2 nec habet *eos*, deest *enim.* [39]) Sic Vi., cuius lectioni accedit tam Ha., quam Pa. et Mo. 3 fides, quorum tamen ille pro *infra triduum* habet *interdum*, in his vero omittitur *monachos;* Mo. 1 sic: *c. Propositum et c. Eos et c. Constitū nisi infra etc.*; in Li. haec: *nisi eos constiterit etiam triduo deposuisse habitum.* [40]) Pa. omisso *apto* habet *religionis* moxque *laici* pro *laicalis;* in Mo. 3 deest *scil.* [41]) Mo. 1 *unde videamus*, Li. *videamus igitur*, Mo. 3 *ubi videndum.* [42]) Ha. *requiruntur.* [43]) Li. praemittit *scil.* [44]) Li. *his omnibus*, sed perperam. [45]) Mo. 3 *ex coniunctionibus.* [46]) Pa. praemittit *potes.* [47]) Mo. 1 *beati.* [48]) Omittit Pa. et Mo. 2. [49]) Sic Mo. 1; in Pa.,

est adulta [50]), scil. in masculo [51]) XIV annorum, in foemina XII, ut C. XX. qu. 1 *Firma autem* (c. 1) et qu. 2 *Puella* (c. 2). Impubes autem [52]) ad religionem transire non potest [53]), nisi cum auctoritate parentum, vel [54]) si pupillus est, cum [55]) auctoritate tutoris, alioquin ipsi factam poterunt irritare [56]), ut C. XX. qu. 2 [57]) c. 1 et 2; parentes autem [58]) eos [59]) offerre possunt, ita tamen [60]), ut, si pueri [61]) sint doli capaces et consentiant, rata sit [62]) oblatio [63]), ar. C. XX. qu. 1 c. 2. 3. 4 et 5 et infra eod. c. ult. (c. 11 i. e. *Significatum*; v. s.); si vero vel non [64]) consenserit [65]) puer vel nondum erat [66]) doli capax, tunc post consummationem [67]) quartidecimi anni [68]), eius est requirenda voluntas, et in eius erit [69]) arbitrio, stare vel ad seculum redire [70]), ut C. XX. qu. 1 *Illud* (c. 10). — § 9. Videamus iam de transitu [71]) a mundo ad religionem. Qui ergo transire debet, aut est impubes aut adultus; de impubere iam [72]) diximus [73]); adultus [74]) aut servus est [75]) aut liber, et liber [76]) aut coniugatus aut solutus. Porro servus ad religionem transire non potest sine domini voluntate expressa vel tacita vel saltem praesumta, ut Di. LIII et LIV. fere [77]) per totum et C. XVII. qu. 2 *Si quis incognitus* (c. 3). De coniugatis infra proximo titulo dicemus. § 10. Cum autem [78]) de una religione ad aliam quis [79]) transire voluerit [80]), distinguitur, sit [81]) canonicus regularis, an monachus vel conversus [82]). Canonicus enim [83]) regularis ad aliam canonicam regulam [84]) districtioris ordinis transire potest, ar. C. XIX. qu. 3

Li. atque Vi. post *transeuntium* repetitur *ad religionem* omittiturque *est;* Ha. habet *transeuntium ad monasterium;* utraque additio redolt emblema librariorum. [50]) Mo. 3 *haec aetas est adulta.* [51]) Mo. 3 *masculis*, nec tamen postea *foeminis.* [52]) Non est *autem* in Ha. [53]) Li. *possit* vel *posset.* [54]) Ha. *et;* in Li. exciderunt, quae sequuntur. [55]) Mo. 3 omittit. [56]) Li. *revocare.* [57]) Codd. omnes *qu. 1*, cuius tamen c. 1 et 2 nihil ad rem facere aeque constat, atque de irritandis puerorum votis agi in qu. 2. C. XX. [58]) Vi. *vero.* [59]) Ha. codicis scriptor textum emendare ratus suo marte *eos* in *se* commutasse videtur. [60]) Ha. *in tantum.* [61]) Pa. *pupilli.* [62]) Ha. et Li. *erit.* [63]) In uno tantum Cod. scil. Mo. 3 haec occurrit lectio, ceteris habentibus *obligatio;* sed melior ista mihi visa est atque praeferenda. [64]) Ha. pro *si* habet *cum*, et loco *non* legit *nondum*, quod et in Vi. occurrit. [65]) Sic Mo. 1 et Li. cum Vi; Ha. et Pa. cum Mo. 3 minus bene *consentit;* Mo. 2 *consensit.* [66]) Ha. *est*, Vi. *sit.* [67]) Mo. 3 *confirmationem.* [68]) Ha. habet *XIIII annorum.* [69]) Mo. 2 *est;* Ha. omittit itemque Li., qui nec *in* habet. [70]) Li. addit *vel ibi manere.* [71]) Quae sequuntur, exciderunt in Mo. 2 usque ad *Cum etc.* [72]) Ita Li. et Vi.; in ceteris deest. [73]) Mo. 2 *vid. igitur de transeuntibus.* [74]) Deest in Pa. [75]) Mo. 1 *s[sunt];* in Ha. deest. [76]) Sic Mo. 1 et 3 cum Vi. et Li., qui ceteroquin pro *et* habent *item*, cum nec in Ha. nec in Pa. repetatur *et liber.* [77]) Deest *fere* in Li. [78]) Mo. 2 *enim.* [79]) In Mo. 1 supra linea additum est, atque deest in Li. [80]) Pa. *transit.* [81]) Pa. et Li. *si sit*, Mo. 3 *an.* [82]) Mo. 3 utroque loco habet *an*, Vi. utroque *vel.* [83]) Omittit Vi. [84]) Pa., qui et

Nullus (c. 1) et C. XX. qu. 4 *Virgines* (c. 1) et infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) [85]); ad monasterium autem [86]) transire nequit absque [87]) licentia sui praelati, ut C. XIX. qu. 3 c. 1. 2. 3; non [88]) autem multum interest, praelati [89]) consensus praecedat [90]), ut C. XIX. qu. 3 *Statuimus* (c. 3), vel subsequatur [91]), ut infra eod. *Sane* (c. 10; – Gr. c. 10 ibid.) et supra de his quae conced. vel fiunt ab episc. sine cons. capit. *Cum* (c. 3; – Gr. c. 3. III. 10). Monachus autem vel conversus a minori religione ad maiorem transire potest [92]), ut C. XV. qu. 4 *Virgines* (c. 1) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1 ibid.) [93]), ad aequalem autem nequaquam, ut infra eod. *Iohannes* (c. 7; – Gr. c. 5 ibid.), nisi forte a suo abbate fuerit absolutus, ut C. XX. qu. 4 *Monachum* (c. 4). Clericus [94]) autem absque sui episcopi licentia transire poterit [95]) ad religionem, ut C. XIX. qu. 2 *Duae* (c. 2). Quod ergo [96]) profitens promittit loci stabilitatem, intelligendum est [97]), ut [98]) non debeat recedere [99]) fuga [100]) disciplinae vel vaga animi [101]) levitate, ut ar. C. XX. qu. 4 *Virgines* (c. 1) et ar. C. VII. qu. 1 *Si quis episcopus* (c. 31), *Si quis in ord.* (c. 32), *Mutationes* (c. 34) et *Scias frater* (c. 35) [102]).

TITULUS XXVIII.

De conversione coniugatorum.

Satis dictum est in superiori titulo [1]) de conversione aliorum; nunc agendum est [2]) de conversione coniugatorum. Videamus ergo [3]) de speciebus coniugatorum [4]), et qualiter transire valeant ad religionem.

omittit *canonicam*, cum Mo. 1. 2 et Li. habet *regularem.* [85]) In Mo. 1, omissis intermediis, legitur *C. 19. qu. 3 Virgines;* in Vi. desunt loci ex Decreto citati; ad c. 1. h. t. soli Mo. 2 et Vi. remittunt. [86]) Ha. *idem*, Mo. 2 *item.* [87]) Ha. *non potest sine.* [88]) Li. *nec.* [89]) Idem *ut praelati.* [90]) Ha. *un pr. cons. accedat.* [91]) Ha. *sequatur*, Pa. *sequitur.* [92]) Mo. 3 *transire voluerit licite poterit*, sed non habet *qui* ante *a minori.* [93]) Desunt in Li. loci isti. [94]) Li. *clerici* et *poterunt.* [95]) Vi *potest.* [96]) Ha. *autem.* [97]) In Li. desunt ista. [98]) Ha. *quod.* [99]) Pro *recedere* Li. habet, *locum mutare.* [100]) Mo. 2 *a fuga.* [101]) Sic mihi videtur legendum cum Mo. 1. 3, Li. et Vi., qui *vaga ai* habent; Ha. *vaga(n)dī*, Pa. *vagationis*, Mo. 2 *vaga levitate.* [102]) In Ha., Mo. 2 et Pa. haec in fine occurrunt: *Mutationes scias fieri*, quasi ipse Bernardus haec adiecerit, quod neque affirmare ausim neque negare.

Tit. 28. — [1]) Pa. *superioribus titulis*, Vi. *in alio tit.*, Mo. 3 *supra.* [2]) In Mo. 1 supra linea adiectum est; in Mo. 3 deest. [3]) Mo. 2 omittit. [4]) Pa.

§ 1. Duae [5]) sunt species coniugatorum [6]), scil. sponsi [7]) et cogniti vel carnaliter coniuncti. Sponsus autem sine sponsae [8]) licentia [9]) potest ad religionem transire, similiter et sponsa sine consensu [10]) sponsi [11]), etiam si fuerit desponsatio de praesenti, ut C. XXVII. qu. 2 *Desponsatam* (c. 27), *Decreta* (c. 28) et infra eod. *Verum* (c. 2; - Gr. c. 2. III. 32), *Ex publico* (c. 7; - Gr. c. 7 ibid.). Ceterum si erant [12]) una caro per coitum effecti, non potest alter converti altero in seculo remanente [13]), ut C. XXVII. qu. 2 [14]) *Sunt qui* (c. 19), *Si quis* (c. 22), *Si vir* (c. 23) et infra eod. c. 1. 4 et 5 (Gr. c. 1. 4. 5 ibid.), nisi forte alter fuerit fornicatus, quo casu licet alteri sine fornicatoris voluntate ad religionem transire, ut C. XXVII. qu. 2 *Agathosa* (c. 21); non tamen sic festinare debet, quin prius coram ecclesia proponat adulterii quaestionem et ab eo [15]) ecclesiae iudicio divertat, ar. C. VIII. qu. 4 *Nonne* (c. 1), et C. XXXV. [16]) qu. 6 *Multorum* (c. 10) [17]) et ar. infra de divortiis *Porro* (c. 3; - Gr. c. 3. IV. 19), *Significasti* (c. 4; - Gr. c. 4 ibid.) et *De illa* (c. 5; - Gr. c. 5 ibid.). Verum si nondum facto divortio [18]) insons [19]) ad religionem transivit [20]), licet male fecerit, non tamen credo eum [21]) revocandum, si in continenti velit adulterium probare, ut ar. C. XXVII. qu. 2 *Agathosa* (c. 21); nam saepe non recte factum recte [22]) perseverat, ut ar. C. XVI. qu. ult. *Constituit* (c. 42) et Di. XLV. *De iudaeis* (c. 5). — § 2. Forte dici posset non [23]) incongrue, quod, si alter iurasset vel sollemniter vovisset, se debitum non exacturum [24]), et reliquus ad religionem transiret [25]), primus eum revocare non posset, obstante sibi [26]) voti vel iuramenti exceptione, ut Cod. de pactis *Creditori* (L. 5) et in Instit. de

omittit *videamus etc.* [5]) Li. addit *namque.* [6]) Haec et quae praecedunt: *et qualiter etc.* Mo. 1 Cod. scriptor ad summam marginem adiicienda curavit. [7]) Deest in Li. [8]) Idem *sponsi.* [9]) Mo. 3 addit *vel consensu,* in quo et sequentia supra linea addita sunt. [10]) Pa. hic repetit *licentia.* [11]) In Mo. 3 ista: *similiter etc.* omissa vides, sed aut librarius aut alius quis inter lineas praecedentibus adiecit: *et e contr.,* quod in Mo. 2 itidem occurrit. [12]) Ha. *essent.* [13]) Mo. 3 *permanente.* [14]) Mo. 3 sic: *ut XXVII. qu. 2 Agathosa, significasti de illa; verum si nondum facto divortio* et quae sequuntur infra; quae quidem omissio sive magnae genuini textus partis electio an sit ex scriptoris incuria nata, dubitaverim. [15]) Sic Li.; in ceteris *ea.* [16]) Sic Mo. 1 et Li. et rectissime; Ha. *XXX. qu. 6,* Pa. *XXV. qu. 7.* [17]) Iste locus scil. c. *multorum* in Mo. 2 non hic, sed post *quaestionem* ponitur. [18]) Pa. *non facto adhuc divortio.* [19]) Mo. 2 et 3, quorum hic adiicit *post adulterium,* omittunt *insons;* Li. habet *inter eos.* [20]) Ha. *transierit.* [21]) Ha. *esse.* [22]) Sic Mo. 2 et 3 cum Vi.; ceteri omittunt, quorum in Li. *factē* in *factū* correctum videbis. [23]) Mo. 1 et 3 et Li. *non dici posset.* [24]) Pa. *exactorem;* Vi. cum Li. et Mo. 2 omittit *se.* [25]) Deest in Mo. 3. [26]) Itidem deest.

except. § 1. Item si [27]) mulier licentiam tantum [28]) dedit viro transeundi [29]) ad religionem, non poterit eum revocare, episcopus tamen eum revocare debebit [30]), ut infra eod. c. 1 [31]).

§ 3. Illud [32]) in summa notandum, quod, si ambo coniugati ad religionem velint transire, tunc recipiendi sunt, utroque faciente professionem coram episcopo [33]), ut C. XXVII. qu. 2 *Si vir et uxor* (c. 23), ex quo capitulo datur intelligi, quod istud [34]) tale divortium non debet fieri nisi coram episcopo vel eius certo nuntio, vel qui ab eo habet potestatem de matrimoniis cognoscendi et diffiniendi [35]); id idem [36]) habes ar. C. XXXIII. qu. 2 *Seculares* (c. 1) et C. XXXV. qu. 6 *Multorum* (c. 10). De his autem in summa [37]), quam de matrimonio fecimus, utilia poteris invenire [38]).

TITULUS XXIX.

De voto et voti redemtione.

Quoniam in transitu ad religionem et conversione [1]) coniugatorum votum emittitur [2]), consequenter de voto tractatus congrue [3]) subinfertur, unde [4]) videamus, quid sit votum, quae [5]) species voti, an et qualiter redimi possit, et qualiter valeat irritari [6]).

§ 1. Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. — § 2. Votorum [7]) aliud simplex, aliud sollemne, de quibus infra qui clerici vel voventes Deo dante dicemus. Item votum aliud consistit [8]) in non faciendo, aliud in faciendo; in non faciendo [9]), ut abstinentiae, quod est a cibis abstinere [10]), et continen-

[27]) Deest *si* in Mo. 3. [28]) Pa. *licet,* Li. *tn̄ (tamen);* in Mo. 2 et 3 deest. [29]) Li. *transeunti.* [30]) In Vi., qui et supra *marito* habet pro *viro,* legitur *debet.* [31]) Deest omnino locus iste in Vi.; ceterorum, qui eum exhibent omnes, Mo. 1 numerum cap. non addit. [32]) In Mo. 3 perperam *Item illud,* qui et mox *professionem* omittit. [33]) Mo. 2 omittit *coram episcopo,* et in Li. quae sequuntur usque ad alterum *coram episcopo* exciderunt omnia. [34]) Pa. *quod illud,* Mo. 3 *et illud,* omisso *quod.* [35]) Ha. et Li. *cognoscendis etc.* [36]) Sic Li.; ceteri *ad idem.* [37]) Mo. 1 et 3 et Li. *summula.* [38]) Mo. 3 *invenies.*

Tit. 29. — [1]) Ita legendum esse palam est, licet in omnibus Codd., uno excepto Mo. 2, qui habet *ad religionem conversorum coniugatorum,* legatur *conversionem;* Li. praemittit *in.* [2]) Li. *committitur.* [3]) In Mo. 3 deest *consequenter,* in Vi. *congrue.* [4]) Sic Mo. 1 et Pa.; Ha., Mo. 2 et 3 cum Vi. *ubi;* Li. *videamus igitur.* [5]) Mo. 3 *quot.* [6]) Li. vitiose *intueri.* [7]) Idem atque Vi. et Mo. 2 addunt *autem.* [8]) In solo occurrit Mo. 2, tamen recepi in textum. [9]) Non sunt in Pa. [10]) Sequor Pa. auctoritatem, qualisqualis aliis videatur; ceteri Codd. non habent *abstinere,* quorum ceteroquin Ha. *et* pro *quod,* Mo. 3 *in*

tiae, quod est votum castitatis; in faciendo [11]), ut eundi Romam, ad SCtm Iacobum vel ultra mare [12]). — § 3. Sunt autem [13]) quaedam vota redemtibilia, quaedam irredemtibilia [14]); nam ecce vota [15]) quae consistunt in faciendo et [16]) votum abstinentiae redimi possunt [17]), ut infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1 et 2. III. 34); votum autem continentiae [18]) i. e. castitatis, si fuerit sollemne, redimi non potest, ar. Di. XXVII. *Voventibus* (c. 4) et C. XXVII. qu. 1 *De viduis* (c. 7), *Nuptiarum* (c. 41) iuxta princ.; si vero fuerit simplex, etiam sine redemtione solvitur [19]), ut maius malum vitetur, ut infra qui cler. vel vov. matr. contrab. poss. c. ult. (Gr. c. 5. IV. 6). § 4. Redemtio autem voti arbitrio episcopi eleemosynis [20]), ieiuniis et orationibus fieri potest, habita circa personam voventis et [21]) circa compensationem diligenti consideratione, ut infra eod. c. 1 et 2 (v. s.) — § 5. Potest autem irritari votum duobus modis, defectu [22]) conditionis et potestate superioris. Defectu conditionis, ut si [23]) fuerit [24]) conditionale conditione deficiente, sicut fuit votum [25]) Iacobi: [26]) „Si dominus [27]) fuerit mecum etc." et votum Annae [28]): „Si dominus, inquit, dederit mihi filium [29]) etc.;" nam si non extitisset conditio, non teneret voti promissio, ut C. XXXII. qu. 8 *Non solum* (c. 1). Potestate superioris, ut votum monachi sine licentia [30]) sui [31]) abbatis, ut C. XX. qu. 4 *Monacho* (c. 2), item votum servi sine domini voluntate, ut Dig. de pollicitat. L. 2, item votum [32]) impuberis absque patris vel tutoris auctoritate, ut C. XX. qu. 2 c. 1 et 2 et supra de regular. *Si quis* (c. 4; - Gr. c. 2. III. 31); similiter maritus uxoris votum poterit [33]) irritare, ut C. XXXIII. qu. 5 *Manifestum* (c. 11) et *Noluit* (c. 16). De his autem pleraque utilia [34]) in summa [35]), quam de matrimonio feci [36]), poteris invenire, quae sic incipit: „Cogit me dilectionis vestrae praerogativa."

---

pro *a* habent. [11]) Pa. scriptor omnia omisit, quae hinc usque ad *et votum abstinentiae* sequuntur. [12]) Vi. omittit *vel ultra mare.* [13]) Omittit Li. [14]) Sic Mo. 2 nec non Mo. 3, qui et *redemptibilia* repetit ante *nam ecce;* eorum lectionem, utpote Bernardino loquendi mori consentaneam, vel contra aliorum codicum consensum recipere non dubitavi. [15]) Ha. *votum.* [16]) Mo. 3 vitiose *ut,* Mo. 2 *i. e.* [17]) Pa. *potest.* [18]) Mo. 3 *incontinentiae.* [19]) Li. *et* pro *etiam,* Mo. 3 *solvetur.* [20]) Mo. 1 *elymosinis,* Li. *elemosinis,* Pa. *el'is.* [21]) Pa. *ut.* [22]) Li. praemittit *scil.* [23]) Deest *si* in Pa. [24]) Ha. et Pa. *fuit.* [25]) Deest in Ha. *fuit,* in Vi. *votum.* [26]) Cf. Lib. Genes. cap. 28. v. 20. [27]) Li. addit *deus meus.* [28]) Cf. Lib. I. Regum c. 1. v. 11. [29]) Pa. habet *sexum virilem.* [30]) Pa. *s'na* i. e. *sententia.* [31]) Deest in Ha. et Li. [32]) Quae sequuntur usque ad *impuberis* omisit Pa. Cod. scriptor, verbis *item votum* bis obviis procul dubio inductus. [33]) Ha. et Mo. 3 *potest.* [34]) Pa., omisso *autem,* habet *plura utilia q̄.* [35]) Mo. 1, Li. et Vi. *summula.* [36]) Ha. *fecimus.*

TITULUS XXX.

De statu monachorum et cellis eorum [1]).

Postquam tractavimus [2]) de clericis et rebus ad eos pertinentibus, iam per scalam patriarchalem [3]) ad superiora cum angelis ascendamus, ut a labore Marthae ad quietem Mariae perveniamus [4]), videl. [5]) de statu monachorum et eorum [6]) cellis [7]) aliquantulum tractaturi [8]). Videamus itaque de eorum victu, habitu, loco et itinere vel processu [9]).

§ 1. Victus eorum debet esse communis [10]) et parcus [11]), videl. [12]) ad sustentationem, non ad voluptatem [13]), habitus autem non mollis, sed asper, quia scriptum est [14]): „Ecce, qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt." Sicut autem de communi cellario sunt pascendi, ita [15]) sunt de [16]) communi vestiario vestiendi [17]); monachi enim [18]) proprium habere non possunt, ut infra eod. c. 2. § 1 (Gr. c. 2. III. 35) et ar. C. XII. qu. 1 *Nolo* (c. 10) et C. XVIII. qu. 2 *Abbates* (c. 16). § 2. Loca [19]) vero in habitationibus monachorum sunt praecipue quinque, scil. ecclesia, capitulum [20]), claustrum, refectorium et dormitorium. Debent autem vacare in ecclesia divinis officiis et orationi; in capitulo correctioni [21]); in claustro lectioni; in refectorio animae et corporis [22]) refectioni, animae per scripturae [23]) lectionem, corporis per ciborum sustentationem; in dormitorio debent vacare quieti. Quia vero [24]) corporalis exercitatio multum utilis invenitur, statutis etiam horis [25]) prodeant [26]) ad laborem, quia scriptum est [27]): „Labores manuum tuarum q. m. b. e. et b. t. e." [28]), ar. C. XVII. qu. 4

Tit. 30. — [1]) Mo. 3 *de statu clericorum et monachorum.* [2]) Desunt ista in Mo. 3. [3]) Li. *scolam patriarcharum.* [4]) Idem *pervenire valeamus,* Mo. 3 *ut labore ad quietem etc.* [5]) Mo. 2 *scil.* [6]) Deest in Mo. 1. [7]) Ha. et Mo. 3 *cellulis.* [8]) Sic Li. et Mo. 3; ceteri *aliquatenus,* quod mihi minus videtur approbabile; Vi. habet *pertractaturi.* [9]) Mo. 2 *loco itinere et processu.* [10]) Pa. *cibus communis.* [11]) Ha. *paucus.* [12]) Li. omittit; Vi. *scil.* [13]) Mo. 3 *delectationem vel volupt.* [14]) Cf. Evang. Matthaei cap. 11. v. 8. [15]) Mo. 3 *et.* [16]) Omittit Pa. [17]) Mo. 1 *induendi,* Vi. *vestimento induendi.* [18]) Li. et Mo. 2 *autem.* [19]) Pa. *loco.* [20]) Mo. 3 *capitolium,* tam hic quam infra. [21]) Ha. *correptioni.* [22]) Mo. 3 omittit *animae et corporis.* [23]) Pa. *scripturarum;* in Mo. 3 deest, qui et mox habet *corporum.* [24]) Deest in Mo. 2. [25]) Li. vitiosissime *status etiam eorum;* in Ha. deest *etiam.* [26]) Ha. *procedant,* Li. *prodeat.* [27]) Cf. Lib. Psalmorum Ps. 127. v. 2. [28]) Varie istum versiculum referunt Codd.; Mo. 1 ipse secutus sum, ceteri sic habent: Ha. *ma. tu. man. beatus est etc.,* Pa. et Mo. 2 *labores manuum t. quia m. be. es etc.,* Li. *labores manuum tuarum mud. b. e. et b. t. e.,* Mo. 3 *labores manuum t. q. m. etc.,* Vi. *labores manuum tuarum quia man-*

In venditionibus (c. 40). — § 3. Processus eorum fieri non debet, nisi pro necessitate vel utilitate[29]) et cum licentia superioris, ar. C. XVI. qu. 1 *Placuit* (c. 8) et *Monachi*[30]) *a monasterio* (c. 35). Cellam autem novam facere non possunt monachi absque[31]) proprii episcopi auctoritate, ut C. XVIII. qu. 2 *Cellulas* (c. 13); sed nec unus solus[32]) monachus in una[33]) debet cella morari, ut infra eod. c. 2. (Gr. c. 2 ibid.).

TITULUS XXXI.

De religiosis [1]) domibus et ut episcopo sint subiectae.

Diximus de monachis et aliis religiosis; nunc de religiosis domibus videamus. Consideremus[2]) igitur[3]), cuius auctoritate sint faciendae, et cui debeant esse subiectae.

§ 1. Constat autem[4]), quod ecclesiae et monasteria fieri non debent absque dioecesani[5]) episcopi auctoritate, ut C. XVI. qu. 1 *Quicunque voluerit* (c. 44) et de consecr. Di. I. *Nemo*[6]) (c. 40), et C. XVIII. qu. 2 *De monachis* (c. 12); idem dico de hospitalibus[7]), ar. in Auth. de ecclesiasticis titulis § *Si quis aedificat.* Coll. IX. (Nov. 119. c. 10) et infra eod. c. ult. (Gr. c. 4. III. 36). — § 2. Subiectae[8]) autem[9]) debent esse episcopo dioecesano, ut ar. infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 ibid.) et C. IX. qu. 3 *Per singulas* (c. 1) et C. XVIII. qu. 2 *Monasteria* (c. 17) et Di. LXI. *Obitum* (c. 16) et ar. Cod. de episc. et cler. *Nulli licere* (L. 28).

§ 3. Illud in summa notandum, quod religiosa domus non potest in seculare habitaculum[10]) commutari, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 4 ibid.). — § 4. Item illud[11]) notandum, quod institutio et destitutio pertinet[12]) ad episcopum in domo religiosa, ut ar. in Auth. de eccl. titul. § *Si quis aedificationem* et C. I. qu. ult. *Ipm̄.*[13]).

---

ducabis etc. [29]) Ha. addit *ecclesiae.* [30]) Omittit Pa. [31]) Mo. 2 *nisi cum,* omisso *proprii.* [32]) Sic Li., quem sequor, licet ceteri *unus* habeant omnes, praeter Mo. 3, ubi neutrum occurrit. [33]) Li. *una sola.*

Tit. 31. — [1]) Mo. 1 *regalibus,* cui tamen verbo postea quis corrigendo superscripsit *religiosis.* [2]) Mo. 3 et Vi. repetunt *videamus,* Mo. 2 *dicamus. Videamus.* [3]) Ha. *ergo,* Pa. *itaque.* [4]) Mo. 2 *enim.* [5]) Praeter Li. Codd. omnes habent *diocesiani.* [6]) Ha. perperam habet *Dig. de cō. di. L. nemo.* [7]) Ha. *hospitalaribus.* [8]) Li. perperam *subiecta.* [9]) In Mo. 2 deest *autem.* [10]) Ha., Li. et Pa. *secularem habitum.* [11]) Pa. *illud etiam,* Li. *et illud;* Mo. 3 addit *in summam.* [12]) Pa. *pertinent.* [13]) Sic vel *Ipm* in Codd. omnibus, uno excepto Mo. 3, ubi utrumque deest, quam siglam sive *ipsum,* sive *in primis* significare dicas, eadem erit difficultas; neque enim in C. I. qu. 7, neque in toto Gratiani decreto ullum,

TITULUS XXXII.

De capellis monachorum et aliorum religiosorum [1]).

Dictum est de cellis monachorum; nunc agendum est[2]) de capellis eorum, et gratia[3]) ipsorum[4]) de capellis omnium religiosorum. Videamus ergo[5]), quibus modis fiant capellae monachorum vel religiosorum[6]), et quid iuris habeat episcopus in eis.

§ 1. Fiunt autem duobus modis, scil. aedificatione et donatione. Porro si aedificaverint[7]) monachi capellam, habent[8]) institutionem[9]) temporalium et episcopus spiritualium, ut C. XVI. qu. 2 *Sane* (c. 6), et infra eod. c. penult. (Gr. c. 3. V. 37) et ult. (Gr. n. p.); si vero eis sint collatae[10]), distinguetur[11]), an ab episcopo, vel a patrono[12]), et si ab episcopo, utrum[13]) cum certa forma, an cum omni iure, an[14]) simpliciter. Si quidem ab episcopo sit monasterio vel religiosae domui capella sub[15]) certa forma collata, non debent religiosi[16]) plus in ea usurpare, quam sit eis[17]) concessum; alioquin privilegio debent[18]) carere, ut C. XI. qu. 3 *Privilegium* (c. 63), et C. XXV. qu. 2 *Sic decet* (c. 22). Si vero cum omni iure, tunc habebunt[19]) institutionem utramque, scil. et temporalium et spiritualium, ut C. XVI. qu. 2 *Visis* (c. 1), ut sic intelligas verbum ibi positum: „Cuius est[20]) possessio, eius sit[21]) institutio," i. e. qui habet dominium ecclesiae, scil. abbas[22]), habeat institutionem, servata[23]) tamen episcopo cura animarum, scil.[24]), ut sacerdos ibi instituendus de manu episcopi curam accipiat[25])

---

cuius initiale sit *ipsum,* occurrit capitulum, quod vero in c. 7. C. II. qu. 1 unicum extat verbis *in primis* incipiens, minus ad rem facit, cum non tam agat de episcoporum auctoritate et iuribus, quam de iudiciorum ordine.

Tit. 32. — [1]) Sic Ha., tam in summa quam in ipsa compilatione, itidemque Li. et Mo. 3; Mo. 1 *al' religionis;* in Li. et Vi. *de capellis religiosorum.* [2]) Deest in Pa. et Mo. 3, qui et *dicendum* habet pro *agendum.* [3]) Sic in Codd. omnibus. [4]) Mo. 1 *ipsarum.* [5]) Ha. cum Li. et Mo. 2 *igitur;* in Mo. 3 neutrum occurrit. [6]) Ista verba omissa in Mo. 1 aut scriptor aut corrector ad marginem addenda curavit. [7]) Li. et Mo. 2 *aedificant.* [8]) Pa. et Li. *habet.* [9]) Li. *institutiones.* [10]) Mo. 3 *fuerit collata.* [11]) Sic Li., Mo. 1 (licet ex correctura), Mo. 2. 3 et Vi.; Ha. *distingue,* Pa. *distinguas.* [12]) Ha. *vel patrono,* Pa. *an a patrono;* Li. nec *vel* nec *an* habet. [13]) Li. praemittit *videamus.* [14]) Utroque loco Pa. *aut,* Mo. 1 *vel.* [15]) Vi. *Et si sit ab ep. sub certa etc.,* omissis reliquis; Mo. 2 pro *sit* habet *fuerit.* [16]) Mo. 2 omittit. [17]) Mo. 3 *sibi.* [18]) Ha. *debet.* [19]) Mo. 3 *habebit,* omisso *tunc;* Pa. *habent.* [20]) Li. *enim est,* Ha. *et est.* [21]) In Decreti Gratianei editionibus *fiat* legi solet, sed occurrit in quibusdam Codd. *sit,* teste Boehmero, cui haec lectio et convenientior videtur. [22]) Pa. haec omittit. [23]) Pa. *conservata.* [24]) Quae sequuntur non habet Li., excepta citatione: *ut I. eod. in ecclesiis.* [25]) Pa. *recipiat.*

animarum, ut infra eod. *In ecclesiis* (c. 2; - Gr. c. 3. V. 37); item retinet ius episcopale, scil. [26]) in ordinatione clericorum et iudicio [27]) et [28]) ecclesiae vel altarium consecratione, ut ar. C. IX. qu. 3 *Per singulas* (c. 1), et C. XVIII. qu. 2 *Quidam* (c. 10); nam et [29]) qui duas habet in eadem re servitutes [30]), una remissa alteram retinere videtur, ut Dig. de servit. urban. praed. *Si domus tua* (L. 25). Si vero episcopus ipsam capellam simpliciter concessit [31]), idem iuris est [32]), quod in [33]) ecclesia cum omni [34]) iure concessa, quia in potestate concedentis fuit legem apertius [35]) dicere, ut C. XVI. qu. 2 *Visis* (c. 1), et ar. Dig. de pactis *Veteribus* (L. 39), et Dig. de contrah. emt. *Labeo* (L. 21). Si vero patronus ecclesiam [36]) contulit monasterio vel domui religiosae, nil [37]) iuris ibi habet acceptor, nisi quod habebat [38]) dator [39]), i. e. ius patronatus [40]), quia nemo [41]) plus iuris potest transferre [42]) quam habet, ut C. XVI. qu. 1 *Si quis laicus* (c. 42), et Dig. de reg. iur. *Nemo* (L. 54), nisi hoc [43]) factum est de consensu episcopi dioecesani, quo in casu capella cedit in dominium [44]) religiosorum, ut infra de iure patron. *Illud* (c. 10; - Gr. c. 8. III. 38), et *Super eo* (c. 28; - Gr. n. p.), et *Cum* (c. 30; - Gr. c. 24 ibid.). Sunt tamen qui distinguunt, utrum ecclesia sit consecrata vel [45]) non [46]); nam in non [47]) consecrata tantum ius credunt patronum [48]) habere, ut non solum patronatum, sed etiam ipsam ecclesiam [49]) valeat [50]) absque licentia episcopi loco religioso conferre, ut ar. C. XVI. qu. ult. *Nemini* (c. 40). Sed haec opinio est [51]) meo [52]) iudicio corrigenda [53]), cum ecclesia [54]) nondum [55]) consecrata non privata domus, sed religiosa vel divina dici debeat, maxime propter sollemnitates, quae ibi ab episcopo fiunt, ut de consecr. Di. I. *Nemo* (c. 5), sitque ibi positus lapis benedictus; iam ergo in episcopi potestate consistit, ut C. XVI.

[26]) Idem omittit *scil.* [27]) In Mo. 2 deest et *judicio.* [28]) Li. hic addit *in*, Mo. 3 omittit *et.* [29]) Deest in Ha. [30]) Pa. *in eadem servitute.* [31]) Sic Li., Mo. 3 et Vi; alii *concesserit.* [32]) Deest in Ha. [33]) Li. pro *in* habet *et.* [34]) Pa. *communi;* Vi. omittit *cum.* [35]) Sic Pa., Li., Mo. 3 et Vi.; Ha. *aptius;* in Mo. 1, signo ˃ litterae *p* superscripto, *aptius* in *apertius* ocrrectum esse videtur. [36]) Li. *ecclesiae.* [37]) Sic Li.; ceteri *nichil.* [38]) Idem *excepto n. q. habeat,* sed plane vitiose. [39]) Pa. *doctor,* Mo. 2 *donator.* [40]) Mo. 1 et Vi. *acceptor nisi ius patronatus,* omissis intermediis. [41]) Pa. *necēso* i. e. *necessario.* [42]) Li. *transferri.* [43]) Pa. *de reg. III. necēso nil h̄;* Ha. *nemo non hoc.* [44]) Li. *dominio.* [45]) Ha. et Li. *an;* Mo. 2 omittit *vel non.* [46]) Sequentia usque ad *non solum patronatum* desunt in Li., ex librarii certe errore. [47]) Deest *non* in Pa. [48]) Pa. *concedunt patrono.* [49]) Deest in Li. [50]) Ha. et Mo. 1 *valeant.* [51]) Vi., licet solus, habet *non est.* [52]) Li., Mo. 1 et Vi. *in eo,* sed plane falso. [53]) Mo. 1 et Li. cum Vi. *dirigenda.* [54]) Sic Li. et Pa.; in omnibus aliis perperam interscritur *enim.* [55]) Li. perperam post *nondum* interserit *et.* [56]) In

qu. 7 *Omnes* (c. 10), non ergo a laico institui potest [56]), ar. C. XVI. qu. 7 *Si plures* (c. 36), et C. I. qu. ult. *Ipm̄* [57]); cum ergo per laicum institui non possit, multo minus potest monasterio vel alii [58]) loco religioso supponi, cum institutio sit temporalis, suppositio perpetua. Iuvatur haec nostra sententia infra de iure patron. *Illud* (c. 10) et *Super eo* (c. 28); quod ergo dicitur in illo cap. *Nemini regum* (c. 40), scil. C. XVI. qu. 7, de iure patronatus, non [59]) de ecclesiae [60]) suppositione est intelligendum, ar. C. X. qu. 1 *Noverint* (c. 6). — § 2. Ex his autem satis apparet, quid iuris habet episcopus in capellis monachorum et aliorum religiosorum secundum superiorem distinctionem. Sunt tamen quaedam monasteria, quae cum suis capellis sunt a dioecesani episcopi potestate apostolico privilegio exemta [61]), in quibus, quod Apostolico placuit, canonis habet [62]) vigorem, ut C. IX. qu. 3 *Conquestus* (c. 8).

TITULUS XXXIII.

De iure patronatus et ecclesiis a laicis concessis.

Egimus in superiori titulo de iure patronatus in specie, scil. quod competit monachis et aliis religiosis; nunc communiter et [1]) in genere de iure patronatus agamus. Videamus igitur, quid sit ius [2]) patronatus, unde proveniat, cui competat, in quem transferri possit et qualiter, et quid iuris habeat patronus [3]) in ecclesia vel domo religiosa, et apud quem iudicem de iure [4]) patronatus sit litigandum.

§ 1. Sciendum tamen [5]), quod nomen [6]) patroni, unde dicitur patronatus [7]), aequivoce [8]) accipitur. Dicitur enim patronus, qui suo clientulo in causa patrocinium praestat, ut C. III. qu. 7 § *Tria* (Grat. dict. ad c. 1) [9]); et dicitur patronus, qui servum manu-

Mo. 3 haec: *non enim h̄* (hic? lapis?) *a laico statui potest,* quae an genuinum textum contineant necne, equidem decidere nolim. [57]) Cf. supra tit. 31. nota 13. [58]) Li. *alicui.* [59]) In Li., qui et mox *est* omittit, scriptum est *Nc̄,* i. e. vel *nunc* vel *nec,* quod tamen, utrum praeferas, minus quadrat. [60]) Mo. 3 *non de i. pat., sed de etc.* [61]) Sic Ha., Li., Mo. 3 et Vi.; ceteri *excepta.* [62]) Pa. *canones habent.*

Tit. 33. — [1]) Deest *et* in Ha. [2]) Li. omittit *ius,* Mo. 3 habet *igitur.* [3]) Li. *patronatus.* [4]) Omittit Pa. *de iure.* [5]) Ha. non habet *tamen,* Li. addit *est.* [6]) Vi. *hoc nomen.* [7]) Idem *ius patronatus,* Li. *patronus;* Mo. 2 omittit *unde dicitur patronatus.* [8]) In Li. exciderunt sequentia usque ad *patronus.* [9]) Isto in dicto Gratianeo cum nulla causarum patroni fiat mentio, sed tantummodo

misit [10]), ut Di. LIV. *Quicunque* (c. 5); dicitur etiam patronus quasi leno, quia patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris, ut C. XXXII. qu. 1. c. 1; dicitur etiam patronus ecclesiae vel hospitalis fundator vel dotator [11]) vel soli [12]) praestitor, ut hic dicitur. Est ergo [13]) ius patronatus ius [14]), quod habet quis ex [15]) ecclesiae vel religiosae domus fundatione, dotatione [16]) vel soli collatione. § 2. Provenit autem ex tribus, scil. [17]) ex fundatione, ex dotatione [18]), ex soli ad eam aedificandam praestatione, quod notari potest ex [19]) C. XVI. qu. 7 *Piae* (c. 26), et *Filiis* (c. 31), et C. XVIII. qu. 2 *Abbatem* (c. 4). — § 3. Competit autem [20]) ei qui ecclesiam vel domum religiosam fundavit [21]) et eius heredibus; item ei qui gratis solum [22]) praestitit, ut ibi aedificaretur [23]), et eius heredibus [24]), ut notari potest C. XVI. qu. 7 *Filiis* (c. 31) et infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1. 2. III. 38). — § 4. Transferri autem potest ad quoscunque [25]) heredes, ut ar. infra eod. c. 1 et 2. Potest autem transferri per successionem [26]), ut infra eod. c. 1 et 2 et c. *Ex litteris* (c. 9; - Gr. c. 7 ibid.), et C. XVI. qu. 7 *Filiis* (c. 31), et *Si plures* (c. 36). Item transferri potest per [27]) donationem, tam in monasterium quam in [28]) privatum, in monasterium, ut infra eod. c. *Illud* (c. 10; Gr. c. 8 ibid.), in privatum, ut infra eod. [29]) *Ex insinuatione* (c. 17; - Gr. c. 14 ibid.); verumtamen contradicere videtur Lucius infra eod. *Praeterea* (c. 29; - Gr. c. 23 ibid.), unde mihi sine melioris sententiae praeiudicio sic distinguendum videtur [30]), utrum ecclesiae, in qua ius patronatus habetur, conditio [31]) deterioretur [32]) vel non; nam ubi deterior patronus datur [33]), sententia Lucii tenet, ubi vero [34]) non deterioratur, tenet auctoritas [35]) Alexandri, nam et iure feudi [36]) dominus ius suum in alium trans-

in pr. c. 2 *Infames*, coniecturae locus posset videri datus, Bernardi tempore hunc canonem, ex tit. Dig. de postul. desumtum, nondum in ipsius Decreti corpus transiise. [10]) Ha. *manumittit.* [11]) Ha. *dator*, Mo. 3 et Vi. *donator.* [12]) Pa. *si.* [13]) Mo. 3 *enim.* [14]) Omittit Mo. 2. [15]) In Pa. legitur *ius* pro *quis*, omittiturque *ex.* [16]) Sic Ha. cum Li. et Mo. 3, nisi quod hic legit *donatione;* Pa. *de noie;* Mo. 1 atque Vi. plane omittunt *dotat. vel soli.* [17]) Deest in Ha. et Mo. 3. [18]) In Mo. 3 supra *fundatione* et *donatione* eadem, quod videam, manu haec adnotata inveniuntur: *i. e. constructione* atque *i. e ditatione.* [19]) Deest in Ha.; Li. habet *supra ex.* [20]) Deest *autem* in Li. [21]) Pa. *fundaverit.* [22]) Li. vitiose *solvit.* [23]) Vi. omittit *ut ibi aedif.* [24]) Haec omnia inde ab *item* in Mo. 1 aut scriptor aut corrector summam ad marginem adiecit. [25]) Vi. *quoslibet*, Li. *quos.* [26]) In Ha. et Li. desunt, quae inter binam c. 1 et 2 h. t. mentionem intercedunt. [27]) Pa. omittit *per.* [28]) Deest in Ha. [29]) Quae sequuntur exciderunt in Li. usque ad c. *Praeterea.* [30]) Idem *praeiudicio videtur ergo distinguendum.* [31]) Pa. *condictio.* [32]) Li. *defloretur.* [33]) Sic omnes Codd. praeter Mo. 3, qui habet *nam ubi deterioratur.* [34]) Mo. 2 omittit. [35]) Li. repetit *sententia.* [36]) Ha. omittit *et;* Pa. pro *feudi* vel *feodi*,

ferre potest, non tamen [37]) ita, ut deteriorem dominum constituat suo vasallo [38]). Cum universitate quoque transire [39]) invenitur, ut infra eod. *Ex litteris* (c. 9; - Gr. c. 7 ibid.). — § 5. Si quaeritur, an per feudum [40]) transeat, puto distinguendum [41]), an sit ius patronatus, an pura advocatio [42]); patronus dicitur [43]), qui aedificavit vel solum praestitit vel dotavit [44]), hic etiam advocatus appellatur, ut C. I. qu. 3 *Salvator* (c. 8. § 2), et infra eod. c. penult. et ult. (Gr. c. 23. 24); pure autem advocatus dicitur, qui nullum horum fecit, sed est solummodo ad defensionem vocatus; ius ergo patronatus in feudum dari non potest, quia est spirituali annexum [45]), ut infra eod. *Ad aures* (c. 17), et supra de iudic. *Quanto* (c. 5); ius autem advocationis, cum nec sit spirituale nec [46]) spirituali annexum, non invenitur prohibitum in feudum dari, videtur autem concessum, quod prohibitum non invenitur, ar. infra de desponsat. impub. c. 1 (Gr. n. p.). Item transferri potest per commutationem [47]) accipiendo simile ius, et hoc cum [48]) ecclesia vel monasterio, ut C. XVI. qu. 7 *Nemini* (c. 40). Per venditionem autem numquam transferri potest, ut ar. C. I. qu. 3 *Si quis obiecerit* (c. 7), et infra eod. *Quia clerici* (c. 8; - Gr. c. 6 ibid.) et *Ad aures* (c. 19; - Gr. n. p.) et *De iure* (c. 20; - Gr. c. 16). Quaeritur de pura advocatione, an possit vendi, de quo [49]) nihil invenio cautum; ceterum cum Novariensis ecclesia cum quodam privato cuiusdam ecclesiae advocato [50]) pactum fecisset, ut advocatio [51]) ipsa nulli [52]) nisi [53]) Novariensi ecclesiae venderetur, istud [54]) pactum fuit a Dom. Alexandro [55]) confirmatum, quam confirmationem memini me vidisse in causa, quae super eadem ecclesia inter canonicos Novarienses [56]) et canonicos SCti Gaudentii ex ipsius delegatione in meo examine vertebatur [57]). — § 6. [58]) Restat videre, quid iuris habeat patronus;

quod in Mo. 3 occurrit, vitiose exhibet *ferendi.* [37]) Li. non habet *tamen.* [38]) Pa. sic: *deteriando minus s. novallo.* [39]) Mo. 3 *transferre.* [40]) Li. *quaeritur an-pheudum.* [41]) Mo. 1 *differendum.* [42]) Mo. 3 *vel* pro *an;* idem cum Ha. hic atque in seqq. *advocatia* pro *advocatio.* [43]) Omittit Pa. [44]) Li. *donavit.* [45]) Mo. 3 *admixtum.* [46]) Omittit Mo. 3 *spirituale nec.* [47]) Ha. *mutationem*, Pa. *continuacionem.* [48]) Pa. habet *etiam* omittitque *cum.* [49]) Pa. omittit *quo.* [50]) Mo. 3 omittit *cuiusdam;* in Li. pro *advocato* legitur *privato.* [51]) Li. hoc loco *advocatia.* [52]) In Mo. 1, ipse ni fallor, librarius superscribendo addidit *nulli.* [53]) Li. *vel;* in Mo. 3 neutrum occurrit. [54]) Ha. *hoc.* [55]) Pa. addit *III;* Mo. 1 et Vi. habet *ab Alexandro pp.* [56]) Li. hic *Navarienses.* [57]) Deest in Mo. 2. [58]) Ad hanc § spectat, quod Vi. ad marginem exhibet distichon, in glossa ordinaria itidem obvium:

Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus;
Patrono debetur honor, bonus, utilitasque.

habet autem [59]) triplex ius, scil. aliquid [60]) oneris [61]), aliquid [62]) honoris et aliquid utilitatis. Onus habet [63]) defendendi ecclesiam [64]), personas et facultates, ut ar. C. XVI. qu. 7 *Filiis* (c. 31). Honorem habet, ut locum habeat in electione, ut diximus supra in tit. de electione, et [65]) hoc verum est de patrono; nam pure [66]) advocatus nullum locum habet in electione, ar. Di. LXIII. *Nullus laicorum* (c. 1). Habet etiam patronus utilitatem, quia, si ipse vel eius posteritas [67]) vergat [68]) ad inopiam, ab ecclesia sua debet sustentationem habere [69]), ut C. XVI. qu. 7 *Quicunque* (c. 30), servata tamen illa moderatione, ut [70]) ecclesia valeat [71]) sustinere; non autem habet potestatem fodri [72]) vel albergariae vel exenii [73]) exigendi, ut infra eod. *Praeterea* (c. 29; - Gr. c. 23 ibid.). Habet [74]) etiam repraesentationem [75]); sed ex ipsa sola nihil iuris provenit [76]) praesentato [77]), nisi collegium vel religiosa persona praesentationem [78]) haberet, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 24 ibid.) — § 7. Litigandum est autem de iure patronatus semper sub [79]) ecclesiastico iudice, cum sit spiritualibus annexum, ut supra de iudiciis *Quanto* (c. 5; Gr. c. 3. II. 1).

§ 8. Illud in summa notandum, quod, si plures patroni de electione dissentiant [80]), praevalet electio a pluribus facta, ut infra eod. *Quoniam* (c. 4; - Gr. c. 3 ibid.); si tamen unus patronus plures filios relinquit [81]), non habetur ratio ad capita [82]), sed ad stirpes, ar. in Instit. de hereditat. ab intest. § *Pari* (§ 6 med.), et Dig. de condition. et demonstr. *Cui fundus* (L. 56), et Dig. de collatione *Si nepotes* (L. 7). — § 9. Item si de iure patronatus inter

[59]) Deest in Pa. et Li. [60]) Utrum *aliquid*, an *aliud* legendum sit, ex Pa. dubium posset videri, quippe qui et hic et postea siglam *ad* exhibeat; ceteri vero Codd. aut sine ulla aut certe sub tali abbreviatura, quae dubium plane nequit inicere, habent *aliquid*. [61]) Li. omittit *aliquid oneris*. [62]) Ha. praemittit *et*. [63]) Deest *habet* in Li.; Mo. 3 *Ius habet*. [64]) Mo. 3 *ecclesiarum;* Mo. 2 neutrum habet. [65]) Quae hinc sequuntur usque ad *ar. Di. LXIII.* ex incuria omisit Pa. librarius. [66]) Sic Mo. 2 et Vi., quae lectio ceterorum Codd. lectioni, scil. *purus*, praestat. [67]) Omittit Mo. 2 *vel eius posteritas*. [68]) Ha. *vergatur*. [69]) Vi. *sustentari*. [70]) Pa. *ut illa*. [71]) Li. *debeat*. [72]) Sic Mo. 1, Li. et Vi.; Mo. 2 *frodi*, Ha. et Pa. *feudi*, ex propria certe eaque reprobabili librariorum coniectura; in Mo. 3 deest. [73]) Ha. cum Mo. 2 *exennii*, Mo. 3 *exenigi*. Cf. du Cange, qui idem, quod *xenium* i. e. *munus*, hoc verbo significari adnotat multisque comprobat documentis, quibus accedit Cod. Mo. 3 glossa interlinearis; nam ibi *albergariae* superscriptum vides: *i. e. hospitandi*, alteri autem verbo: i. e. *mumusculi*. [74]) Mo. 1 *habent*, Pa. *enim habet*. [75]) Bernardus ipse quin *ius (vs) praesentationis* aut scripserit aut dixerit, vix dubitaverim; tamen lectionem reiicere nolui, in qua Codd. concordant omnes. [76]) Ha. *nihil acquiritur*. [77]) In Mo. 3 deest. [78]) Quae praecedunt inde a *sed* in Mo. 1 addita sunt ad marginem. [79]) Mo. 3 *coram*. [80]) Ha. *consentiant*. [81]) Ha. *relinquat*, Li. *reliquerit*. [82]) Li. *ad caput*. [83]) Ha. *fiat*

aliquos fuerit quaestio mota [83]) et ideo sacerdotis institutio differatur, distinguitur, an protrahatur causa culpa litigantium [84]), an iudicis impedimento; si culpa litigantium, poterit episcopus post IV menses ecclesiam ordinare, salvo [85]) iure utriusque partis, ut infra eod. *Quoniam* (c. 6; - Gr. c. 4), si vero iudicis impedimento, tunc usque ad VI [86]) menses erit expectandum, ut supra de aetate et qualit. et ordine praeficiendorum *Eam* (c. 5; - Gr. c. 4. I. 14) § ult.

TITULUS XXXIV.

De censibus et exactionibus et procurationibus [1]).

Diximus de iure patroni [2]); nunc de iure episcopi, scil. de iure dioecesano [3]) dicamus. Videamus igitur, quid sit ius [4]) dioecesanum, et in quibus consistat [5]), quid ius episcopale, quid hic census dicatur [6]), quis possit ecclesiam facere censualem, postea de exactionibus [7]) et procurationibus tractaturi.

§ 1. Ius dioecesanum est ius, quod habet episcopus in ecclesiis sibi subiectis; in larga etiam [8]) acceptione ius, quod [9]) habet plebanus in capellis suis, ius dioecesanum appellatur [10]). — § 2. Consistit autem in tribus: in ordinatione, dispositione et exactione; ordinatio est [11]) de spiritualibus, dispositio de temporalibus, exactio de debitis [12]); haec autem exactio est de quatuor, scil. de tertiis [13]) vel quartis, de cathedraticis, de collectis, de albergariis. De ordinatione habes C. X. qu. 1 [14]) *Decretum* (c. 3); de dispositione habes C. X. qu. 1 [15]) *Quaecunque* (c. 5), *Noverint* (c. 6), *De his* (c. 7); de tertiis vel quartis legitur [16]) C. X. qu. 1 *Decrevimus* (c. 10) et

pro *fuerit;* in Vi. deest *quaestio*. [84]) Exciderunt in Li. et Mo. 3 quae sequuntur usque ad *poterit*, cui verbo ille praemittit *et*. [85]) Li. *salva*. [86]) Li. *VII menses*.

Tit. 34. — [1]) Mo. 3 non habet *et procurationibus*. [2]) Idem *patronatus et patroni*. [3]) Vi., ubi hoc loco *diycesiano* scriptum videmus, omittit *de iure*. [4]) Deest *ius* in Mo. 3. [5]) Ha. *ius consistit*, similiterque Pa., sed omisso *ius*. [6]) Ha. *dicitur*, Mo. 2 *appellatur*. [7]) Pa. *aytonib.* [8]) Li. *enim*, quam quis fortasse praetulerit lectionem, nec tamen recipere volui. [9]) In Pa. librarius repetito verbo *ius* inductus omnia omisit, quae hinc usque ad *dioecesanum* sequuntur. [10]) Vi. in cap. *sibi assignatis* atque *vocatur*. [11]) Mo. 2 pro *ordin. est* habet *ordinatione* et deinceps similiter. [12]) Mo. 3 sic habet: .. *in tribus, in ordinatione de spiritualibus, in dispositione de temporalibus, in exactione de debitis*. [13]) Li. *fit autem exactio scil. de debitis tertiis etc.* [14]) In Li. a librario omissa sunt quae sequuntur usque ad *Quaecunque*. [15]) Sequentia usque ad *decrevimus* desunt in Mo. 2. [16]) Li. non habet *legitur*, sed verbum *in* praemittit loco cit.

C. XII. qu. 2 *Mos* (c. 30); de cathedraticis, quae non excedunt summam duorum solidorum, habes C. X. qu. 3 *Illud* (c. 4), *Inter cetera* (c. 8); de collectis [17]) invenis [18]) C. X. qu. 3 *Cavendum* (c. 7) in fin.; de albergariis sive mansionibus legitur [19]) C. X. qu. 3 [20]) *Illud* (c. 4), *Relatum* (c. 10); et nota de collectis, quod videntur [21]) prohibitae, ut infra eod. *Cum apostolus* (c. 6; - Gr. c. 6. III. 39) § 1, ubi diligenter attende [22]), quod necessitate imminente episcopis permitti videntur, inferioribus [23]) autem personis omnimodo [24]) prohibentur. — § 3. Ius episcopale specialiter hic [25]) appellatur, quod a solis episcopis expediri potest, ut ordinatio clericorum, consecratio altarium, consecratio virginum, sollemnis reconciliatio poenitentium, chrismatis [26]) confectio, confirmatio baptizatorum et datio dimissoriarum [27]), ut Di. LXVIII. *Quamvis* (c. 4) et Di. XCV. *Presbyteros* (c. 2) et C. XXVI. qu. 6. c. 1. 2 et 3; unde in capella concessa monasterio pleno iure episcopus nihilominus ius [28]) episcopale retentat, ut ar. C. XVI. qu. 1 *Interdicimus* (c. 10) et C. XVIII. qu. 2 *Quidam monachorum* (c. 10) et Dig. de servit. urban. praed. *Si domus tua* (L. 21). — § 4. Census autem hic appellatur quaedam [29]) quasi pensio, quae pro aliquo [30]) spirituali praestatur, ut C. I. qu. 3 *Quaesitum* (c. 4); si [31]) autem omnino nesciri potest [32]), pro quo detur [33]), tamquam onerosus [34]) repelli potest, ut infra eod. *Pervenit* (c. 5; - Gr. c. 5 ibid.), et supra de consuetud. c. 1 (Gr. c. 1. I. 4). — § 5. Censualem autem [35]) ecclesiam facere potest, qui ipsius ecclesiae dominium [36]) vel quasi dominium habet [37]), ut episcopus, abbas, patronus ante [38]) consecrationem, ut infra eod. *Scientes* (c. 4; - Gr. c. 3. III. 39), *Praeterea* (c. 8; - Gr. c. 8 ibid.), et

[17]) Omittunt Mo. 1 et Vi.; Pa. addit *tamen*. [18]) Mo. 2 *habes*. [19]) Deest *legitur* in Mo. 3 et Vi. [20]) Ad qu. 3. C. X omnes remittunt Codd., sed in verbis cap. initialibus referendis paullulum variant, quippe quae in Ha., Li., Mo. 1. 2 et 3 *relata*, in Pa. *relaco*, in Vi. *illud relata* audiant. Cum vero de conviviis ab episcopo visitante non exigendis et in c. 4 *(Illud)* et in c. 10 *(Relatum)* agatur, ad utrumque locum spectasse mihi videtur Bernardus. [21]) Mo. 2 omittit *et nota quod*, atque loco *videntur* ponit *inveniuntur*. [22]) Li. *nisi qui diligenter attendit*. [23]) Mo. 2 *permittuntur, superioribus*. [24]) Ha., Mo. 3 et Vi. *omnino*. [25]) Deest *hic* in Mo. 2. [26]) In Codd. omnibus *crismatis*. [27]) Ha. *dimissorianarum*, Pa. *dimissariarum*; Mo. 3 librarius, quid sibi velit istud verbum, eo minus intellexisse videtur, quod *donatio* pro *datio* aut per errorem scripserat aut in archetypo invenerat; hinc isti verbo laguneolam reliquit. [28]) Deest in Pa. [29]) Ha. *quiddam*. [30]) Mo. 3 *alio quasi*. [31]) Li. vitiose *si quis*. [32]) Pa. *non potest*. [33]) Li. *datur*. [34]) Mo. 3 omittit *tamquam* habetque *onerosa*. [35]) Deest in Mo. 2. [36]) Pa. omittit *dominium*, Vi. *ecclesiae*. [37]) Addit hic Li. *ecclesiae*; Mo. 3 non habet *vel quasi dominium*; Mo. 2 non repetit *dominium*. [38]) Li. *autem*. [39]) Li. *a* pro *in* habet. [40]) Mo. 3 *praeterita*, Vi. *su-*

C. XVIII. qu. 2 *Eleutherius* (c. 30); ceterum ipsius ecclesiae sacerdos eam nequit facere censualem, ut infra eod. *Praeterea* (c. 8).

§ 6. De exactione diximus in [39]) praedicta [40]) distinctione [41]); de procurationibus [42]) etiam ibidem nihilominus [43]) diximus, illud [44]) videlicet adiiciendo [45]), quod episcopus circuire [46]) debet saltem semel in anno ad praedicandum et confirmandum, et tunc ecclesiae, sive sint baptismales sive capellae, eum recipere et procurare debent, ut C. X. qu. 1 *Relata* (c. 9), *Decrevimus* (c. 10), *Episcopum* (c. 11), *Placuit* (c. 12); caveat autem, ne subiectis ecclesiis per multitudinem [47]) onerosus existat, sed moderatum habeat numerum personarum et equitaturarum, ut infra eod. *Cum Apostolus* (c. 6; Gr. c. 6 ibid.).

§ 7. Illud in summa notandum, quod ex diuturnitate praestationis [48]) census praesumitur constitutus, ut ar. C. I. qu. 3 *Quaesitum* (c. 4), et Dig. si serv. vindic. *Si quis diuturno* (L. 10), nisi ipse census sit contra ecclesiasticam normam [49]), ut sunt [50]) servilia opera, ar. C. I. qu. 1 *Nullus episcopus* (c. 100), et ar. infra eod. *Pervenit* (c. 5; - Gr. c. 5 ibid.), et ar. Dig. de operis libertor. *Operarum* (L. 50) [51]).

TITULUS XXXV.

De ecclesiis aedificandis vel reparandis.

Diximus de iure, quod habent episcopi [1]) in ecclesiis [2]) aedificatis; nunc videamus de iure, quod habent in aedificandis vel reparandis [3]). Videamus igitur [4]), qualiter et cuius auctoritate sit ecclesia aedificanda, vel si diruta est [5]), a quo sit et qualiter [6]) reparanda.

periori. [41]) Pa. *diffinimus ... distincta*. [42]) Pa. et Mo. 3 *procuratoribus*. [43]) Sic omnes; Mo. 2 *méoi*. [44]) Sic omnes, eo excepto, quod Ha. et Mo. 3 *illo* ponunt pro *illud* et Vi. pro *videl.* habet *scil.* [45]) Ha. *admonendo*. [46]) Mo. 2 et 3 et Vi. adiiciunt *episcopatum*. [47]) Vi. omittit *per multitudinem*. [48]) In Mo. 3 huic verbo spatium reliquit scriptor. [49]) Ha. *formam*. [50]) Mo. 1 *sint*, Mo. 3 *super*. [51]) Haec sola lex huc pertinet, quare pro *operus*, quod habent Codd., *operarum* ponere non dubitavi; qui antecedunt loci, desunt in Mo. 3.

Tit. 35. — [1]) Pa. *episcopus*, omisso *habent*. [2]) Li. omittit sequentia usque ad *aedificandis*. [3]) Pa. *parandis*. [4]) In Ha., Li. et Pa. non occurrit. [5]) Ha. *dirupta sit*, Mo. 2 *dirupta est*. [6]) Desunt in Li. *si diruta . . . qualiter*.

§ 1. Sunt autem aedificandae [7]) ecclesiae per congrua et utilia loca, ut de consecr. Di. I. *Ecclesias* (c. 13); superfluae autem ecclesiae aedificari [8]) non debent, quin immo, ubi superfluae inveniuntur, providentia sunt episcoporum [9]) moderandae, vel etiam [10]) si expediat [11]) destruendae, ut de cons. Di. I. c. 2 et *Ecclesiae vel altaria* (c. 18). Item sic sunt aedificandae, ut veteres propter novas nullatenus [12]) suo iure priventur, ut C. XVI. qu. 1 *Ecclesiae* (c. 43), *Quicunque* [13]) (c. 44), nisi in casu, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 3. III. 48). Sunt autem aedificandae cum quadam sollemnitate atrii [14]) designandi, crucis figendae [15]) et ceteris [16]), ut de cons. Di. I. *Nemo* (c. 9). — § 2. Desideratur [17]) autem [18]) in his omnibus auctoritas episcopalis, ut C. XVI. qu. 1 *Quicunque* et de cons. Di. I. *Nemo;* sed et [19]) altare novum in ecclesia dedicata erigi non debet absque pontificis [20]) auctoritate, ut de cons. Di. I. *Nullus presbyter* (c. 25), et Di. LXVIII. *Quamvis* (c. 4). — § 3. Ecclesiae vero lapsae vel destructae sunt reparandae, in quod [21]) opus ipsarum ecclesiarum clerici pro posse adiutorium [22]) impendere debent, ut infra eod. c. penult. (Gr. c. 4. III. 48) et ult. (Gr. c. 1 ibid.), et C. XVI. qu. 1 *Si monachus* (c. 22).

TITULUS XXXVI.

De immunitate ecclesiae, coemeterii et rerum ad eam pertinentium.

Diximus [1]) de aedificatione [2]) ecclesiae, quae est domus Dei [3]); sed quoniam non decet [4]) domum Dei premi [5]) oneribus [6]), quibus premuntur [7]) domus privatorum, de ipsius [8]) immunitate [9]) et suarum rerum disseramus. Videamus igitur, quid sit immunitas, quam immu-

[7]) Mo. 3 omittit. [8]) Post *superfluae* Mo. 3 habet *sive de providentia*, ceteris omnibus quae sequuntur omissis; in Mo. 2 deest *ecclesiae*. [9]) Vi. *episcopi*. [10]) Deest in Ha. [11]) Li. et Mo. 3 *expedit*. [12]) Deest in Mo. 2. [13]) Iste locus non occurrit in Mo. 3; in Mo. 2 adest, sed omittuntur quae sequuntur usque quo remissio ad *de cons. D. I. Nemo* recurrit. [14]) Mo. 3 *altarii*. [15]) Li. *signandae*, sed male, uti c. 9 cit. docet. [16]) Sic omnes. [17]) Pa. *considerantur*. [18]) Omittit Mo. 3. [19]) Ha. *sic et*, Li. et Mo. 3 *sed*, omisso *et*. [20]) Li. *episcopi*. [21]) Deest *quod* in Mo. 3. [22]) Sic Li., cuius lectionem recipere, licet alibi nuspiam obviam, cap. 22 cit. suasit auctoritas.

Tit. 36. — [1]) Mo. 1 et 3 *vidimus*. [2]) Mo. 2 *emunitate*. [3]) Mo. 3 pro *est* habet *dicitur*. [4]) Li. *debet*. [5]) Deest in Ha. [6]) Mo. 3 *hōmibus* i. e. *hominibus*. [7]) Pa. *premitur*. [8]) Ha. habet *ipsarum*. [9]) Hanc formam utpote nunc usitatiorem, licet uno excepto Ha., non obveniat in Codd., retinere placuit.

nitatem [10]) habeat ecclesia, quam coemeterium, quam homines vel res ecclesiae, quae poena [11]) violantium immunitatem.

§ 1. Immunitas est privilegium ecclesiasticae [12]) libertatis personarum vel [13]) rerum ad eam [14]) pertinentium, et dicitur immunitas quasi extra munia vel munera [15]), scil. sordida [16]), ut calcis coquendae, arenae fodiendae et similium [17]), in quibus angariae et parangariae continentur [18]), ut Cod. de sacros. eccl. *Neminem* (L. 11); sunt autem angariae servitutes vel servitia personarum, parangariae rerum, plaustra utrarumque [19]). — § 2. Habet autem ecclesia in se [20]) hanc immunitatem, ut nullus inde per vim abstrahatur, nisi sit [21]) publicus latro, ut C. XVII. qu. 4 *Sicut* (c. 6) [22]), *Si quis* (c. 7), *Miror* (c. 8), *Reum* (c. 9), *Frater* (c. 10) [23]); item ea [24]), quae ibi posita sunt, nec per vim nec per furtum [25]) inde sunt auferenda, et qui abstulerit, ut sacrilegus iudicatur [26]), ut C. XVII. qu. 4 *Sicut* (c. 6), *Quisquis* (c. 21); eandem immunitatem habet coemeterium ipsius, ut eisdem capitulis colligi potest. Has autem [27]) immunitates solummodo de ecclesiis consecratis et earum coemeteriis intelligere debemus. Item [28]) in domibus ecclesiarum, multo ergo minus in ecclesiis [29]) placita secularia non [30]) sunt facienda, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 49). — § 3. Personae ecclesiarum, ut clerici vel [31]) conversi, angariis fatigari non debent, ut Cod. de episc. et cler. *Omnis* (L. 2) et *Presbyteros* (L. 6), et C. XII. qu. 2 *Ecclesiarum* (c. 69) [32]); item hoc privilegio [33]) gaudent, ut, quicunque eis [34]) violentas manus iniecerit, sit anathema [35]) nec possit [36]) nisi a Romano pontifice absolvi, ut C. XVII. qu. 4 *Si quis suadente* (c. 29) et infra de sentent. excommun. *Non dubium* (c. 6;

[10]) Omittit Mo. 3. [11]) Li. *et quae sit*. [12]) Pa. *ecclesiae*. [13]) Ha. *sive;* Mo. 3 omittit *vel rerum*. [14]) Sic omnes praeter Mo. 2, qui habet *eos;* an forte *eccā* scil. *ecclesiam?* [15]) Ha. repetit *extra;* Pa. inversum sequitur ordinem. [16]) In Mo. 3 hic occurrit unius verbi lacuna. [17]) Pa. *similiter*. [18]) Li. *continetur*. [19]) Pa. *viarq;* ceteri *utrumque*, uno excepto Mo. 3, qui hunc textum, sed vitiosum exhibet: *parangariae rerum et personarum, ut alicuius cum plaustro*. [20]) Sic Codd. omnes. [21]) Deest in Pa. [22]) Li. librarius addit c. *Quisquis* (c. 21), quem tamen locum ipsum ex sequentibus erronee antecepisse nec delesse; ipsa locorum series docet. [23]) Isti loci in Ha. desunt omnes. [24]) Li. *interea*. [25]) Ha. *furta;* Mo. 2 omittit alterum *nec*. [26]) Li. *in sacrilegiis*, Ha. *abstulerint inter sacrilegos iudicantur;* in Mo. 3 deest *ut*. [27]) Omittit Mo. 2. [28]) Sic praeter Mo. 1, qui habet *idem*, et Mo. 2, qui neutrum, Codd. omnes. [29]) Mo. 2 omittit *in eccles.;* Pa. *ecclesia*. [30]) Omittunt *non* tam Mo. 2 et 3 quam Vi. [31]) Deest *vel* in Li.; Mo. 3 et Vi. habent *et*. [32]) Alteram quae sequitur huius § partem non exhibet Li., ex incuria procul dubio librarii, cum § verbo *ecclesiarum* expliciat. [33]) Mo. 3 *privilegium*. [34]) Sic idem; alii *in eis*. [35]) Vi. *iniecerint sint anathematizati*. [36]) Mo. 3 addit *ab*

Gr. c. 5. V. 39). Sed et [37]) rustici ecclesiae et servi ab his [38]) angariis eximuntur [39]), ut C. XII. qu. 2 *Ecclesiarum* (c. 69). § 4. Praedia quoque ecclesiarum hoc privilegio gaudent, ut nec [40]) tributum praestare debeant nec sordidis muneribus aggravari, ut C. XVI. qu. 1 *Generaliter* (c. 40) § *Novellarum* (§ 3), *Placet* (§ 4) [41]), et C. XXIII. qu. 8 *Secundum* (c. 24). Sed et [42]) unicuique ecclesiae conceditur unus mansus, qui continet regulariter XII iugera [43]), de quo manso nullum servitium [44]) facere debet [45]) nisi ecclesiasticum [46]); de reliquis terris servitia praestabit debita, puta si praedium ecclesiae debeat servitutem, ut supra de censibus c. 1 (Gr. c. 1. III. 39). — § 5. Poena vero violantium immunitatem est duplex, scil. spiritualis et pecuniaria. Nam antiquis [47]) canonibus praecipiuntur [48]) excommunicari, praemissa tamen admonitione [49]), ut C. XVII. qu. 4 *Frater* (c. 10) [50]), *Si quis deinceps* (c. 22), *De presbyterorum* (c. 23); hodie vero incidunt in canonem latae [51]) sententiae et sunt ex ipso facto [52]) excommunicati, ar. C. XVII. qu. 4 *Si quis suadente* (c. 29), et infra de sent. excomm. *Non dubium* (c. 6; - Gr. c. 5. V. 39). Est [53]) et poena pecuniaria, de qua sic in canonibus [54]) distinctum [55]) invenimus, utrum videlicet [56]) violentia sit facta personae ecclesiasticae vel ipsi ecclesiae, an [57]) rebus in ipsa constitutis. Si personae vel ecclesiae [58]), nongentorum solidorum poena praestatur [59]), ut C. XVII. qu. 4 *Si quis contumax* (c. 20), vel triginta librarum argenti, ut ibid. *Quisquis* [60]) (c. 21); si vero facta est [61]) violentia in rebus [62]) in ecclesia constitutis, damnum in

---

aliquo. [37]) Deest in Mo. 1. [38]) Mo. 2 atque Vi. *huiusmodi.* [39]) Mo. 3 *excipiuntur,* sed supra linea additur *vel eximuntur.* [40]) Sic Pa. cum Mo. 1 et 3; Ha. *nemini.* [41]) In Codd. locus iste sic datur: *XVI. qu. 1. § Novellarum Placet,* neque ulla inter eos intercedit lectionis varietas, praeterquam quod Li. ante *Novellarum* non habet § signum. At vero et in Gratiani ad qu. cit. dictis frustra quaesiveris, quae huc pertineant, neque extat in toto Decreto, quod *Novellarum,* aut in ipsius P. II., quod *Placet* incipiat, capitulum. Optime tamen ad rem faciunt, quae laudavi capitula, neque dubitavi addendo atque delendo quid vel citra Codd. fidem huc remittere. [42]) Non est *et* in Li. [43]) In Pa. additur *terrarum.* [44]) Pa. omittit. [45]) In Codd. solo Li. excepto *debent,* sed minus recte, cum mox sequatur *praestabit.* [46]) Omnia ista inde a *qui continet* exciderunt in Mo. 3. [47]) Ha. *in antiquis.* [48]) Sic Ha. et Vi.; alias *praecipitur.* [49]) Li. *monitione.* [50]) Quae hinc sequuntur usque ad c. *Si quis suadente* omisit Pa. Cod. scriptor. [51]) Sic Li. et Mo. 3; in ceteris *dutae.* [52]) Sic Mo. 1 et 3, Li. atque Vi.; Ha. *ipso iure.* [53]) Ha. omittit *est.* [54]) Li. *canones.* [55]) Mo. 2 omittit *distinctum,* atque mox *videl.* [56]) Pa. *ut cum,* itidem omisso *videlicet.* [57]) Pa. *aut,* Vi. *vel.* [58]) Mo. 3 *personae ecclesiasticae.* [59]) Ha. *puniatur,* Mo. 2 *punitur.* [60]) Isto verbo mox repetito inductus in Mo. 2 scriptor omnia sequentia excidere fecit pergitque *huiusmodi poenae.* [61]) Pa. et Mo. 3 omittit. [62]) Ha. *in ecclesiis vel in rebus etc.;* Mo. 3 *in rebus ecclesiae.*

octuplum [63]), immunitatem vero in triplum componere debet, ut C. XVII. qu. 4 *Quisquis* (c. 21). Sed huiusmodi poenae hodie meo [64]) iudicio iudicis arbitrio reliquuntur. Quod vero pro immunitate laesa datur, illi est ecclesiae dandum, cuius est [65]) immunitas violata [66]), ut C. XVII. qu. 4 *Si quis in atrio* (c. 7).

§ 6. Illud in summa notandum, quod imminente persecutione hostili nullus hominum ecclesiae ratione immunitatis a vigiliis [67]) excusatur, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. III. 49). — § 7. Item illud notandum, quod laici ab ecclesiis fodrum [68]) exigere non [69]) debent, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 4 ibid.) et supra de iure patron. *Praeterea* (c. 29; - Gr. c. 23. III. 38).

TITULUS XXXVII.

Ne clerici vel monachi secularibus [1]) negotiis se immisceant.

Post specialia [2]) clericorum et monachorum ad eorum communia veniamus, inter quae hoc satis praecipuum invenitur, quod, cum ambo Deo militent, non [3]) debent [4]) secularibus negotiis [5]) implicari. Videamus ergo, quid sint negotia secularia, et quae negotia clerici facere possint [6]), quae laici, quae utrisque prohibeantur [7]).

§ 1. Negotia secularia dicuntur, quae fiunt de [8]) secularibus [9]) rebus acquirendis vel distrahendis, sive fiant [10]) cum peccato sive sine peccato [11]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 50). Item secularia negotia dicuntur, quae solis laicis competunt, ut negotiari [12]), scil. emere vilius et vendere carius, ut Di. LXXXVIII. *Fornicari* (c. 10), et C. XIV. qu. 4 *Clerici* (c. 1), *Canonum* (c. 3). — § 2. Possunt autem clerici exercere negotiationem, quod quid [13]) sua opera pre-

---

[63]) Sic Ha., Mo. 1, Pa. et Vi.; Li. *videlicet in triplum.* Neutram lectionem pro vera habuerim, quia c. 21 a Bernardo cit., ut *damnum novies componant* sacrilegi, praecipit, reque vera in Mo. 3 occurrunt haec: *damnum in hoc factum nōcuplum.* [64]) Vi. *in eo.* [65]) In Mo. 2 desunt *cuius est.* [66]) Pa. *violenta.* [67]) Desunt in Ha. [68]) Sic Mo. 1 et Li. cum Vi.; Mo. 2 *frodum;* Ha. *feudum;* Pa. et Mo. 3 *feodum.* [69]) Deest *non* in Pa.

Tit. 37. — [1]) Li. et Mo. 3 non habent *vel monachi secularibus.* [2]) Li. *spiritualia.* [3]) Pa. *quod . . . militant et quod non etc.* [4]) Mo. 2 *debent se secul.* [5]) Deest in Pa. [6]) Sic Li. et Mo. 3 cum Vi.; Ha. *debeant,* Pa. et Mo. 1 *possunt.* [7]) Pa. *prohibentur.* [8]) Pa. omittit *de;* Mo. 1 et 3 *sunt de.* [9]) Pa. addit *regularibus.* [10]) Mo. 3 omittit. [11]) Li. omittit *sive sine peccato;* Mo. 2 habet *sive non.* [12]) Li. *negociatori i. e.* [13]) Codices omnes praeter Li., quem

tiosius reddunt [14]), ut si [15]) emant cartas, libros scribant, quos carius vendant, ar. infra eod. c. 1. Alias autem [16]) omnis negotiatio, secularis iurisdictio [17]) et [18]) villarum procuratio loco laicorum eis interdicta videtur, ut infra eod. *Sed nec* (c. 3; - Gr. c. 4 ibid.), *Sacerdotibus* (c. 8; - Gr. c. 2 ibid.), et C. XIV. qu. 4 *Clerici* (c. 1). § 3. Laicis vero omnis negotiatio permittitur, quae sine mortali [19]) peccato exercetur, ut ar. Di. LXXXVIII. *Fornicari* (c. 10); ceterum omnis usurarius contractus vel factus in fraudem usurarum laicis prohibetur, ut C. XIV. qu. 4 *Nec hoc* (c. 7). — § 4. Generaliter autem [20]) omnis negotiatio, quae sine mortali peccato non exercetur, tam laicis quam clericis prohibetur [21]), ut contractus usurarum, ut C. XIV. qu. 4 *Nec hoc* [22]) et infra de usuris *Quia* (c. 2; - Gr. c. 3. V. 20), *Quoniam* (c. 4; - Gr. c. 2 ibid.).

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

De sponsalibus et matrimonio.

In nomine Domini [1]). Quia ordo clericorum dignior est coetu [2]) laicorum, non incongrue, postquam tractavimus [3]) de causis clericorum, tractare debemus de causis laicorum, quae ad ecclesiasticum iudicium spectant, puta de matrimonio; sed quoniam sponsalia matrimonium praecedunt, etiam de sponsalibus primo tractemus. Videamus igitur [4]), quid sint sponsalia, qua aetate contrahi possint [5]), quid sit matrimonium, quid ipsum faciat, quid ipsum impediat [6]).

§ 1. Sponsalia sunt futurarum promissio nuptiarum, dicta [7]) a spondendo i. e. a promittendo [8]). — § 2. Fit autem huiusmodi

sequor, habent *negotium*, sed differunt in eo, quod mox in Pa. occurrit *qū*, in Mo. 1—3 et Li. *q*, in Ha. et Vi. *qd*, qua in varietate et dubietate lectionum num recte et bene Bernardi dicta emendaverim, aliis relinquo diiudicandum. [14]) Haec inde a *sua* desunt in Ha. [15]) Li. omittit *si*. [16]) Desunt in Pa. [17]) Mo. 2 *ut iurisdictio*. [18]) Mo. 1 omittit. [19]) Ha. et Mo. 3 non habent *mortali*. [20]) Deest in Li. [21]) Mo. 3 *inhibetur*. [22]) Locos qui sequuntur non exhibent Li. et Mo. 2.

Tit. 1. — [1]) Desunt ista verba in Mo. 2 et 3 et Vi. [2]) Ha. *coetui*. [3]) Deest in Ha.; Li. *tractata sunt*. [4]) Li. omittit. [5]) Deest in Mo. 3. [6]) Ha. *facit* et *impedit*. [7]) Pa. praemittit *inde*. [8]) Ha. *i. e. compromittendo;*

promissio quatuor modis, alias [9]) nuda promissione, alias datis arrhis sponsalitiis [10]) post promissionem, alias interveniente [11]) annuli subarrhatione [12]), alias interveniente iuramento. Nuda promissione seu [13]) sponsione [14]), ut: „Accipio vel volo te in meam, et ego [15]) te in meum," et [16]) hoc dicitur desponsatio de praesenti; vel sic: „Accipiam te in meam, accipiam te in meum," et hoc dicitur desponsatio de futuro [17]); de his habes infra de sponsa duor. c. 1 (Gr. c. 4. IV. 1) et c. 3 (Gr. n. p.). De arrhis sponsalitiis habes [18]) Cod. eod. *Arrhis* (L. 3); de annuli subarrhatione, quae vulgariter [19]) desponsatio dicitur, sed proprie subarrhatio nuncupatur, invenies [20]) C. XXVII. qu. 2 *Si quis desponsaverit uxorem* (c. 15); de huiusmodi [21]) iuramento habes infra eod. *De illis* (c. 4; - Gr. c. 5 ibid.), *Praeterea* (c. 11; - Gr. c. 2 ibid.). — § 3. Possunt autem contrahi post septennium, ut C. XXX. qu. 2 *Ubi* (c. un.); tempus enim discretionis est post septennium, tam in foemina quam in viro [22]), ut infra de desponsat. impub. *Litteras* (c. 5; - Gr. c. 4. IV. 2), et Dig. de sponsal. *In sponsalibus contrahendis* (L. 14). Haec est aetas contrahendi sponsalia; ceterum aetas apta nuptiis est in puella XII, in puero XIV annorum, quod colligitur ex C. XX. [23]) qu. 1 *Firma* (c. 1) et qu. 2 *Puella* (c. 2), et infra de despons. impub. *Si puella* (c. 11; - Gr. n. p.). — § 4. Restat videre [24]), quid sit matrimonium. Matrimonium est viri et mulieris legitima coniunctio individuam vitae consuetudinem retinens [25]); dicitur autem [26]) matrimonium quasi matris munus [27]), quia dat [28]) mulieribus esse matres. — § 5. Matrimonium autem [29]) facit consensus expressus, ut C. XXVII. qu. 2. § 1 [30]) (dictum Gratiani in pr.). — § 6. Sunt autem quae impediunt matrimonium XIV: votum, ordo, habitus, dispar cultus, error personae, conditio, cognatio, ligatio, enormitas delicti, impossibilitas coeundi, coactio, causa publicae honestatis, tempus [31]) feriarum et ecclesiae interdictum.

Li. habet *spondeo vel promitto;* in Mo. 2 *a spondendo vel promittendo*. [9]) Li. tam hic quam postea *vel*. [10]) Mo. 3 *sponsalitii*. [11]) Li. *interveniente iuramento*, omissis ceteris. [12]) Ha. *alias sub arracione*. [13]) Pa. et Li. *vel*. [14]) In Vi. deest *seu sponsione;* Mo. 3 habet *desponsatione*. [15]) Mo. 2 omittit. [16]) Pergit Mo. 3 *accipiam te in meam etc.*, omissis intermediis. [17]) Ha. non habet, nisi *ut accipiam te etc.;* Mo. 2 . . . *te in meam*. [18]) Li. *arris et sponsalitiis*, omisso *habes*. [19]) Pa. *vulgaliter*, recte si filius viderit. [20]) Mo. 1 et Li. *invenis*, Mo. 2 *habes*. [21]) Deest in Vi., nec fortasse iniuria. [22]) Li. *virum*. [23]) Uno excepto Mo. 3 deest particula *ex* in Codd. [24]) Idem *restat igitur quid etc.* [25]) Li. *continens*. [26]) Mo. 2 *enim;* Mo. 3 pro *dicitur* habet *q̃re*. [27]) Li. *munium vel munus*. [28]) Mo. 2 *datum est*. [29]) Mo. 3 *verum autem matr.* [30]) Pa. loco *§ 1* habet *per totum;* in Mo. 2 occurrit *c. 1. §. 1.* [31]) Li. addit *quoque*.

§ 7. De voto diximus supra in titulo [32]) de voto, et Deo adiuvante [33]) dicemus infra qui cler. vel vov. matrim. contrahere possunt. — § 8. Ordo alius sacer, alius non sacer; sacer ordo [34]), ut subdiaconatus et supra; non sacer, ut ordo acolythorum [35]) et infra. Sacer [36]) ordo et [37]) impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut Di. XXVII. *Presbyteris* (c. 8), et C. XXVII. qu. 2 *Ut lex* (c. 40); inferiores autem ordines, ut [38]) acolythorum [39]) et infra non impediunt matrimonium contrahendum [40]), ut Di. XXXII. *Si quis eorum* (c. 7), *Seriatim* (c. 14); an vero [41]) debeant ecclesiasticam obtinere praebendam, dictum est supra de clericis coniugatis [42]). Haec [43]) vera sunt in ecclesia occidentali; ceterum in ecclesia orientali licet sacerdotibus [44]) et omnibus inferioribus [45]) accipere uxores, ut Di. XXXI. [46]) *Aliter* (c. 14). — § 9. Habitus etiam [47]) causa religionis sponte assumtus, quia votum habet annexum, matrimonio [48]) praestat impedimentum, ut Di. XXVII. [49]) *Quod interrogasti* (c. 6) et Di. XXXII. *Seriatim* (c. 14) et C. XXVII. qu. 1 *De viduis* (c. 7), *Mulieres* (c. 31). Ideo autem dixi „causa religionis assumtus" [50]), quia, si causa probationis [51]) assumatur, non alligat voto, ut ar. C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6); item si ioco [52]), non alligat, quia ea quae per iocum fiunt non imputantur [53]), ut C. XV. qu. 1 *Illud relatum* (c. 2) et C. XXII. qu. 2 *Quod autem* (c. 18) et Dig. de act. et oblig. *Obligationum* (L. 3) § ult.; item causa utilis simulationis [54]) assumtus [55]) voto non adstringit nec praestat impedimentum, ar. C. XXII. qu. 2 *Utilem* (c. 21), et ar. Di. XLIII. *In mandatis* (c. 2). Ideo autem dixi [56]) „sponte assumtus," quia, qui vi [57]) metusve causa sumitur [58]), non praestat impe-

[32]) Sic Mo. 1 et Vi.; Ha. cum Li. et Mo. 2 *in tractatu;* Pa. *in t.*, omissis *de voto;* Mo. 3 *diximus et Deo etc.* [33]) Ita Li. cum Mo. 1 et 2; Ha. *annuente*, Mo. 3, Pa. et Vi. *dante.* [34]) Quae sequuntur desunt in Li. [35]) Pa. omittit *ordo* habetque *acolitus;* in Mo. 3 *accolitatus* legitur. [36]) Pa. addit *vero.* [37]) In Ha., Pa. et Mo. 3 non occurrit *et.* [38]) Deest in Ha. [39]) Vi. addit *ordo.* [40]) Non est in Pa. et Mo. 3. [41]) Ha. *ergo;* Li. *eorum an vero.* [42]) Pa. et Mo. 3 ita: *eccles. autem non habent (debent) optin. praeb. ut S. dictum est de cler. coni.* [43]) Additur in iisdem *autem.* [44]) Mo. 2 *occid.; in orient. licet.* [45]) Li. *omnibus clericis.* [46]) Codd. omnes *Di. XXVIII*, in qua tamen non extat can. *Aliter.* [47]) Li. et Mo. 2 *autem.* [48]) Pa. *marito.* [49]) Falso citatur Di. XXXII in Codd., quorum Vi. mox pro *Di. XXXII* ponit *eod.* [50]) Mo. 2 falso *sponte ass.* [51]) Ha. *ppōnis* i. e. *praepositionis.* [52]) Pa. *loco.* [53]) In Li., quae praecedunt, non tam desunt, quam multimoda laborant depravatione, cum ita reddita videamus: *Habitus autem causa religionis sponte assumptus alligat voto, ut XVIII. qu. 3. Quia si causa probationis assumatur non alligat quia ea per loca fiunt, ut XV. etc.* [54]) Sic Li. et Mo. 1 et 3 cum Pa. et Vi., idque recte, uti ex c. 21 cit. apparet; Li. *causa utilitatis vel sim;* Ha. et Mo. 2 *causa simulationis.* [55]) Pa. *sumptus.* [56]) Mo. 3 *ideo dictum est.* [57]) In Pa. pro *qui vi*

dimentum, ut C. XX. qu. 1 *Puellae* (c. 8) et C. XXVII. qu. 1. c. 1 et supra de his quae vi metusve causa fiunt c. 2 (Gr. c. 2. I. 40) [59]), et C. XV. qu. 6 *Si sacerdotibus* (c. 1), et ar. C. XXXIII. qu. 5 *Notificasti* (c. 2). Et nota, quod habitus absque professione assumtus impedit matrimonium contrahendum, sed non [60]) dirimit contractum [61]), ut infra qui cler. vel vov. *Consuluit* (c. 7; – Gr. c. 4. IV. 6). — § 10. Dispar cultus et [62]) impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Est autem [63]) dispar cultus, ubi fidei diversitas invenitur, ut inter christianum et iudaeum vel paganum [64]) et [65]) inter catholicum et haereticum praecisum i. e. ab ecclesia iam damnatum. Nullus igitur [66]) christianus cum pagana vel iudaea matrimonium contrahere potest, et si contraxerit separabitur [67]), ut C. XXVIII. qu. 1 *Cave* (c. 15), *Si quis iudaicae* (c. 17); similiter [68]) nec catholicus cum haeretica iam praecisa matrimonium contrahere potest [69]), et si contraxerit separabitur, ut C. XXVIII. qu. 1 *Non oportet* (c. 16). Posset [70]) tamen sub tali conditione christianus iudaeam vel paganam [71]) accipere i. e. desponsare, si ipsa promittat se futuram esse [72]) christianam [73]); idem dico inter catholicum et haereticam [74]), scil. si ipsa profiteatur se futuram catholicam [75]), ut C. XXVIII. qu. 1 *Non oportet* (c. 16). Haec vera sunt, ubi dispar cultus intervenit tempore contractus [76]); ceterum si tempore contractus ambo erant [77]) infideles et unus convertatur ad fidem, altero in infidelitate remanente [78]), distinguendum erit [79]), utrum infidelis consentiat habitare cum fideli vel non. Nam si consentit [80]), potest quidem fidelis [81]), si voluerit [82]), eam relinquere [83]), sed non potest aliam accipere, ut C. XXVIII. qu. 1 *Si*

legitur *c'm.* [58]) Mo. 2 *quae . . . gesta sunt matrimonio etc.;* Mo. 3 *assumitur.* [59]) Li. *fit, vigorem non habet, ut C. II. qu. . . et C. XV. etc.* [60]) Li. pro *sed non* ponit *et.* [61]) In Mo. 3 desunt quae sequuntur usque ad *est dispar.* [62]) Deest in Li., Pa. et Vi. [63]) Ha. *enim;* in Li. deest. [64]) Ha. *christianam* et *paganam.* [65]) Pa. et Mo. 3 *vel.* [66]) Mo. 2 *ergo.* [67]) Pa. *contrahit, dirimitur.* [68]) Quae sequuntur usque *posset* exciderunt in Ha. atque in Mo. 2, qui etiam locos antecedentes nōn exhibet. [69]) Vi. cum Mo. 3 *non potest*, quorum tamen hic post *similiter* omittit *nec.* [70]) Ha. *potest.* [71]) Vi. *paganam vel hereticam.* [72]) Deest in Mo. 2. 3 et Vi. [73]) Mo. 3 et Pa. omittunt quae sequuntur usque ad *haec vera etc.* [74]) Ha. *hereticum.* [75]) Sic Li., Mo. 2 et Vi.; Ha. cum Mo. 1 *esse christianam vel catholicam;* Pa. et Mo. 3 *desponsare, si ipsa se promittat catholicam futuram*, omissis quae intercedunt. [76]) Quae sequuntur usque ad *ambo* omisit Li. librarius, addendoque *ubi* textum corrigere studuit, nec tamen valuit. [77]) Pa. *erunt*, Vi. *fuerint;* Mo. 2 nec *ceterum* habet nec repetit *tempore contractus.* [78]) Pa. et Mo. 3 *permanente*, Vi. et Mo. 2 *manente.* [79]) Li. *est*, Mo. 2 *distinguitur.* [80]) Ha. librarius addidit *non*, sed ipse mox punctis subiectis delendum curavit. [81]) Ha. cum Mo. 1 et Vi. *infidelis*, at procul dubio vitiose. [82]) Desunt in Mo. 2 et Vi. [83]) Pa. et Mo. 3 *dimittere.*

quis gentilis (c. 2), *Iam nunc* (c. 8), *Sic enim* (c. 9), *Iudaei* (c. 10); monetur tamen ab Apostolo eam tenere, ut in praedictis capitulis habetur. Si vero infidelis [84]) non consentit [85]) habitare cum fideli, tunc licet fideli et eam dimittere et aliam accipere [86]), ut C. XXVIII. qu. 1 *Si infidelis* (c. 7), et qu. 2 *Si infidelis* [87]) (c. 2). Item si ex ambobus fidelibus unus apostatat vel labitur [88]) in haeresim iam damnatam, altera potest [89]) propter hoc ab eo ecclesiae iudicio separari, ut C. XXVIII. qu. 1 *Idololatria* (c. 5), et infra de divort. *De illa* (c. 5; - Gr. c. 6. IV. 19). — § 11. Error etiam [90]) personae [91]) et impedit matrimonium [92]) contrahendum et dirimit contractum. Sunt autem [93]) in talibus quatuor errores: error personae, qualitatis, fortunae et conditionis; personae, ut quando putatur Bertha et est Maria; error [94]) qualitatis, quando [95]) putatur bonus et est malus, vel putatur [96]) pulcher et est turpis [97]); error fortunae, quando putatur dives et est pauper; error conditionis, quando putatur liber et est servus. Error fortunae et qualitatis matrimonio non praestant [98]) impedimentum, error vero personae vel conditionis matrimonii [99]) consensum excludit, ut C. XXIX. qu. 2 per totum. — § 12. Conditio quoque servilis, si ignoretur [100]), cum libera persona matrimonium solet evacuare propter errorem conditionis [101]), de quo [102]) Deo dante [103]) dicemus infra de coniugio servorum. — § 13. Cognatio alia spiritualis, alia legalis [104]), alia carnalis; spiritualis [105]) fit per compaternitatem, legalis per adoptionem [106]), carnalis per consanguinitatem vel affinitatem, de quibus infra in suis titulis dicetur [107]). § 14. Ligatio quoque et impedit [108]) contrahendum [109]) et dirimit contractum. Est autem ligatio vinculum coniugale, quo alligatur uterque alteri, quamdiu [110]) ambo [111]) vivunt; licet enim vir

[84]) Omittit Mo. 2. [85]) Pa. cum Mo. 3 *consentiat*, Li. *consenserit*. [86]) Vi. *illam* pro *eam* et *ducere*. [87]) Haec altera citatio in Codd. Ha., Mo. 2 et Vi. obvia est et genuina videtur. [88]) Pa. et Li. *labatur* itidemque Mo. 3, in quo desunt quae antecedunt, sequentia vero ita cum prioribus connectuntur: *et eam dimittere et aliam ne labatur etc.* [89]) Li. sic, sed male: *haeresi. Iam damnato altero potest propter hoc habeo iudicio etc.* [90]) Mo. 2 *autem*. [91]) Deest in Li. et Mo. 3. [92]) Omittit Pa. [93]) Li. non habet *autem*. [94]) Vox *error* tam hic quam postea in Pa., Mo. 2 et Vi. non repetitur. [95]) Ha. *ut quando*, similiterque infra. [96]) Deest in Vi. [97]) Sic Li., Pa., Mo. 2 et 3 et Vi.; Ha. et Mo. 1 *deformis*, quorum hic supra linea adiicit *vel turpis*. [98]) Ha. *praestat*. [99]) Deest in Vi. [100]) Ha. *ignoratur*, Mo. 2 *est si*. [101]) Mo. 1 *per err. cond.*, quae in Mo. 2 et Vi. plane desunt. [102]) Ha. *qua*. [103]) Li. *dante domino*. [104]) Desunt in Pa. [105]) Li. addit *autem*. [106]) Mo. 3 *adoperationem*. [107]) Pa. *dicemus*. [108]) Deest *et* in Ha., Li. et Pa. [109]) Ha. *matrimonium contrahendum*. [110]) Mo. 3 *quando et diu*. [111]) Pa. omittit. [112]) Ha. *alteram*. [113]) Li.,

propter adulterium possit ab uxore separari, non tamen ea vivente aliam [112]) accipere potest, et si acceperit, est [113]) separandus, ut C. XXXII. qu. 1 *Dicit dominus* (c. 2). Haec vera sunt de desponsata et cognita [114]); ceterum de sponsa [115]) sic est distinguendum, videlicet [116]), utrum intervenerit [117]) desponsatio de praesenti, an de futuro; si de praesenti, non potest [118]) aliam accipere, et si acceperit [119]), etsi [120]) secundam cognoverit, separatur [121]); si vero prior [122]) fuerit [123]) sponsa de futuro, secunda de praesenti, non separatur a secunda [124]) propter primam, ut infra de sponsa duorum c. 1 et 2 et 3 (Gr. c. 1—3. IV. 4). — § 15. Enormitas delicti quandoque est [125]) in utroque contrahentium, quandoque in altero tantum. In utroque, ut in eo, qui vult eam accipere, quam prius polluit [126]) per adulterium, et ei fidem dedit vel machinatus est in mortem [127]) prioris [128]), in quibus casibus [129]) et impeditur contrahendum et dirimitur [130]) contractum, ut C. XXXI. qu. 1. c. 1. 3. 4 et 5 et infra de eo qui duxit in matr. quam poll. per adulter c. 1. 2 et 3 (Gr. c. 1—3. IV. 7). In altero contrahentium [131]), ut in eo, qui propriam occidit uxorem, quia [132]) de cetero matrimonium [133]) contrahere non debet [134]), ut C. XXXIII. qu. 2 *Interfectores* (c. 5); item [135]) incestuosus, scil. qui cognovit consanguineam suam vel uxoris suae usque ad tertium [136]) gradum attinentem [137]), prohibetur a matrimonio contrahendo, ut C. XXXII. qu. 7 *Quaedam* (c. 19), *Si quis* (c. 20), *Qui dormierit* (c. 21), *Hi* (c. 22), *Concubuisti* (c. 23), *Si quis cum* (c. 24), et infra de divort. *Si aliquis* (c. 6; - Gr. n. p.). — § 16. Impossibilitas coeundi alia naturalis, ut [138]) in pueris, alia accidentalis, ut [139]) in frigidis et maleficiatis, de quibus infra suo titulo dicemus. — § 17. Coactio etiam [140]) matrimonium impedit et dissolvit. Est autem alia [141])

Mo. 3 et Pa. addunt *ab ea*. [114]) Pa. *coniugata*. [115]) Ha. et Li. *desponsata*. [116]) Sic Pa. et Mo. 3; Ha. et Mo. 1 et Vi. pro *videlicet* habent *distinguitur*; Li. et Mo. 2 neutrum exhibent. [117]) Ha., Li. et Mo. 2 *intervenit*. [118]) Li. *non licet*. [119]) Pa. atque Mo. 3 *ducere* et *duxerit*. [120]) Sic Mo. 1. 2 et Pa.; Ha. *si*; Li. *et secundam etiam cognoverit*, itidemque Mo. 3, sed omisso *etiam*. [121]) Mo. 3 praemittit *tamen*. [122]) Omittit Mo. 2. [123]) Li. *fuit*. [124]) Idem et Mo. 2 omittunt *a secunda*. [125]) Li. omittit. [126]) Pa. cum Mo. 3 *ducere*, et ille mox *polluerat*; Li. pro *accipere* habet *recipere*, et *primo* pro *prius*. [127]) Sic Pa., Li. et Vi.; alii *morte*. [128]) Mo. 2 addit *viri*. [129]) Li. *omnibus* pro *casibus*. [130]) Sic Mo. 3; ceteri *dirimit* atque *impedit*. [131]) Mo. 2 *in alt. tantum*. [132]) Ha. et Mo. 2 *qui*; deest in Mo. 3, ubi et *matrimonium* omittitur. [133]) Omittit Pa. [134]) Pa. et Mo. 3 *potest*. [135]) Deest in Mo. 1 et 2. [136]) Sic in omnibus Codd. [137]) Mo. 3 *pertinentem*, ubi et mox *ā (autem)* post *matrimonio* occurrit. [138]) Li. *alia*. [139]) In Vi. exciderunt *accidentalis ut*. [140]) Pa. *autem*. [141]) Mo. 1

levis, alia violenta, ut dictum est supra de his quae vi metusve causa fiunt; levis coactio nec impedit matrimonium nec dissolvit [142]), violenta et impedit contrahendum et dirimit contractum, nisi postea consensus sit subsecutus, ut C. XXXI. qu. 2 per totum. § 18. Causa publicae honestatis et impedit contrahendum et dirimit contractum; solet autem [143]) circa duos casus [144]) versari. Nam ecce [145]), si quis [146]) aliquam [147]) desponsaverit de praesenti et mortuus est ea non cognita [148]), nullus de eius consanguinitate ipsam poterit accipere uxorem [149]); similiter si sponsa praemortua fuerit, sponsus non poterit [150]) aliquam accipere [151]) de ipsius [152]) consanguinitate, ut C. XXVII. qu. 2 *Si quis desponsav.* (c. 15) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 4. IV. 1); idem dico, si alter absque consensu alterius transeat ad religionem, quia, quamquam [153]) sponsus relictus possit tunc aliam accipere, non tamen de sponsae consanguinitate, ar. infra de sponsa duorum *Licet* (c. 3; – Gr. c. 3. IV. 4). Est etiam alius [154]) casus publicae honestatis inter sobolem susceptam ex secundis nuptiis et consanguineos prioris viri, quia soboles ipsa non potest accipere aliquem de consanguinitate prioris viri [155]), scil. qui attinuerit [156]) ei [157]) usque ad quartum gradum, ut C. XXXV. qu. 10 per totum et infra de sobole suscepta ex sec. nupt. c. 1 (Gr. n. p.), nec in talibus puto intervenire impedimentum affinitatis, sed causam publicae honestatis; ad hoc enim [158]), ut inter duas personas sit affinitas, oportet, quod una earum dormierit [159]) cum alterius [160]) consanguinea vel affine, quia omnis affinitas ex coitu et consanguinitate habet provenire, ut infra de consang. et affin. dicetur. — § 19. Tempus quoque feriarum matrimonium contrahendum impedit, sed contractum non dissolvit [161]). Est autem tempus feriarum ab adventu Domini usque ad Epiphaniam, et [162]) a Septuagesima usque ad octavam Pascae [163]) et

alias. [142]) Pa. atque Mo. 3 *non imp. matr. neque;* Vi. ante *nec* inserit *contrahendo.* [143]) Ha. *tamen.* [144]) Deest in Mo. 3 et Pa. [145]) Deest in Mo. 3. [146]) Quae sequuntur usque ad *cognita* desunt in Li. [147]) In Pa. sic: *nam aliquam etc.* [148]) Ha. *incognita.* [149]) Sic Li. et Mo. 1 et 2; Ha. *eam in uxorem;* Vi. *cam pot. ducere ux.;* Pa. *postea potest eam ducere* similiterque Mo. 3, nisi quod non habet *postea.* [150]) Pa. *potest.* [151]) Vi. addit *in uxorem.* [152]) Vi. et Pa. cum Mo. 3 *eius.* [153]) Pa. *postquam.* [154]) Deest in Mo. 2. [155]) Haec omnia inde a *quia* desunt tam in Ha., Li. et Mo. 2 et 3, quam in Pa., in quo tamen verbum *quia* servatum est; at quae sequuntur satis declarant, non esse scriptorum emblema, quae hic habent Mo. 1 et Vi. [156]) Vi. et Mo. 3 *attinent,* Pa. et Mo. 3 *quia.* [157]) Ha. *eis.* [158]) Ha. *ad hoc est ut,* Li. *adhoc enim inter.* [159]) Deest in Mo. 3. [160]) Excidit in Ha. [161]) Pa. et Mo. 3 *dirimit.* [162]) Mo. 2 *usque post Epi.;* Ha. *ad Epiph. vel post Epiph.;* Pa. *ad Epiph. vel.* [163]) Ha.

tribus hebdomadibus ante nativitatem [164]) S. Iohannis Baptistae [165]), in quibus non prohibetur [166]) desponsatio, sed traductio, ut C. XXXIII. qu. 4 *Non oportet* (c. 8), *Non licet* (c. 9), *Non oportet* [167]) (c. 10), *Nec uxorem* (c. 11); hoc ideo, quia coniugati tunc [168]) debent a coitu abstinere. Nec obstat, quod dicitur: „cum qua nuptiae contrahi non possunt, nec desponsari potest“ [169]), ut Dig. de ritu nupt. *Si quis tutor* § *Quamvis* (L. 60. § 5); nec enim hoc praecise lex dicit [170]), sed addit „plerumque“, nec mirum, cum ista prohibitio [171]) ratione [172]) temporis fiat, quo transacto libere [173]) duci [174]) possit; nam aliquo tempore desponsatio permittitur, quo traductio [175]) prohibetur, ut Dig. de ritu nupt. *Si quis officium in aliqua* [176]) (L. 38); nam et minorem XII annis desponsare poteris [177]), ut C. XXX. qu. 2 *Ubi* (c. un.), et Dig. de sponsal. *In sponsalibus contrahendis* (L. 14), verum talem ducere non debes, cum sola aetas [178]) adulta nuptiis apta deputetur [179]), ut C. XX. qu. 1 *Firma* (c. 1). — § 20. [180]) De interdicto ecclesiae dicemus in tit. de matrimonio contra interdictum ecclesiae [181]).

§ 21. Illud in summa notandum, quod, si quis iuraverit mulieri, se eam accepturum [182]), et postea eam cognoverit, ratum est matrimonium inter eos, ut infra eod. *De illis* (c. 4; – Gr. c. 5 ibid.). § 22. Nec illam vulgatam [183]) distinctionem credo silentio transeundam, scil. quod matrimonium dicitur initiatum, consummatum et ratum. Initiatur in desponsatione, consummatur in carnis commixtione [184]), ratum efficitur in personarum legitimitate [185]) vel separandi impossibilitate; ut ecce: desponsasti aliquam, matrimo-

octabas P. [164]) Mo. 3 *natale.* [165]) Pa. omittit *Baptistae* et pro *nativitatem* habet *natale.* [166]) Li. *in qu. vero probetur.* [167]) Locus iste, in Mo. 1 obvius, excidit tam in Ha. et Pa., quam in Li. et Mo. 2. 3, in quibus c. *non licet* itidem non citatur. [168]) Mo. 3 *etiam tunc.* [169]) In Mo. 2 desunt *cum . . . possunt.* [170]) In Pa. librarius, ad sequentia *quamvis* trahens omittensque *nec,* in plane contrariam sententiam vertit Bernardi dictum, sed in oppido falsam. [171]) Li. *ultra prohibitionem.* [172]) Deest in Pa.; Mo. 3 *causa.* [173]) Mo. 1 et Vi. omittunt *libere.* [174]) Mo. 3 *dici.* [175]) Idem *ductio.* [176]) Mo. 1 repetit superiorem locum scil. *Si quis tutor* § *quamvis,* qui tamen nihil ad rem facit. Ceteri Codd. habent *Si quis in aliqua* (Li. et Mo. 3 *aliquam*), qua in laudatione utrum scriptor *officium* omiserit, an ipse Bernardus usus sit codice, qui *officium* non habuerit, nolim decidere; sed illa mihi potior videtur coniectura. [177]) Li. et Mo. 2 *potes,* Mo. 3 *poterit.* [178]) Li. cum Mo. 2 omittit *aetas.* [179]) Sic, non *reputetur,* omnibus in Codd. [180]) Ex posteriori correctura hic in Pa. sub § signo adiectum esse *ult.* adnotat filius. [181]) Mo. 2 *dicemus in suo titulo.* [182]) Pa. *iuravit* et *accepturam.* [183]) Pa. *vulgalem.* [184]) Ha. *cognitione.* [185]) Ha., Mo. 2 et 3 et Pa. *legitimatione;* sed illa, quam supra ex Mo. 1, Li. et Vi. recepi,

nium est initiatum; dormisti [186]) cum ea, matrimonium est consummatum [187]), et si nullum est inter vos matrimonii [188]) impedimentum, est [189]) etiam ratum; alioquin non est ratum, quod separari potest; de his habes C. XXVII. qu. 2. § *Apparet* (dict. Gratiani ad c. 34); item inter infideles [190]) est matrimonium initiatum, consummatum, sed non ratum; nam, sicut praediximus, uno veniente ad fidem et infideli [191]) non consentiente habitare cum fideli, matrimonium separatur, ut C. XXVIII. qu. 1 *Si infidelis* (c. 7), et qu. 2 *Si infidelis* (c. 2) [192]). — § 23. Item illud [193]) notandum, quod tribus de causis sponsus a sponsa sic [194]) separatur, ut ea vivente aliam [195]) accipere [196]) possit [197]), scil. pro superveniente religione [198]), pro superveniente affinitate, pro superveniente [199]) coeundi impossibilitate; de primo casu [200]) habes in [201]) C. XXVII. qu. 2 *Desponsatam* (c. 27), *Decreta* (c. 28), et infra de sponsa duor. *Licet* (c. 3; - Gr. c. 3. IV. 4); de secundo reperies [202]) in C. XXVII. qu. 2 *Si quis sponsam* (c. 32), et C. XXXII. qu. 7 *Quaedam* (c. 19), *Concubuisti* (c. 23), *Si quis cum* (c. 24), et infra de eo qui cogn. consang. *Veniens* (c. 2; - Gr. c. 2. IV. 13); de tertio casu quaere in C. XXXIII. qu. 1. c. 1. 2. 3 et 4.

TITULUS II.

De desponsatione [1]) impuberum.

Audistis de desponsatione in genere; nunc in specie audistis, et primo de desponsatione impuberum. Diximus autem in superiori titulo, qua aetate inter puberes [2]) desponsatio contrahi possit; videamus ergo, qui dicantur [3]) impuberes [4]), quae desponsatio inter eos contrahatur, quis effectus [5]).

---

pro meliori habui lectione. [186]) Ha. *dormivisti.* [187]) Exciderunt ista in Li. [188]) Pa. cum Mo. 3 omittit *inter vos*, Vi. *matrimonii.* [189]) Pa. cum Mo. 3 *fit;* in Li. desunt verba *est etiam ratum;* Mo. 2 non habet *etiam.* [190]) Sic Ha. atque Li. et Mo. 2 idque rectissime; Pa. *fideles;* in Vi. et Mo. 1 *fideles* correctum videmus in *infideles.* [191]) Omittit Li., atque inde mox pro *fideli* habet *infideli.* [192]) Deest alter iste locus in Mo. 2. [193]) Li. *illud tamen*; Mo. 3 *item not.* [194]) Mo. 2 omittit. [195]) Li. *ullam.* [196]) Vi. *ducere.* [197]) Ha., Pa. et Mo. 1 *non possit.* quae particula negativa itidem in Mo. 3 occurrit, sed per rasuram deleta. [198]) Mo. 2 *consanguinitate.* [199]) Deest in Pa. [200]) Mo. 3 hic et infra omittit *casu.* [201]) Mo. 2 et 3 atque Vi. iam hic quam postea omittunt *in.* [202]) Sic Mo. 1 et 2, Li. et Vi.; Ha. *recipies;* in Pa. et Mo. 3 plane omittitur.

Tit. 2. — [1]) Li. *de sponsatione.* [2]) Sic Pa., Li., Mo. 2 et 3; ceteri *impuberes.* [3]) Pa. *sint.* [4]) Li. *puberes.* [5]) Pa. et Mo. 2 praemittunt *eius;* Li.

§ 1. Puberes [6]) a pubescendo i. e. a pilescendo dicuntur [7]), eo quod tunc temporis prima [8]) lanugo vel pilositas nascatur in pudendis, quod prius adspectu corporis cognoscebatur, nunc autem annorum [9]) numero computatur, in puella scil. duodennii [10]), in puero quatuordennii [11]), ut infra eod. *Puberes* (c. 7; - Gr. c. 3. IV. 2) et ar. [12]) C. XX. qu. 2 *Si in qualibet* (c. 1); est ergo [13]) impubes, qui infra pubertatem subsistit [14]). — § 2. Impuberes autem desponsari [15]) possunt post septennium, ut [16]) diximus; sed magis et usitatius [17]) desponsatione de futuro [18]), quam de praesenti, licet soleant aliquando eatenus [19]) procedere, ut subarrhatio quae fit per annulum intercedat. — § 3. Effectus autem huiusmodi desponsationis est, ut expectari debeat [20]), donec [21]) puberes efficiantur [22]), ut infra eod. *De illis* (c. 9), *A nobis* (c. 10), *Si puella* (c. 11; - Gr. c. 6—8 ibid.), nisi forte infra septennium fuerit [23]) desponsata, ut infra eod. *Accessit* (c. 6; - Gr. c. 5 ibid.). Si vero desponsationis tempore alter pubes erat et alter impubes, non licet puberi resilire, sed impuberi, cum factus fuerit pubes, licebit dissentire [24]) et divortium postulare, ut infra eod. *De illis* (c. 11; - Gr. c. 6 ibid.); non autem [25]) puto inter ipsos [26]) esse vinculum coniugale, quod ex una sola [27]) parte constare non potest; non enim potest esse [28]), ut iste [29]) sit maritus, et illa non sit uxor vel e contra, cum ista praecipue invicem sint relativa [30]); nimirum ea, quae pariter utrimque [31]) consensum requirunt, aut [32]) utrimque tenent aut nullo modo [33]), ut in compromisso [34]), ut Dig. de receptis *Non distinguemus* § *Si servus* (L. 32. § 8). In plerisque [35]) tamen contractibus, si maior contraxerit [36]) cum minore, maior obligatur, et non minor, nisi id faciat auctore tutore

---

addit *contrahendi.* [6]) Pa. et Mo. 3 *pubes*, quorum et ille mox *dicitur* habet. [7]) Pa. *pallecendo*, Li. *pollissendo*, Mo. 3 *pallescendo.* [8]) Omittit Pa. [9]) Mo. 3 *ab annorum.* [10]) Sic Mo. 1 cum Li.; ceteri, inter quos Pa. *scil.* omittit, habent *XII.* [11]) Ita solus Li.; ceteri *XIV.* [12]) Ha. *et est ar.*, Mo. 1 *ut ar.* [13]) Pa. *autem.* [14]) Ha. *subconsistit;* Pa. *in pubertate;* Mo. 3 *pubes . . qui in pub. consistit.* [15]) Codd. omnes *desponsare.* [16]) Mo. 2 addit *supra de spons.* [17]) Li. *inusitate*, sed deletum est *i.* [18]) Idem *futuris.* [19]) Sic Ha., Mo. 1 et 3 et Pa.; Li. *soleant aliquantulum procedere;* Vi. omittit *aliquando;* Mo. 2 *aliquatenus eatenus.* [20]) Li. et Mo. 2 *debeant.* [21]) Pa. omittit. [22]) Vi. *fiant.* [23]) Ha. et Li. *fuerat.* [24]) Sic Li. et Mo. 2; ceteri *et* praemittunt. [25]) Ha. et Mo. 2 *non aliter.* [26]) Ha. et Li. cum Mo. 2 *illos.* [27]) Deest in Mo. 1 et Vi. [28]) In Li. perperam additur *uxor.* [29]) Pa. *quod ille*, Vi. *ut ille.* [30]) In Li. deest *invicem*, nec non in Vi., qui et omittit *praecipue* habetque *cum illa sunt correlativa.* [31]) Ha. *nim. quae partim*, Pa. et Mo. 3 *nim. ea quae parem utrimque*, Vi. *quae partem utrimque*, Li. *nim. quae parte utrumque*, quod verbum et mox recurrit; Mo. 2 *quae utrarumque partium.* [32]) Deest in Pa. [33]) Sic Li.; ceteri repetunt *tenent.* [34]) Pa. cum Mo. 3 *in (ut) i' pmissio*, Li. *conpromissione.* [35]) Ha. *pluribus.* [36]) Mo. 3 et Pa. *contrahit*, quorum hic et

vel curatore[37]), ut in Instit. de inutil. stipulat. § *Pupillus* (§ 9); cur[38]) igitur maior tenetur expectare impuberis aetatem in matrimonio? non utique[39]) propter vinculum coniugale, sed propter promissionem; ceterum si contempta promissione aliam acciperet[40]) adultam[41]), erit puniendus, quia nimis festinavit, non tamen eatenus, ut propter hoc[42]) a secunda debeat separari, ar. infra de sponsa duorum c. 1 (Gr. c. 1. IV. 4). Amplius invenis[43]), quod si adulta[44]) non vult expectare, donec ille qualis qualis sponsus[45]) ad puberem crescat aetatem[46]), poterit alium accipere auctoritate Urbani Papae[47]), ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 11. IV. 2); quod ergo[48]) de expectanda alterius aetate dicitur, videtur potius honestatis, quam necessitatis. Sed opponitur[49]) ei quod diximus, non esse inter eos vinculum coniugale; est enim inter tales[50]) pactio coniugalis, ut infra eod. *Si puella* (c. 11; - Gr. n. p.), pactio vero coniugalis matrimonium sive coniugium facit, ut C. XXVII. qu. 2 *Cum initiatur* (c. 35). Ad quod dicimus[51]), quod duplex est pactio[52]) coniugalis, alia coniugii praesentis, alia futuri; quae est[53]) coniugii praesentis, facit coniugium, quae vero[54]) futuri, nequaquam[55]), ut infra de sponsa duor. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 4); quod enim[56]) ibi fides dicitur, hic pactio coniugalis appellatur[57]).

§ 4. Illud in summa notandum, quod proximus pubertati ad contrahendum matrimonium quasi pubes habetur, ut infra eod. *Continebatur* (c. 8; - Gr. c. 6. IV. 1), *Si puella* (c. 11; - Gr. n. p.), *Attestationes* (c. 13; - Gr. c. 10 ibid.); proximum autem[58]) pubertati puto sic[59]) accipiendum, ut tantum VI[60]) mensibus aut minus distet a pubertate, scil. circa finem quartidecimi anni, ut infra eod. *Attestationes* (c. 13. V. 5) et Dig. de excusation. tutorum *Non tantum* (L. 17).

---

mox vitiose omittit *non*. [37]) Ha. et Mo. 3 *procuratore*, Mo. 2 *auctoritate tutoris etc.* [38]) Li. *cum*. [39]) Ha. *itaque*. [40]) Sic Li. et Mo. 2; Mo. 3 *acceperit*, ceteri *accepit*. [41]) Pa. et Mo. 3 *adultus erit etc.* [42]) Vi. non habet *propter hoc*. [43]) Ha. *invenio*; Mo. 3 non habet *amplius invenis*. [44]) Ha. *altera*. [45]) Sic Mo. 1. 2 et 3; Ha. et Li. *qualis sponsus*; Pa. *expectare quod sponsus*, omissis quae intercedunt; Vi. *donec talis sponsus*. [46]) Vi. *creverit ad aetatem pubilem*; Mo. 3 omittit *ad pub. aet.* [47]) Deest *Papae* in Li. atque Mo. 2 et 3. [48]) Pa. minus bene *vero*; in Mo. 2 neutrum occurrit. [49]) Li. *Sed hoc ponitur*. [50]) Idem *cum sit inter eos*, sed minus bene; Mo. 2 *non enim est inter eos*. [51]) Mo. 3 *diximus*. [52]) In Mo. 1 omnia quae supra legis inde ab *ut I. Si puella* corrector infimam ad marginem adiecit. [53]) In Mo. 2 pro *est* legitur *vero*. [54]) Pa. et Mo. 3 non habent *quae vero*. [55]) Mo. 2 *minime*. [56]) Deest in Pa. [57]) In Ha. omnia ista inde a *quae vero* desunt. [58]) Mo. 2 *ergo*. [59]) Deest in Mo. 3. [60]) In eodem *VII*.

TITULUS III.

De clandestina desponsatione [1]).

Diximus de desponsatione impuberum; nunc de desponsatione puberum subiiciamus[2]). Sed quoniam huiusmodi desponsatio aliquando[3]) fit clam et[4]) in occulto, aliquando in manifesto[5]), et[6]) teste Salomone[7]) aquae furtivae sunt dulciores, de clandestina desponsatione dicamus[8]). Videamus igitur[9]), quot et quibus modis desponsatio dicatur[10]) clandestina, quis eius effectus, et an praeiudicet manifestae postea secutae.

§ 1. Dicitur autem[11]) clandestina desponsatio duobus modis; est enim[12]) clandestina[13]), quae sollemnitatibus[14]) caret, ut C. XXX. qu. 5 *Aliter* (c. 1), *Nullus* (c. 2), *Nostrates* (c. 3)[15]); est etiam clandestina, quae[16]) fit in occulto testium praesentia non expectata, ut C. XXX. qu. 5[17]) § *Sed* et § *His* (Grat. dict. ad c. 6 et 8) et infra eod. c. ult. (Gr. c. 2. IV. 3). De illa[18]) clandestina, quae sollemnitatibus caret, illud notandum, quod illae sollemnitates de honestate sunt potius, quam de necessitate, ut C. XXX. qu. 5 *Nostrates* (c. 3) in fin. Ceterum de hac clandestina nihil ad praesens; de illa vero clandestina[19]), quae testibus caret, agitur in titulo isto[20]). — § 2. Effectus eius[21]) est, ut teneat et legitima dicatur, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 2. IV. 3), et hoc praecipue, ubi[22]) ambae personae id[23]) confitentur; verum si alter[24]) negaverit, cum illa quae asserit nec testes habeat nec instrumentum, et ita probare non possit, reus absque dubio absolvetur, ut C. XXX. qu. 5 § *His* (v. s.) et ar. C. VI. qu. 5 per totum et Cod. de edendo[25]) *Qui accusare* (L. 4), nisi forte adeo sit pro matrimonio publica[26]) fama, ut sufficiat pro proba-

---

Tit. 3. — [1]) Ha. tam hic quam in sequentibus *clam destina desp.*; Li. *de clandestinis nuptiis*. [2]) Desunt ista in Mo. 3. [3]) Pa. *quandoque*. [4]) Idem hic pro *et* repetit *quandoque*; Mo. 3 habet *i. e.* [5]) Pa. *manifeste*. [6]) Praeter Pa. et Mo. 3 omnes Codd. omittunt *et*, sed male. [7]) Cf. Lib. proverbiorum c. 9. v. 17. [8]) Li. *subiiciamus*. [9]) Pa. et Li. cum Mo. 2 et 3 *ergo*. [10]) Pa. *modis fiat clandestina*. [11]) Pa. *enim*. [12]) Li. *autem*, Mo. 2 *Dicitur cland.* [13]) Mo. 1 et Vi. addunt *desponsatio*. [14]) Li. *sollempnibus*. [15]) In Mo. 2 ex incuria librarii ob vocem *Nostrates* infra redeuntem exciderunt quae sequuntur. [16]) Pa. et Mo. 3 *est autem clandestinum coniugium quod*. [17]) Quae hinc sequuntur usque ad c. *Nostrates* omissa sunt in Ha. [18]) Pa. *ista*; Mo. 3 vitiose *dr̄ ēt (dicitur etiam)*. [19]) Pa. et Mo. 3 non habent *vero clandestina*. [20]) Iidem cum Vi. *in hoc tit.* [21]) Deest in Ha. [22]) Li. *si hoc*, omisso *ubi*. [23]) In Pa. et Mo. 3 deest; Vi. *idem*. [24]) Li. *aliter*. [25]) Pa. *de educto*. [26]) Li.

tione[27]), puta quia vir mulierem publice in domo sua tenebat[28]), uxorem vocabat et ipsa eum maritum[29]), et sic agebat, sic contrahebat[30]), sic incedebat per omnia, ut coniugata, quo in casu[31]) est pro matrimonio[32]) iudicandum, ut ar. Dig. ad SCtum Macedon. *Si quis* (L. 3). Quod autem supra[33]) diximus, ubi vir probare non potest, mulierem absolvendam vel e contra[34]), contradicere videtur[35]) infra eod. c. 2 (Gr. c. 1 ibid.); sed ad hoc plerique dicunt, viro incumbit probatio, i. e. ei, qui pro matrimonio facit, hoc est ei, qui asserit desponsationem intervenisse; vel dicas, quod concurrentibus[36]) hinc inde praesumtionibus, si iuramentum fuerit deferendum, potius viro quam mulieri deferatur[37]), sive pro matrimonio faciat[38]) sive contra; nec mirum, cum vir sit dignior muliere, et dignioribus ac[39]) honestioribus magis in iudicio credatur, ut ar. C. IV. qu. 2 § *Item in criminali, Item saepe, Item in testibus*[40]), nisi forte vir sit[41]) minus honestus[42]), minus fide dignus, ar. C. XXII. qu. 5 *Parvuli* (c. 14). — § 3. Sequitur, ut[43]) videamus, an clandestina desponsatio praeiudicet manifestae. Ad quod dicimus, quod, cum manifesta probari possit, clandestina vero nequaquam[44]), semper[45]) manifesta debet praeiudicare[46]), sive praecessisse sive successisse dicatur[47]), quia a certo[48]) pro incerto non est recedendum[49]), ar. C. XI. qu. 2 et 3 *Grave* (c. 74), *Quamvis vera* (c. 75), *Eorum* (c. 76) et C. XXX. qu. 5 *Incerta* (dict. Grat. ad c. 9), *Nullum* (c. 10), *Iudicantem* (c. 11) et de poenit. Di. VII. § 1 in fin.[50]). Sed et si contingat[51]) pro clandestina desponsatione, quod ambo confiteantur

adeo sit perme . . . ratio ei publica. [27]) Sic Ha. atque Mo. 1 et 2, in quorum tamen illo *pro*, quod in Li. deest, expost superscriptum est; Pa. et Mo. 3 *ut faciat probationem;* Vi. *ut suff. loco probationis.* [28]) Li. *retinebat.* [29]) Pa. omittit tam *et* quam *eum*; in Mo. 3 vero solummodo deest *et.* [30]) Non habet Vi. *et sic agebat etc.* [31]) Desunt in Ha. [32]) Mo. 1 et Vi. *pari modo*, sed male. [33]) Mo. 3 *ut supra.* [34]) Li. *e converso.* [35]) Deest *videtur* in Mo. 2. [36]) Pa. *cum currentibus.* [37]) Ha. *defertur.* [38]) Pa. et Mo. 3 *fiat.* [39]) Sic Mo. 1. 2. 3 et Vi.; Li. *honestioribusque;* Ha. et Pa. *et hon.* [40]) Sic Mo. 1, cui concordant ceteri, nisi quod in Ha. omittitur *Item* ante *in testibus*, in Pa. vero et Mo. 3 deest *saepe.* Verbis *item in crim.* (al. *criminibus*) proculdubio remittitur ad Grat. dictum ad c. 2. qu. c., ubi plures ex tit. Dig. de testibus afferuntur leges, quas in editionibus can. 3 exhibet; ad huius ergo can. § 2 et § 28 referenda videntur, quae profert Bernardus. [41]) Pa. *sed f. v. est*, Mo. 3 *si f. v. sit.* [42]) Vi. *honestatis.* [43]) Mo. 3 omittit *sequitur ut.* [44]) Mo. 2 *minime.* [45]) Deest in eodem et Pa. [46]) Pa. et Mo. 3 *praeiudicabit.* [47]) Pa. *praecessive*, et bis quidem, habet atque *successive;* Mo. 3 *praecessione*, Mo. 2 *successe.* [48]) Ha. et Pa. *actio.* [49]) Sic Li., Mo. 2 et 3 atque Pa.; alii *pro-* aut *praecedendum.* [50]) Sic Codd. omnes. Quin hic ad § 1 in f. c. 3. l. c.: *tene certum, dimitte incertum* remiserit Bernardus, dubium mihi non est; utrum vero in ipsius Decreto ista Augustini verba non tam canonem efformaverint, quam dictorum Gratiani partem, an forte in Summae Codd. exciderint initialia verba can. 3

desponsationem prius inter eos[52]) intervenisse, non tamen propter hoc est a manifesta[53]) recedendum, ut ecce: Maria[54]) nupsit Petro clam et occulte, Iohanni postea manifeste, Petrus petit eam dicens, eam[55]) sibi prius nupsisse, ipsa idem confitetur, non tamen propter hoc est[56]) a Iohanne separanda; licet quidam non insubtiliter[57]) dicant[58]), distinguendum, an confiteatur pro se, an contra se, et ubi pro se[59]), scil. quia[60]) vult redire ad Petrum, non ei credatur[61]), ubi vero contra se confitetur, sit ei credendum[62]), forte sumentes argumentum ex eo, quod habes in C. XXXI. qu. 2 *Lotharius* (c. 4) et ar. Dig. depositi. *Publia* (L. 26) § ult.; sed haec distinctio tunc[63]) locum habet, cum alicuius confessio[64]) praeiudicat ei soli; ceterum hic[65]) confessio mulieris non ei[66]) soli praeiudicaret, sed secundo[67]) viro et matrimonio manifesto, et ideo non est standum tali confessioni, ar. C. II. qu. 5 *Interrogatum*[68]) (c. 24). Item si de[69]) clandestina desponsatione sit unus testis et fama[70]), non tamen[71]) est propter hoc a manifesta recedendum, quia fama nec facit probationem nec partem legitimae probationis, ar. C. II. qu. 5 *Presbyter si a plebe* (c. 13), nisi forte[72]) talis et tanta[73]) sit fama, qualem praediximus. Illud etiam notandum, quod vir secundus est[74]) ad hanc causam vocandus, cum sua intersit et possit, si voluerit, appellare, ut C. II. qu. 6 *Non solent* (c. 30). Sed et tunc, si omnes tres idem[75]) confiteantur, scil. quod prius nupsit Petro, non tamen puto propter hoc a manifesto coniugio recedendum, cum et hoc in fraudem[76]) facere possent; nec multum mulieri et secundo viro hic[77]) credendum videtur, cum videantur suam turpi-

Si quis autem, in ambiguo relinquo. [51]) Mo. 3 *contingit.* [52]) Omittit Vi., qui et mox non habet *est.* [53]) Mo. 3 *est manifeste reced.* [54]) In Pa. et Mo. 3 *Berta.* [55]) Pa. cum Mo. 2 et 3 *ipsam;* Li. plane omittit. [56]) Deest in Pa. et Mo. 2 *tamen*, in Mo. 1 *est.* [57]) Pa. *sbd'it.* [58]) Excidit in Ha. et Pa. [59]) Ha. sic habet: *insubtiliter an contra se, et ubi pro se distinguendum an confiteatur pro se.* [60]) Sic Ha., Li., Mo. 2 et Pa.; in Mo. 1 desunt *scil. quia*, quorum loco quis expost supra linea adiecit *si;* Vi. habet *et ubi vult etc.* [61]) In Mo. 3 parvula hic obvia est lacuna, sed desunt omnia usque ad *argumentum ex eo.* [62]) Haec inde ab *ubi vero* desunt in Pa. [63]) Deest in Ha. et Mo. 2. [64]) Li. et hic et mox *professio;* idem error in Mo. 2, sed primo tantummodo loco recurrit. [65]) Pa. *haec*, Li. et Mo. 2 *huiusmodi.* [66]) Mo. 1 librarius siglam, quae *enim* significat, scripserat, quam ipse vel quis alius subpunctando declaravit quidem erroneam, nec tamen in veram lectionem convertit. [67]) Li. *secunda.* [68]) Codd. omnes *interrogandum*, quod tamen correxi, cum nullum in toto Decreto extet eiusmodi capitulum. [69]) Li. omittit *de;* Mo. 3 *si d's in cland.* [70]) Idem *unius testis forma*, quae quidem lectio mox, nec tamen postea recurrit. [71]) Deest in Mo. 2. [72]) Li. legit *ne;* Mo. 2 omittit *forte.* [73]) Ha. *tacita.* [74]) Pa. et Mo. 3 addunt *etiam.* [75]) Omittit Mo. 2. [76]) Ha. *infra idem*, Li. *infra e.* [77]) Non est *hic* in Pa. et Mo. 2; in Li. bis, scil. etiam

tudinem allegare, ar. infra de eo qui duxit in matr. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 7) et Cod. de transact. *Transactione* (L. 30) et Cod. de revoc. donation. *Cum profitearis*[78]) (L. 4). Nec illud te moveat, quod in antiquis decretis invenitur, ut nullus christianus occulte nuptias faciat, sed publice nubat; potest enim[79]) illud[80]) ad nuptias, non ad desponsationem[81]) referri, vel dicas, illud[82]) esse honestatis, non necessitatis, et consulentis potius, quam prohibentis, cum[83]) huiusmodi sponsalia confirmari et filios inde[84]) susceptos legitimos invenias iudicari, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 3. IV. 3); non incongrue etiam[85]) dici potest, illam constitutionem esse datam[86]) ex causa, scil. ne altero deficiente[87]) matrimonium separetur, ut C. XXX. qu. 5 § *His* (Gratiani dict. ad c. 6); haec autem causa in huius tituli ultimo[88]) cap. cessat, et cessante causa prohibitio cessare debet[89]), ut ar. Di. LXI. § *His* (Gratiani dict. § 2 ad c. 8) et Dig. de pactis *Quod dictum*[90]) (L. 32).

TITULUS IV.

De sponsa duorum [1]).

Tractavimus de clandestina desponsatione et manifesta, ubi[2]) saepe contingit, quod una mulier duobus desponsatur[3]), uni clam et alteri[4]) manifeste. Nunc ergo[5]) tractemus, quid iuris sit, ubi aliqua manifeste a duobus[6]) desponsatur, sive[7]) de sponsa duorum, ubi[8]) diligenter est attendendum, quae[9]) sit desponsatio de praesenti, quae de futuro, quis utriusque effectus, item diligenter intu-

---

post *mulieri* occurrit. [78]) In Codd. omnibus praeter Mo. 3, qui id plane omittit, *confitearis*. [79]) Mo. 3 *ei*. [80]) Deest in Mo. 2. [81]) Idem et Pa. *desponsationes*, omisso *ad*. [82]) Iidem *hoc* atque mox *et non*. [83]) Li. habet *est*, quod omni plane caret sensu. [84]) Pa. et Mo. 3 *in eis*. [85]) Mo. 2 *non enim incongrue*. [86]) In Vi. deest *esse*; Mo. 2 *latam* habet pro *datam*. [87]) Sic Ha., Li., Mo. 1 et Vi.; Pa. *dissidente*, Mo. 3 *difidente*. [88]) In Mo. 3 deest *ult.* legiturque *capitulis*. [89]) Vi. *videtur*. [90]) Cum omnes Codd. habeant *q dm̃*, mutare quidquam nolui, licet L. 32 t. c. nequaquam, me quidem iudice, ad rem pertineat.

Tit. 4. — [1]) Sic in Cod. Ha. aliisque et in ipsa Bernardi collectione; Mo. 1 et Li. *de desponsatione duorum et e converso;* Mo. 3 *de sponsa duorum et e conv.* [2]) Mo. 2 *sed quoniam.* [3]) In Mo. 3 desunt sequentia legiturque *desponsatur quid iuris etc.* [4]) Pa. *altero.* [5]) Mo. 1 *autem.* [6]) Repetitur hic *manifeste* in Pa. [7]) Li. *scil.* [8]) Mo. 3 *et* pro *ubi.* [9]) Quae sequuntur usque ad *quid matrimonium* in Pa. et Mo. 3 ex scriptorum negligentia omissa

endum, quid matrimonium dicatur initiatum, quid consummatum, et an consummatum sequens[10]) praeiudicet initiato.

§ 1. Desponsatio de praesenti est, quae habet fieri per verba de praesenti, ut „volo“ vel „accipio te in meam,“ et[11]) „volo“ vel „accipio te in meum“[12]); desponsatio de futuro est[13]), quae habet fieri per verba de futuro, ut „accipiam[14]) te in meam, accipiam te in meum“[15]), sicut praediximus supra in tit. de sponsalibus. Si ergo ambae sunt desponsatae[16]) de praesenti, quae[17]) prior est tempore, potior est[18]) iure[19]); erit ergo separandus a secunda et reddendus[20]) priori, ut infra eod. per totum; si vero ambae de futuro, honestius[21]) videtur, ut prior[22]) promissio teneatur, ar. Dig. qui potior. in pign. *Si prior*[23]) § ult. et supra de iure patron. c. ult. (Gr. c. 24. III. 38); si altera[24]) de praesenti, altera de futuro, semper illa de praesenti[25]) potior habetur[26]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 4) et ult. (Gr. n. p.) Ex his[27]) satis apparet, quis sit effectus utriusque. — § 2. Illud autem[28]) matrimonium dicitur initiatum, quod initium per desponsationem accepit[29]), consummatum, quod est carnis commixtione firmatum[30]), ut diximus supra de sponsalibus. Cum igitur[31]) quis aliquam desponsavit et non cognovit, aliam[32]) vero[33]) postea[34]) desponsavit et cognovit, separandus est a secunda et reddendus priori, quia sequens[35]) matrimonium consummatum non praeiudicat initiato, ut C. XXVII. qu. 2 *De coniugali* (c. 50) et infra eod. in omnibus capitulis.

§ 3. Illud in summa notandum[36]), quod, si non possit quis uti mutuis illis verbis[37]) scil. „volo te in meam“, potest tamen per certos nutus[38]) suum exprimere[39]) vel significare consensum; ecce enim[40]) mutus quasi nutu[41]) signisque loquens matrimonium con-

---

sunt. [10]) Pa. *consequentis*, Li. *et anī consumatum si q̃ sunt q̃ praeiudicāt iiciato.* [11]) Mo. 2 *vel*, Mo. 3 neutrum. [12]) In Ha. alterius tantum formulae fit mentio. [13]) In Ha., Pa. et Mo. 2 omittitur *est*. [14]) Mo. 2 *volam vel accipiam*. [15]) Pa. hanc formulam tantum indicat verbis *accipiam te etc.*, idemque faciunt Mo. 3 et Li., qui tamen *in meum* addunt. [16]) Ha. et Pa. bis dant hoc verbum. [17]) Ha., Mo. 2 et 3 *qui*. [18]) Pa. *erit*. [19]) Sic Vi. atque Mo. 2 et 3; in ceteris deest. [20]) Ha. tam hic quam infra *redeundus*. [21]) Vi. *honestum*. [22]) Mo. 1 *par*. [23]) Sic Codd. omnes; sed non extat talis initii lex. [24]) Sic Ha.; Li., Mo. 2, Vi., Pa. et Mo. 3 *aliam* et mox *alteram*, Mo. 1 utroque loco *alteram*. [25]) Pa. perverse adiicit *futuro*. [26]) Pa. *est*, Mo. 3 *est iure*. [27]) Li. addit *ergo*. [28]) Omittit Mo. 2. [29]) Vi. *accipit*. [30]) Ha. *confirmatum*. [31]) Pa. *ergo*. [32]) Quae sequuntur usque ad *separandus* exciderunt in Mo. 1 et Vi. [33]) Pa. *et aliam*. [34]) Omittit Mo. 2. [35]) Li. et Mo. 2 *consequens*. [36]) Pa. hic addit *est*, quod alias cum ceteris fere semper omittit. [37]) In Pa. *minimis* pro *mutuis* legi adnotat filius; Li. sic habet: *si non posset quis in illis verbis*. [38]) Ha. *certum nutum*. [39]) Li. *velle vel exprimere*, Vi. *vel exprimere*, omisso *suum*. [40]) Deest in Pa. [41]) Pa. *manu*.

trahere potest, ar. Dig.. de iure dotium *Mutus* (L. 73) et Dig. de action. et oblig. *In quibuscunque* (L. 48) et Dig. de reg. iur. *Ubi non voce* (L. 124).

TITULUS V.

De conditionibus appositis in desponsatione [1]).

Diximus de desponsatione, quae fit [2]) pure. Nunc dicamus [3]) de illa, quae fit sub conditione, unde, quibus modis conditio dicatur, quae huius conditionis species, quae conditio in desponsatione sit frangenda vel [4]) tenenda, quis eius effectus, breviter prout possumus [5]) videamus.

§ 1. Conditio pluribus modis dicitur. Est enim conditio personae [6]) i. e. status hominis [7]), ut conditio libera [8]) vel servilis, ut infra de coniugio servorum c. 2 et 3 (Gr. c. 2. 3. IV. 9); est et conditio rei, ut in servitutibus urbanorum vel rusticorum praediorum [9]), in quo sensu accipitur supra de rebus eccl. alien. *Nulli* (c. 4; - Gr. c. 4. III. 13); est et [10]) conditio promissionis suspensio per coniunctionem conditionalem [11]). Nimirum dationes [12]) et promissiones quasdam recipiunt adiectiones, scil. modum, conditionem, causam et demonstrationem; modum, ut: „do tibi X ita, ut V restituas Titio;" conditionem, ut: „dabo [13]) tibi X, si Capuam ieris;" causam, ut: „do tibi X, quia mihi [14]) bene servisti;" demonstrationem, ut: „do tibi Stichum, quem a Titio emi," vel ita per adiectiva [15]): „Stichum coecum [16]) tibi do, lego;" unde versus:

Scito, quod „ut" modus est, „si" conditio, „quia" causa,
Demonstratio „quae," sed et adiectiva subacta [17])

i. e. substantivis adiuncta, ut ar. Dig. de condit. et demonstr. *Demonstratio* (L. 17). In hoc autem titulo conditio accipitur in tertia significatione, scil. promissionis suspensio per coniunctionem con-

Tit. 5. — [1]) Additur *vel aliis contractibus* in Mo. 1. 2, Li. et Vi. [2]) In Li. sequentia usque ad *fit* exciderant, sed ad marginem adscripta extant. [3]) Pa. *videamus.* [4]) Vi. *quae* pro *vel.* [5]) Mo. 2 non habet *prout possumus.* [6]) Deest in eodem. [7]) Ha. *hors,* quod *honoris* significaret. [8]) Li. *liberalis.* [9]) Haec omnia inde ab *est et* omittuntur in Ha.; in Mo. 2 deest *rusticorum.* [10]) Ha. addit *alia,* Pa. omittit *et.* [11]) Mo. 2 *suspensio per conditionem.* [12]) Sic Pa., ceteri *donationes,* cui tamen lectioni illam praeferre non dubitavi. [13]) Ha. et Li. *do.* [14]) Deest in Ha. [15]) Sic Vi. cum Mo. 2; Li. atque Mo. 1. 2 *per adiectivam;* Ha. cum Pa., quantum ex filii schedis videam, *per adiectam.* [16]) Mo. 1. 2 et Pa. *cocum.* [17]) Sic omnes, praeter Ha., qui habet *sub actu;* ceterum Li. *et,* Mo. 2 *sed*

ditionalem. — § 2. Species huius [18]) conditionis sunt, quod alia [19]) est impossibilis, alia possibilis; impossibilis, ut: „si coelum digito tetigero," possibilis, ut: „si Imperator intraverit Italiam." Item conditio possibilis [20]) alia respicit praeteritum, alia praesens, alia futurum [21]); praeteritum [22]), ut: „dabo tibi X, si virgo peperit;" praesens, ut: „dabo tibi X, si Papa est Romae," et hae duae improprie dicuntur [23]) conditiones; futurum, ut: „si [24]) Capuam ieris." Item conditio de futuro alia potestativa, alia casualis [25]), alia mixta; potestativa, quae est [26]) in potestate [27]) illius, in cuius arbitrio confertur, ut: „si X dederis;" casualis, quae pendet ex insidiis fortunae, ut: „si navis ex Asia venerit" [28]); mixta, quae partim est in illius potestate, partim in [29]) insidiis fortunae, ut: „si Capuam ieris [30]), si cum Imperatore in Italiam veneris" [31]). Item conditio [32]) alia honesta, alia inhonesta; honesta [33]), ut: „accipiam te in meam, si patri meo placuerit;" inhonesta, ut: „si venena [34]) sterilitatis procuraveris, si domum furtis impleveris."

§ 3. Ut autem sciatur, quae [35]) conditio in desponsatione [36]) valeat, quae sit frangenda vel abiicienda, tali est distinctione utendum. Conditio in desponsatione apposita [37]) alia honesta, alia inhonesta; item honesta [38]) alia necessaria, alia voluntaria; item inhonesta alia repugnat substantiae vel naturae [39]) matrimonii, alia non. Honesta et necessaria [40]) est, ut si christianus velit accipere paganam, non potest nisi sub tali conditione, scil. „si facta fuerit christiana" [41]); voluntaria, ut: „si patri meo placuerit, si X in dotem dederis." Inhonesta et repugnans substantiae matrimonii, puta, ut: „tibi non tenear [42]), nisi usque ad annum," vel „filios malis artibus [43]) evitaveris" [44]); non repugnans, ut: „si patri vel matri necessaria non [45]) subministraveris." Si fuerit honesta et [46]) necessaria, ea [47]) existente

et omittunt. [18]) Vi. addit *autem.* [19]) Ha. hic et mox *alias.* [20]) Deest in Mo. 2. [21]) Verbo *praeteritum* redeunte inductus Pa. scriptor, quae intercedunt, omisit. [22]) In Li. deest. [23]) Idem *sunt.* [24]) Mo. 2 repetit *dabo tibi X.* [25]) Ha. et Vi. *causalis.* [26]) Li. omittit *est.* [27]) Mo. 1 et Vi. non habent *in potestate.* [28]) Li. *si Capuam ieris vel veneris.* [29]) Ha. et Li. *ex.* [30]) Mo. 1 hoc loco *iveris.* [31]) Sic Ha., Pa., Mo. 2 et 3; in Mo. 1 et Vi. haec tota formula deest; Li. eam sic exhibet: *si imperator in Italiam venerit.* [32]) Li. *conditionalis.* [33]) Deest in Li., qui et mox habet *accipio.* [34]) Ha. et Mo. 2 *venam;* Mo. 1 *vena,* sed superscripto *ne.* [35]) Deest *quae* in Li. [36]) Itidem omittit, quae sequuntur usque quo recurrunt ista verba. [37]) Li. *composita;* in Mo. 3 deest. [38]) Sic Mo. 3; Mo. 1 *in honesta;* alias utrumque deest. [39]) Mo. 2 non habet *vel naturae.* [40]) Sic Ha.; Vi. *honesta necessaria, ut;* ceteri *necessaria est, ut.* [41]) Ha. *si fecerit se christianam.* [42]) Pa. male *teneat.* [43]) Ha. omittit *malis artibus.* [44]) In Pa. desunt quae sequuntur usque ad *necessaria;* Ha. *velis evitare.* [45]) In Ha. deest *non,* at vitiose. [46]) Ha. et Li. omittunt. [47]) Mo. 2

desponsatio tenet, non existente non tenet, in tantum, quod sine ipsa[48]) desponsatio inter illas personas fieri non possit, ut C. XXVIII. qu. 1 *Non oportet* (c. 16); si vero fuerit honesta et voluntaria, ea existente desponsatio tenet, non existente non tenet, ar. C. XXXII. qu. ult. *Non solum* (c. un.) et supra de sponsal. *De illis* (c. 4; Gr. c. 1. IV. 1) et supra eod. *Super eo* (c. 4; - Gr. c. 5. IV. 5). Si autem fuerit inhonesta et resistens[49]) substantiae matrimonii, eius appositio facit irritam[50]) desponsationem, ut C. XXXII. qu. 2 *Solet* (c. 6), *Aliquando* (c. 7); nimirum[51]) conditio contra naturam contractus[52]) apposita vitiat contractum, ut ar. Cod. de donat. ante nupt. *Quod sponsae* (L. 4) et Dig. pro socio L. 3. § ult. et Dig. de contr. emt. L. penult. et ult.[53]), et Dig. de donat. causa mortis *Ubi* (L. 27). Si[54]) vero sit inhonesta, non[55]) tamen repugnet naturae matrimonii, habetur quasi pro non adiecta, et nihilominus desponsatio tenet, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 5)[56]). — § 4. Effectus appositae conditionis est tam in hoc[57]) quam in aliis contractibus, ut si apponatur[58]) impossibilis conditio, vitiet[59]) omnino contractum, ut Dig. de action. et oblig. *Non solum* (L. 31) et Dig. de verb. oblig. *Impossibilis* (L. 7); secus autem[60]) est in institutionibus, legatis, fideicommissis[61]) et libertatibus, quia[62]) conditio impossibilis habetur ibi pro non[63]) scripta, ut in Instit. de hered. instituend. § *Impossibilis* (§ 10). Si vero fuerit possibilis et honesta, est absque dubio servanda, ut ar. C. XXXII. qu. ult. *Non solum* (c. 15) et infra eod. c. 2 et 3 (Gr. c. 2 et 4 ibid.).

§ 5. Illud in summa notandum, quod, si aliquid detur ecclesiae[64]) ea conditione, ne alienetur[65]), non poterit ecclesia alienare, et si alienaverit, donatio facta ecclesiae poterit revocari a donatore vel ab eius herede[66]), ut infra eod. c. 3 (Gr. c. 4) et Cod. de condict. ob causam *Ea lege*[67]) (L. 3).

---

conditione. [48]) Mo. 1 supra linea habet *ea;* Mo. 2 et Vi. *illa.* [49]) Li. et Mo. 2 *repugnans.* [50]) Ha. *veram.* [51]) Mo. 3 *dūr.* [52]) Deest in Ha. et Mo. 2. [53]) His in locis laudandis variant quidem Codd., cum in Ha. et Mo. 3 pro *et* occurrat § signum; sed neutro modo istae tit. de contr. emt., ad quem ubique remittitur, leges ad rem quidquam mihi facere videntur. [54]) Ha. librarius huc traxit, quod praecedit *ubi*, omittitque *si.* [55]) Ha. *nec*, Li. *si.* [56]) Mo. 1 hoc loco et numerum capituli et initium, scil. *quicunque*, praeter morem alias observatum exhibet. [57]) Ha. omittit *est*, et pro *in hoc* habet *hic.* [58]) Deest in Li. [59]) Mo. 1 et 2 *vitiat*, Li. *vincit*, Mo. 3 *iniciet.* [60]) Pa. *actum* atque mox *de.* [61]) Ha. inter *legatis* et *fideicommissis* habet *sive*, Pa. *vel.* [62]) Mo. 3 *quod.* [63]) Sic Mo. 1. 2. 3 cum Vi.; Ha. *tc*, Pa. *rō n̄*, Li. *sed ratio non.* [64]) Deest in Mo. 3. [65]) Li. *si additur Ecce ea conditio est ut alienetur;* Mo. 2 *ut non* pro *ne.* [66]) Mo. 2 *donator poterit revocare vel eius heres.* [67]) Ha. omittit.

TITULUS VI.

Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere non possunt [1]).

Diximus de matrimonio contrahendo. Sed quia sunt quidam, qui matrimonium contrahere non possunt, ut sacerdotes, monachi[2]) et conversi, de his subiiciamus, videntes, qui clerici matrimonium contrahere possunt et qui non, et[3]) qui voventes[4]) omnino prohibeantur et qui non[5]).

§ 1. Diximus autem[6]) supra in titulo de sponsalibus, quod[7]) sacer ordo impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut Di. XXVII. *Presbyteris* (c. 8) et infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. IV. 6); ceterum propter iuvenilem incontinentiam[8]) invenis[9]) erga[10]) subdiaconum dispensatum, ut in subdiaconatu acceptam[11]) valeat retinere, ut infra eod. *Significatum* (c. 3; - Gr. n. p.), *Super eo* (c. 5; Gr. n. p.). Non sacer ordo non impedit matrimonium, ut[12]) Di. XXXII. *Seriatim* (c. 14) et supra de cler. coniug. c. 1 (Gr. c. 1. III. 3); nec te moveat, quod in illo capitulo *Seriatim* viduam accipere prohibeatur, quia hoc[13]) non ideo dicitur, quod[14]) non fiat inter eos[15]) coniugium, sed quod[16]) propter hoc deinceps ad sacrum nequeat[17]) ordinem promoveri, ut ibidem habetur[18]). — § 2. Sed et de voto diximus supra[19]) in titulo de voto, ubi diximus de voto simplici et de sollemni. Votum autem sollemne est, quod fit adhibitis sollemnitatibus, ut si voveat in manu[20]) sacerdotis vel super altare continentiam profitendo; multo quoque fortius[21]), si hoc faciat in manu[22]) episcopi, abbatis vel[23]) abbatissae, ut infra eod. *Consuluit* (c. 7; - Gr. c. 4. IV. 6). Simplex votum est, quod huiusmodi[24]); sollemnitatibus caret, ut ar. infra eod. *Consuluit*[25]); sed[26]) et si

---

Tit. 6. — [1]) Li.: *de clericis valentibus matrimonium contrahere;* Mo. 2 et 3 cum Vi. omittunt *non.* [2]) Li. *et monachi.* [3]) Sequentia desunt in Mo. 3. [4]) Ibidem *et qui volentes.* [5]) Pa. ultimo tantum loco exhibet verba *qui non;* in Ha. pro *omnino* occurrit *contrahere.* [6]) Deest in Pa. et Li. [7]) Mo. 2 *quia.* [8]) In Mo. 3 desunt quae sequuntur usque ad *valeat.* [9]) Ha. *inveni.* [10]) Li. *circa.* [11]) Pa. *accepta*, Li. *subdiaconatum.* [12]) Mo. 2 *ut diximus Di. XXXII etc.* [13]) Li. et Mo. 2 omittunt *hoc.* [14]) Ha. et Mo. 3 *ut.* [15]) Li. et Mo. 2 *istos.* [16]) Deest in Mo. 2 et Li.; Mo. 3 *quia.* [17]) Sic Li.; ceteri *nequit.* [18]) Li. *dicitur.* [19]) Mo. 3 *scil.* [20]) Ha. *manus.* [21]) Mo. 3 *forceti9ri.* [22]) Idem *fecerit in manum.* [23]) In Mo. 1 et Vi. *vel abb. vel;* in Li. deest utroque loco. [24]) Vi. *his.* [25]) Ista citatio, quippe quae infra recurrat, librarium Li. induxit, ut omnia omiserit, quae sequuntur. [26]) Deest in Ha.

assumat[27]) habitum de manu sacerdotis absque professione, non intelligitur votum[28]) sollemne, ut ar. infra eod. *Consuluit;* quae autem et qualis debeat[29]) esse professio, dictum est supra[30]) de regular. et transeunt. ad religionem. Votum ergo sollemne impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut Di. XXVII. *Voventibus* (c. 4), *Si nupserit* (c. 5); simplex autem impedit contrahendum, sed[31]) non dirimit contractum, ut infra eod. *Consuluit.* § 3. De conversis[32]) ecclesiae secularis[33]) quaeri solet, an possint accipere uxores, ut clerici ecclesiae secularis[34]); quam quaestionem supra de peculio clericorum poteris invenire solutam, ubi[35]) diximus de triplici genere conversorum, et puto conversum ecclesiae secularis matrimonium contrahere posse, nisi voverit[36]) castitatem, ar. C. XXVII. qu. 1 *Ut lex* (c. 40), nec enim simpliciter dicitur ibi[37]) „conversi", sed additur „professi", ad differentiam conversorum qui non[38]) sunt professi; simile ar.[39]) Dig. de publicis iudiciis *Eum qui* § *Praetor*[40]).

§ 4. Illud in summa notandum, quod, si aliquis legitime factus est[41]) subdiaconus et postea pro[42]) superveniente causa fuerit degradatus, non poterit seculariter vivere nec matrimonio copulari, ar. Di. LXXXI. *Dictum* (c. 8); si vero non legitime est subdiaconus factus et propter hoc canonice degradatus, matrimonium[43]) contrahere non prohibetur, ut infra eod. *Cum institisset* (c. 4; – Gr. n. p.). § 5. Praeterea illud notandum, quod non semper habitus causa religionis assumtus habet sollemne votum annexum, ut infra eod. *Consuluit* (c. 7). — § 6. Sed et illud invenis[44]) nota dignum, quod simplici voto emisso propter[45]) incontinentiam datur licentia matrimonium contrahendi[46]), ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 5 ibid.)

---

[27]) Mo. 3 *sumat.* [28]) Deest in eodem. [29]) Pa. *debeant;* Li. et Mo. 2 et 3 *vel* habent pro *et.* [30]) Mo. 3 pro *supra* exhibet *scil.* [31]) Mo. 3 *si* pro *sed.* [32]) Li. *diversis.* [33]) Ha. *ad ecclesias seculares,* Pa. *ad ecclesia secularis,* Mo. 3 *ecclesiae secularibus.* [34]) Vi. *ut clerici seculares.* [35]) Mo. 3 *ibi.* [36]) Mo. 1, Li. et Vi. *vovit,* Mo. 3 *voluerit.* [37]) Sic Ha., Mo. 2 et 3; Mo. 1 et Pa. cum Vi. *ubi;* Li. *nisi,* sed male. [38]) Deest in Mo. 3. [39]) Ha. addit *est;* Li. habet *silere ar.* [40]) Sic Codd. omnes, nisi quod in Pa. post *eum* deest *qui;* at vero in tit. cit. neque lex neque § est, quae ita incipiat. [41]) Ha. *sit.* [42]) In Ha. deest *pro,* quod in Mo. 1 expost aut scriptor addidit aut corrector. [43]) Addit Pa. *idem.* [44]) Ha. omittit *invenis,* Li. et Mo. 2 *item notandum quod.* [45]) Li. *dignum ex simpl. voto emissum,* Ha. *dignum iuvenibus post s. v.* [46]) Ha. addit *nubendi et.*

TITULUS VII.

De eo qui duxit in matrimonium quam prius [1]) polluit per adulterium.

Erat olim[2]) prohibitio generalis, scil. „nullus ducat[3]) in matrimonium, quam prius polluit per adulterium," ut C. XXXI. qu. 1[4]) *Nullus* (c. 1); sed posterior diligentia ipsam prohibitionem ad duos casus coartavit, scil. si in mortem prioris[5]) est adulter machinatus, vel si fidem dedit[6]), quod[7]), si priori superviveret[8]), eam acciperet[9]), ut C. XXXI. qu. 1 *Relatum* (c. 4), *Si quis* (c. 5) et infra eod. c. ult. (Gr. c. 3. IV. 7). Si vero quaeratur de eo, qui sua uxore relicta[10]) aliam sibi coniugis[11]) nomine copulavit, et defuncta prima vult habere secundam, variae super hoc inveniuntur doctorum opiniones. Quidam enim dicunt, id fieri non posse propter istam[12]) prohibitionem, plus enim est, ut aiunt[13]), desponsare quam fidem dare; iuvari[14]) videtur eorum[15]) opinio C. II. qu. 1 *In primis* (c. 7), *Ad Malechitanam* (§ 1 in fin.) et infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1. 2 ibid.). Alii autem[16]) dicunt, distinguendum, utrum ambo sciebant[17]) priorem[18]) uxorem vivere, an[19]) ignorabant, aut unus sciebat et alter[20]) ignorabat; si ambo sciebant[21]), non potest postea[22]) inter eos[23]) contrahi vel stare matrimonium, quia hi[24]) fidem dedisse videntur; si autem ambo vel unus ignorabant, potest, ut ar. infra eod. c. ult. Mihi autem absque[25]) melioris sententiae praeiudicio dicendum videtur, quod accepta de adulterio poenitentia de novo eam accipere[26]) potest, ar. infra eod. c. ult. et[27]) supra de sponsal. c. ult. (Gr. c. 18. IV. 1); quod autem obiicitur, plus est desponsare,

---

Tit. 7. — [1]) Li. et Mo. 2 omittunt *prius,* Mo. 3 *eam quam.* [2]) Pa. et Mo. 3 *enim.* [3]) Vi. *scil. ut ... duceret,* Mo. 2 *scil. ut ... ducat,* Mo. 3 *scil. quod ... ducat.* [4]) In Mo. 3 exciderunt quae sequuntur usque ad c. *Relatum.* [5]) Ha. addit *uxoris.* [6]) Li. et Mo. 2 *dederit.* [7]) Pa. *qui.* [8]) Ha. *superviveret priorem,* Mo. 2 *prior superviverit.* [9]) Li. et Mo. 2 addunt *in uxorem.* [10]) Pa. *relictam.* [11]) Mo. 1 *coniugii,* Li. *uxoris.* [12]) Omittit Mo. 2. [13]) Sic cum Mo. 3 Ha. et Pa.; Vi. atque Mo. 1 et 2, qui et legit *dicunt,* omittunt *est ut,* Li. *ut aiunt.* [14]) Pa. *insinuari.* [15]) Ha. *haec eorum.* [16]) Omittit Ha. [17]) Idem *sciverint* et mox *ignoraverint.* [18]) Mo. 3 *primam.* [19]) Vi. cum Mo. 2 et 3 *aut.* [20]) Deest *et* in Li. et Mo. 2; Vi. cum Mo. 3, qui inversum simul sequitur ordinem, pro *et* habet *aut.* [21]) Li. *si unus sciebat ambo.* [22]) Deest in Pa. [23]) Mo. 3 *eas.* [24]) Ha. atque Mo. 3 *hic* et *videtur.* [25]) Mo. 3 *sine.* [26]) Li. et Mo. 2 *recipere.* [27]) Ha. non remittit ad hunc alterum locum.

quam de desponsando [28]) fidem dare, dico, re vera plus esse [29]), quantum ad vinculum coniugale; ceterum [30]) in hoc casu plus nocet fidem dare, quam desponsare [31]) propter improbabile [32]) votum captandae mortis [33]) alienae, nec est absimile [34]), quod de rapta legitur C. XXXVI. qu. 2 § *Prohibetur* (Grat. dict. ad c. 7) et c. *Tria* (c. 8). Ex primo autem huius tituli capitulo satis [35]) colligere potes [36]), quod ex illa desponsatione non sit [37]) inter eos coniugium, cum ad petitionem mulieris divortium [38]) possit [39]) fieri [40]) et tamen concedi possit, ut [41]) eam habeat, cum illud in potestate ponat mulieris; in secundo autem capitulo [42]) dicitur, quod eam habere non possit, quod est intelligendum ex [43]) prima desponsatione.

TITULUS VIII.

De coniugio leprosi [1]).

Quia matrimonium, de quo supra diximus, individuam debet [2]) vitae consuetudinem retinere, et eam saepe [3]) contingit infirmitatibus corporis impediri, de his infirmitatibus [4]) aliquid supponamus [5]), inter quas de lepra tamquam de gravissima aegritudine et [6]) leprosi coniugio videamus.

§ 1. Sciendum est igitur, quod infirmitas alia impedit coniugium [7]) vel usum coniugii, alia non; impedit, ut frigiditas, non impedit, ut scabies [8]), tigna [9]) oris vel nasi [10]) foetor, ar. C. XXXII. qu. 5 *Si uxorem* (c. 18). Idem [11]) et in lepra puto dicendum, scil. quod nec [12]) impedit matrimonium contrahendum nec dirimit contractum, ut infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1. 2. IV. 8). Quid ergo dices [13]), cum ex consuetudine generali elephantinus [14]) i. e. leprosus a sanorum [15]) consortio et cohabitatione [16]) soleat separari? numquid sanus sequi debet infirmum? Respondeo [17]): debet utique eum [18]) pro societate fideque coniugii et sustinere et sustentare [19]), ut ar. C. XXXII. qu. 5 *Si uxorem*, maxime cum ei [20]) iuxta Apostolum debitum reddere teneatur [21]), ut infra eod. c. 2. Fuerunt tamen [22]), qui duo genera leprae distinxerunt, aliud videlicet [23]), quod inficit [24]) comparem ex contactu [25]), et aliud, quod non transit in alium ex [26]) huiusmodi participatione; in primo casu dicunt, sanum non teneri ad reddendum debitum infirmo, in secundo teneri [27]); sed hanc [28]) suam opinionem nulla possunt canonum auctoritate vallare [29]), ideoque tamquam superstitiosam [30]) credimus respuendam, ar. C. II. qu. 5 *Consuluisti* (c. 20) et ar. simile Di. LV. *Si evangelica* (c. 13) et Dig. soluto matrim. *Si vero* (L. 64) § penult.

TITULUS IX.

De coniugio servorum vel disparis conditionis [1]).

Diximus de coniugio liberorum; nunc de coniugio servorum subiiciamus. Videamus igitur, an [2]) servus possit contrahere matrimonium et cum qua, et an consensus domini sit requirendus, postea visuri, quid iuris sit, ubi inter liberum et ancillam vel econtra matrimonium est contractum.

§ 1. In primis igitur dicimus, servos [3]) matrimonium contrahere posse, dicente Apostolo [4]): „Propter fornicationem vitandam [5]) unusquisque habeat suam," ar. C. XXIX. qu. 2 [6]) fere per totum.

---

[28]) Sic Mo. 1 cum Li. et Vi. et recte, ni fallor; Mo. 3 *desponsando* habet, Ha. *desponsationis*, Pa. *de dispondendo;* Mo. 2 omittit *de desponsando*. [29]) Pa. *est*. [30]) Mo. 3 *sed tamen*. [31]) Quae sequuntur usque ad c. *Tria* in Ha. desunt omnia. [32]) Mo. 3 *probabilem*, Mo. 2 *improbitatis*. [33]) Sic Vi. cum Mo. 2 et Mo. 3, qui tamen *capiendae* habet pro *captandae;* ceteri habent *captatae* aut *captandae mentis*. [34]) Pa. *simile*, Li. *adsimile*, Mo. 2 *ar. simile*. [35]) Omittit Vi. [36]) Mo. 3 *poteris*. [37]) Pa. *habet*. [38]) Pa. omittit quae sequuntur usque ad *in secundo*. [39]) Mo. 2 *non possit*. [40]) Vi. *postulari*. [41]) Ha., Pa. et Mo. 1 *quod*. [42]) Li. et Mo. 2 *casu*. [43]) Li. *de*.

Tit. 8. — [1]) Li. *de coniunctione leprosorum*. [2]) Omittit Mo. 3. [3]) Deest in Mo. 2. [4]) Li. omittit *infirm.;* Mo. 3 pro *his* habet *huiusmodi*. [5]) Pa. *supponatur*. [6]) Ha. *ut de*. [7]) Li. *matrimonium*. [8]) Ha. *impedit coniugium ut frigiditas alia non ut scabies etc.;* Li. *alia vero imp. ut frig. non impedit ut scabies;* ceteri uti in textu. [9]) Deest in Vi.; Mo. 1—3 *tingna*, Li. *tigna oris*. [10]) Vi. *naris*. [11]) Li. *item*. [12]) Idem *non* pro *nec*. [13]) Mo. 3 *dicis*, Mo. 2 *dicemus*.

[14]) Li. *elefansinus*, Mo. 3 *elefanticus*. [15]) Li. *sociorum;* in Mo. 3 lacunam reliquit, nec explevit scriptor. [16]) Omittit Vi. *et cohabitatione;* Li. *et a coh.*, Ha. *cons. cohab.* omisso *et*. [17]) Deest in Vi. [18]) Praeter Li., qui habet *utique pro*, Codd. omnes interserunt *et*, quod in *eum* commutare haud dubitavi. [19]) Li. *fidei non et sustinere etc.;* Ha. *coniugii sustinere, ut etc.* [20]) Li. *ea*. [21]) Idem *debeat*. [22]) Ha. addit *quidam*. [23]) Li. *distinxerant;* Mo. 3 *genera quidem videl.*, vacuo post *genera* spatiolo intermedio. [24]) Vi. *interficit*. [25]) Mo. 3 *tactu*. [26]) Li. *in*. [27]) Ha. sic: *unum videl. quod non transit in alium ex huiusmodi participatione, aliud quod transit*, unde et in iis, quae sequuntur, primo loco occurrit *teneri*, secundo *non teneri*. Ceterum Li. pro *teneri* habet *tenetur*. [28]) Mo. 3 omittit. [29]) Mo. 3 *valere*. [30]) Pa. *suspiciosam*, quam lectionem seponere aliorumque codicum fidem eo magis sequi placuit, quia et c. 20 cit. de *superstitiosa adinventione* loquitur.

Tit. 9. — [1]) Ha. ultima verba in ipsius quidem compilationis, non vero in summae rubrica exhibet, eaque itidem desunt in Vi. et Mo. 3; Li. pro *coniugio* habet *coniunctione* atque *et dispari conditione*. [2]) Li. *videamus an*, Mo. 3 *videamus igitur si*. [3]) Ha. *servum*. [4]) Cf. Pauli ep. I. ad Corinth. c. 7. v. 3. [5]) Omittit Mo. 3. [6]) Quae sequuntur usque quo denuo ad qu. 2. C. 29 remit-

§ 2. Potest autem contrahere cum ancilla, ut ar. C. XXIX. qu. 2 *Dictum* (c. 8) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 9), sed et [7]) cum libera, ut C. XXIX. qu. 2 *Si quis liber* (c. 2), *Si quis ingenuus* (c. 4), *Si femina* (c. 5). — § 3. Est autem [8]) consensus domini requirendus [9]), ut ecce, servus meus contrahit cum ancilla tua; hic non solum principalium [10]) personarum, sed etiam dominorum voluntas est requirenda [11]), ut ar. C. XXIX. qu. 2 *Dictum* (c. 8). Hoc autem puto de honestate potius, quam de necessitate, cum etiam [12]) contradicentibus dominis possint ad invicem copulari, ut infra eod. c. 1, debitis tamen servitiis dominis nihilominus exhibendis, ut ibidem habetur [13]). — § 4. Restat videre, quid [14]) iuris sit, ubi liber contrahit cum ancilla vel econtra. Certe [15]) si liber contraxerit [16]) cum ancilla, aut [17]) liber sciebat eius conditionem aut ignorabat [18]); si sciebat, non poterit ab ea separari ratione conditionis [19]), ut C. XXIX. qu. 2 *Si quis liber* (c. 2), *Si femina* (c. 5); si autem ignorabat, datur ei consilium, ut eam redimat, quod si noluerit vel non potuerit, poterit ab ea separari [20]) et alii copulari, ut C. XXIX. qu. 2 *Si quis ingenuus* (c. 4), nisi, postquam eam deprehendit esse [21]) ancillam, in eam consensit [22]), ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 ibid.).

§ 5. Illud in summa notandum, quod, si ille qui liber est dixerit, se [23]) in alterius conditione errasse, nec ex adverso aliud allegetur, defertur iuramentum erranti, quo [24]) iurabit, quod [25]), quando eam accepit, liberam esse credebat, et [26]) ex quo deprehendit [27]) ancillam, non consensit in eam; ad instar eius quod habemus [28]) C. XXXI. qu. 2 *Si verum* (c. 1). Sed et illud notandum, quod si liber cognoverit ancillam, ex quo eam [29]) deprehendit [30]) ancillam, non potest [31]) ab ea separari, ut infra eod. c. 2. Nec [32]) praetereundum puto, quod, si servus volens accipere uxorem putabat liberam, quae erat ancilla, non puto, quod propter hunc errorem va-

titur in Ha. et Mo. 3 desunt. [7]) Deest *et* in Ha. et Li. [8]) Omittit Mo. 3. [9]) In Vi. exciderunt sequentia usque ad *est requirenda.* [10]) Ha. *privilegium.* [11]) Mo. 3 *adtendenda.* [12]) Idem *etiam de.* [13]) Ha. sic habet: *c. et matrimonium contrahere possint videntibus et contrad. dom., ut ibid. hab.*, Pa. sic: *c. et contrad. dom. vel nomi*9 *exibendis.* [14]) Ha. *cum.* [15]) Omittit Vi. [16]) Mo. 3 *contraxit.* [17]) Pa. hic et mox *an.* [18]) Mo. 2 *aut non.* [19]) Li. *conditionem.* [20]) Haec omnia inde a *ratione conditionis* desunt in Ha. [21]) Pa. habet *deprehenderit;* Ha., Mo. 2 et Vi. omittunt *esse;* Li. *postq. depreh. eam esse meam anc.* [22]) Quae hinc sequuntur, exciderunt in Mo. 2 usque ad *in eam ad instar.* [23]) Li. omittit; Mo. 3 *consenserit.* [24]) Ha. et Mo. 3 *qui.* [25]) Omittit Pa. [26]) Deest *et* in Ha. [27]) Mo. 3 omissis mutatisve quam plurimis sic pergit: *ancilla si postea consensit vel cognovit eam non potest ab ea separari ut inf. eod. c. 2.* [28]) Pa. *habetur.* [29]) Deest in Mo. 2. [30]) Pa. *deprehendet*, Vi. *cognoverit.* [31]) Ha. *poterit.*

leat [33]) separari; quid enim obiiciet coecus coeco? quid Catilina [34]) Cethego [35])? loripedem [36]) rectus derideat? Aethiopem albus? [37]) exemplo eius, quod dicitur [38]) de eo qui crimen intendit, ut C. VI. qu. 1 *Qui crimen* (c. 6) et C. XXXII. qu. 2 *Nihil iniquius* (c. 1). § 6. Praeterea illud vidi plurimum [39]) disputatum [40]). Quidam ingenuus quandam accepit uxorem [41]) et cognovit, deinde comperit eam esse filiam liberae matris, sed servi patris, et secundum legem provinciae ancilla [42]) esse debebat, unde vir [43]) coram ecclesia divortium postulavit, proponens eam esse ancillam secundum legem [44]) provinciae, ar. C. XXXII. qu. 4 *Liberi* (c. 15) [45]), maxime cum specialis consuetudo legi deroget in illius [46]) provinciae foro, ut praediximus [47]) supra de consuetud. et Cod. de aedif. privatis L. 3 [48]) et Cod. quae sit longa cons. L. 1 et Dig. de testib. L. 3 § ult. et Dig. de legatis I. apud Iulianum [49]). Econtra [50]) pro muliere allegabatur favor [51]) libertatis et [52]) lex generalis, ut in Instit. de ingenuis in princ. et in Authent. const. q̃. ex asc'p. īp̄n. collat. V [53]), ut et infra tit. prox. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 10); allegabatur [54]) etiam illud, quod consuetudo legibus vel [55]) canonibus obvians [56]) est abiicienda, ut Di. XI. *Consuetudinis* [57]) (c. 4) et Di. XII. *Scit sancta* (c. 3) et supra de consuet. c. 2 (Gr. c. 3. III. 24), et Dig. de sepulcro violato L. 3 [58]) § *Divus* (§ 5), maxime cum iudex ecclesiasticus canonicarum [59]) sit constitutionum [60]) minister, et causae [61]) spirituales potius ex canonibus, quam ex secularibus legibus vel consuetudi-

[33]) Pa. atque Li. et Mo. 2 addunt *illud.* [34]) Ha. *valeant.* [34]) Mo. 1 et Vi. *Catelina;* Mo. 2 *Cattelina;* Li., Pa., Ha. et Mo. 3 *Cathelina.* [35]) Mo. 1 *Cetego*, Li. *Catheyo*, Pa. *Cerhego.* [36]) Ha. *curvipedem.* [37]) Cf. Iuvenalis satyr. 2. v. 23 et 27. [38]) Mo. 2 *habetur.* [39]) Pa. *plerumque.* [40]) Li. et Mo. 2 *dubitandum*, Vi. et Mo. 3 *dubitatum.* [41]) Mo. 2 *in uxorem.* [42]) Li. *ancillam.* [43]) Idem *ubi.* [44]) Ha. pro *sec. legem* habet *lege.* [45]) Vi. non exhibet istum locum. [46]) Ha. *nullius* habet pro *in illius.* [47]) Mo. 1 *diximus.* [48]) Locus iste deest in Ha., sequens in Mo. 2, ultimus in Vi. [49]) Excepto Ha., ubi plane deest, Codd. omnes *ap. iul.'*; verbis istis L. 80 incipit, cuius rubrica est: *Apud Iulianum Lib. 32 Dig. Marcellus notat*, attamen nec ipsa, nec ulla alia lex Iuliani scriptis desumta ad Bernardi opinionem, quidquam mihi facere videtur. [50]) Mo. 3 *ecclesia.* [51]) Ha. et Vi. *favore.* [52]) Particulam *et*, nullo in codice obviam, ex mera coniectura interserui. [53]) Sic, praeterquam in Ha., ubi exciderunt, quae supra post *lex generalis* leguntur, omnes omnino Codd., licet cum aliqua varietate singularum litterarum. Librarios, quid sibi esset scribendum, nescisse atque omnes pro posse litterarum in archetypis obviarum imitatos esse ductum, satis patet, minus vero, quo remiserit Bernardus; num forte ad Nov. 46 de eccles. immob. rer. alien.? de qua, cum sit in Coll. V. prima, iure quodam potuisset dicere Bernardus: *extat scripta in principio Coll. V.* [54]) Mo. 2 *allegatur*, ubi et mox deest *quod.* [55]) Ha. et Pa. *et.* [56]) Mo. 3 *obiciens.* [57]) In Ha. desiderantur omnes qui sequuntur loci. [58]) In Codd. perperam ad L. 2 remittitur. [59]) Sic Mo. 3, Pa. et Vi.; ceteri falso *canonicorum.* [60]) In Ha. huic verbo spatium relictum est vacuum, et bis occurrit *sit.* [61]) Mo. 3 loco *causae*

nibus [62]) debeant terminari [63]), ut ar. Di. XCVI. *Cum ad verum* (c. 6). Dixerunt quidam pro libertate iudicandum; mihi autem [64]) sine praeiudicio melioris sententiae sic visum est distinguendum, utrum illam consuetudinem teneant tam clerici quam laici, an laici [65]) soli; primo casu pro consuetudine puto iudicandum et matrimonium separandum [66]), secundo casu considerandum est, apud quem iudicium agatur [67]) liberale, an apud ecclesiasticum, an [68]) apud iudicem secularem; nam si [69]) apud ecclesiasticum, erit pro libertate iudicandum, cum [70]) apud eum non teneat consuetudo, si vero ante secularem iudicem, iudicabitur contra [71]) libertatem; iuvatur haec distinctio ex Di. X. *Lege Imperatorum* (c. 2).

TITULUS X.

De natis ex libero ventre.

Dictum est de coniugio servorum. Sed quia necesse est scire, quis servus sit et [1]) quis liber, de his subiiciamus; quia vero [2]) filius matris ventrem [3]) sequitur, de natis ex libero ventre videamus. Videamus igitur [4]), quis liber, quis servus dicatur, et cuius parentis filii [5]) conditionem sequantur.

§ 1. Liberi aut [6]) nascuntur aut fiunt; nascuntur [7]), ut ingenui, fiunt, ut qui de servitute manumittuntur i. e. liberantur, et isti liberti [8]) dicuntur; de his habes [9]) in Instit. de iure personarum et tit. de ingenuis et tit. de libertinis [10]). — § 2. Servitus est vinculum, quo homo domino [11]) alieno tenetur, libertas est a vinculo servitutis immunitas, manumissio vero [12]) est praestatio libertatis; ergo servus est, qui est sub domino [13]) alieno, ut in Instit. de iure person.

---

exhibet omnes. [62]) Ha. sic: *caus. spirit. tam ex actionibus quam exactionibus legibus secularibus deb. term.* [63]) Mo. 3 *appellari.* [64]) Deest in Ha. [65]) Pa. non habet *an laici;* Mo. 3 *teneant clerici an laici soli.* [66]) Sic Ha., Li. et Vi. cum Mo. 2 et 3; in ceteris desunt *et matr. sep.* [67]) Deest in Pa.; Mo. 1—3 *agitur.* [68]) Quae sequuntur usque *erit* desunt in Ha. [69]) Sic Li. cum Mo. 2 et 3; in ceteris deest *nam*, sed minus bene. [70]) Itidem desunt in Ha. *cum ... consuetudo.* [71]) Pa. *e contra.*

Tit. 10. — [1]) Omittunt Mo. 2 et Vi. [2]) Li. *nec.* [3]) Vi. *ventrem liberum.* [4]) In Ha. et Mo. 3 utrumque deest, in Li. alterum, scil. *igitur.* [5]) Ha. *filius*, indeque mox *sequatur.* [6]) Pa. et Mo. 3 *autem.* [7]) Quae sequuntur usque ad *fiunt* in Mo. 1 omissa et supra linea addita sunt. [8]) Ha. *liberi.* [9]) Idem *habemus*, Li. *hi.* [10]) Sic Mo. 1 et Vi. itidemque Pa., nisi quod primo loco *etc.*, mox *et t.* habet; in Ha. et Li. pro *in tit.* bis occurrit *item;* in Mo. 2 deest ad tit. de ingen. remissio. [11]) Li. et Mo. 2 et 3 *dominio*, tam hic quam mox. [12]) Deest in Ha. et Pa. [13]) Mo. 3 *dominio.* [14]) Omittit idem. [15]) Ha. *unde.*

§ 3. Sequitur autem [14]) filius matris conditionem. Nimirum [15]) natus ex patre libero [16]) et matre libera, liber est [17]); natus [18]) ex utroque servo [19]), servus est; natus ex servo patre et libera matre [20]), liber est, nisi lex provinciae aliter se habet, ut in lege [21]) Lombardorum [22]); natus vero ex libero patre et ancilla matre servus est; sufficit autem vel [23]) conceptus [24]) vel partus tempore vel medio tempore matrem liberam habuisse; ergo natus ex libero ventre liber est. De his satis [25]) invenis in Instit. de iure person. et de ingenuis et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 10) et Dig. de statu homin. fere per totum, et Dig. de his qui sui vel alieni iur. sunt L. 1 et 2 [26]).

TITULUS XI.

De cognatione spirituali et filiis ante vel post compaternitatem genitis [1]).

Egimus de conditione; nunc [2]) secundum praemissum ordinem [3]) agendum est de cognatione. Sed quia cognatio alia carnalis, scil. [4]) quae provenit per [5]) consanguinitatem [6]) vel affinitatem, alia [7]) spiritualis, ut quae provenit per compaternitatem, alia legalis, ut quae provenit per adoptionem, constatque quod [8]) spiritualis dignior est, sicut et spiritus carne, prius de ipsa dicamus. Videamus igitur [9]), quid sit cognatio spiritualis, quae species eius, quae species [10]) compaternitatis, quid iuris sit in [11]) matrimonio talium, et an filii compatrum ante vel post geniti possint ad invicem [12]) copulari.

§ 1. Cognatio spiritualis est propinquitas proveniens ex sacramenti datione [13]) vel ad id detentione [14]), ut ecce: sacer-

---

[16]) Ha. habet *servo.* [17]) In Mo. 3 omisso *natus* legitur *pater liber.* [18]) Quae sequuntur usque ad *nisi lex* omisit Ha. librarius. [19]) Mo. 3 *servitutis.* [20]) Pa. *natus ex libera matre et servo*, Mo. 3 *natus ex servo libero autem patre et libera matre.* [21]) In Mo. 3 omittuntur quae sequuntur, legiturque *ut in lege vel in conceptus etc.* [22]) Li. *Longobardorum*, Mo. 2 *Lonb'ardorum.* [23]) Deest in Vi. [24]) Ha. et Pa. *conceptionis.* [25]) Li. *de hisque.* [26]) Alter locus non laudatur in Ha. et Vi.

Tit. 11. — [1]) Posteriorem rubricae partem, in ipsa compilatione itidem obviam, omittunt Ha. et Vi.; in Li. vero rubrica ita concepta est: *de compaternitate et genitis ante et post.* [2]) Pa. omittit. [3]) Deest in Ha. [4]) Deest in Li. [5]) Ha. *ex consang. et affin.* [6]) Li. hic *compaternitatem*, atque mox *consanguinitatem* habet. [7]) Pa. perperam habet *vel.* [8]) Ha. *constat quia*, Li. *constat q̄ perspīn al'.* [9]) Li. *ergo.* [10]) Deest *species* in Ha. et in Li., qui et omittit *quae;* Mo. 2 istam distinctionem omnino non refert. [11]) In Li. desunt *sit in.* [12]) Ha. omittit *adinvicem* habetque *possunt;* Li., Mo. 2. 3 et Vi. omittunt *ad.* [13]) Li. *donatione.* [14]) Mo. 3 non habet hoc verbum, sed lacunam

dos[15]) baptizat parvulum, tu eum suscipis, uterque vestrum est eius pater spiritualis, ut C. XXX. qu. 1 *Omnes* (c. 8). — § 2. Huius autem cognationis tres sunt species; nam alia est inter me et eum, cuius filium teneo[15]), quae[17]) dicitur compaternitas, alia inter me et ipsum puerum quem teneo, quae dicitur[18]) paternitas spiritualis, et[19]) alia inter filium meum naturalem et[20]) filium spiritualem, quae dicitur fraternitas spiritualis. — § 3. Species autem[21]) compaternitatis[22]) sunt duae, directa scil.[23]) et indirecta; directa compaternitas est, quae principaliter provenit, indirecta, quae secundario[24]), scil. quae[25]) provenit ex directa; puta[26]) procedit per virum ad uxorem, et e converso[27]), ut ecce: tenui filium tuum in baptismo[28]), ego[29]) sum compater tuus directo[30]), sed uxor mea per me efficitur tua[31]) commater indirecto, ut C. XXX. qu. 4 *Si quis ex uno*[32]) (c. 3), et ita[33]) me defuncto relictam meam non posses[34]) uxorem habere[35]). Fuerunt etiam[36]), qui non insubtiliter[37]) dixerunt, quod actio unius coniugum[38]) obligat alterum, passio vero[39]) nequaquam; ut ecce: si teneo[40]) filium tuum, uxor[41]) mea efficitur tua commater[42]) indirecto; si puer non est filius[43]) uxoris tuae, ego non sum compater tuae uxoris, nec directo nec indirecto, ut C. XXX. qu. 4 *Qui spiritualem* (c. 4). Quam sententiam[44]) non multum approbo, quia[45]) potius illud capitulum[46]) intelligo in eo casu, ubi[47]) prius tenui filium tuum[48]) de alia susceptum[49]), quam[50]) istam haberes uxorem; nam, ut in subsequenti[51]) ibidem capitulo dicitur, neque cognationi[52]) carnis cognatio[53]) spiritus comparatur, v. g.[54]) frater uxoris meae[55]) est mihi affinis in primo genere affinitatis,

inexpletam. [15]) Idem *servus*. [16]) Vi. *et eius filium quem teneo*. [17]) Eorum, quae sequuntur usque ad § finem, loco Ha. haec habet: *qua ego dicor pater spiritualis, ipse filius spiritualis*. [18]) Ista inde a *compaternitas* exciderunt in Li. [19]) Deest in Vi. et Mo. 3. [20]) Li. hic perperam post *et* repetit *alia*. [21]) Non habet Mo. 2. [22]) Mo. 3 *paternitatis*. [23]) Deest in Ha., Li. et Mo. 2; in Mo. 3 expost addidit quis *scil*. [24]) Pa. addit *provenit*. [25]) Li. omittit. [26]) Mo. 3 *puta quae*. [27]) Vi. et Mo. 3 *vel econtra*. [28]) Ha. *vestrum*, Pa. *suum*, iidemque omittunt *in baptismo*. [29]) Pa. *eius*. [30]) Mo. 3 hic et infra *directe* et *indirecte*. [31]) Mo. 3 *tibi*. [32]) In Codd. *si quis unus*, at falso. [33]) Mo. 3 *infra*. [34]) Ha. *potes*, Pa. *potest*. [35]) Ha. *in uxorem*, Vi. *ducere*. [36]) Deest in Ha. et Mo. 2. [37]) Mo. 3 *non subtiliter*. [38]) Idem *ꝓngn̄*. [39]) Ha. omittit. [40]) Mo. 2 *ecce, tenui*. [41]) Li. *et uxor*. [42]) Mo. 3 *mater*. [43]) Itidem omittit Ha. [44]) Non habet Mo. 2 *quam sent*. [45]) Pa. *quod non*. [46]) Mo. 3 *illius cap*. [47]) Ha. et Pa. *scil. ubi*. [48]) Vi. omittit. [49]) Mo. 3 *suspectum*. [50]) Li. atque Mo. 2 et 3 *ante quam*. [51]) Sic Mo. 1 et Vi.; Pa. *nam subsequenti*; Ha. *nam in sequenti proximo cap.*, similiterque Mo. 2, in quo tamen post *nam* additur *ut*; Li. *nam ut in sequenti titulo proximo ibidem capitulo*; Mo. 3 *nam et in subseq. proximo ibidem cap.* [52]) Li. *in cognationem*. [53]) Deest in Mo. 2. [54]) Idem *ubi ergo*. [55]) Li. *tuae*. [56]) Ha. *si vero*. [57]) Li. *cogn. illam*, Mo. 2

sed si[56]) ipse postea accipiat uxorem et cognoscat, illa[57]) efficitur mihi affinis in[58]) secundo genere affinitatis, et ita per carnis unionem[59]), scil. subsequentem, pervenitur ad affinitatem; sed non[60]) ita in spirituali cognatione, quia si tempore factae inter me et te compaternitatis uxor tua erat[61]) una caro tecum, licet puer non esset filius eius, ipsa tamen est mea commater indirecto; verum[62]) si nondum[63]) erat tua[64]) uxor, licet post acceperis eam, quia tunc[65]) non erat una caro tecum, non tamen efficitur mea commater, nec directo nec indirecto, unde in eodem[66]) capitulo, scil. *Post uxoris* (c. 5)[67]), subditur: „neque per carnis unionem"[68]), scil.[69]) subsequentem, „ad unionem spiritus", i. e. ad[70]) compaternitatem, „pertransitur"[71]). — § 4. Nunc videndum[72]) est, quid iuris sit de matrimoniis[73]) talium. Sciendum est igitur, quod nullus accipere potest[74]) suam commatrem in uxorem, et si acceperit separatur[75]), ut C. XXX. qu. 1 c. 1 in fin.[76]), quod usque adeo servatum invenitur, ut, si maritus casu aliquo[77]) suae uxoris compater efficeretur, etiam ab ea separaretur[78]), ut C. XXX. qu. 1 c. 1 et 2; sed novo et posteriori iure id[79]) credimus esse correctum[80]), ut in sequentibus ibidem capitulis invenitur, et infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. IV. 11). Item nullus filiam suam spiritualem poterit[81]) accipere in uxorem, et si acceperit separatur[82]), ut C. XXX. qu. 1 *De eo* (c. 5). Item fraternitas spiritualis et[83]) matrimonium impedit et dissolvit, ut C. XXX. qu. 3[84]) c. 1. 2 et 3. — § 5. Quia vero[85]) diximus, cognationem spiritualem per sacramenta ecclesiastica provenire, videamus, per quae sacramenta contrahatur. Sciendum est igitur, quod secundum veritatem et consuetudinem tantum tria sunt sacramenta, quae compaternitatem impedientem matrimonium inducunt[86]), videl. sacra-

cogn. eam, Mo. 3 *ista*. [58]) Li. *et in*. [59]) Ha. *copulam vel unionem*. [60]) Li. *sed si*. [61]) Ha. addit *facta*. [62]) Desunt in Pa., quae hinc sequuntur. [63]) Mo. 3 *ubi non*. [64]) Non est *tua* in Ha. nec in Li., qui quae sequuntur omittit atque sic pergit: *nondum erat una caro tecum etc*. [65]) Mo. 2 et 3 cum Vi. addunt *tamen*, quod mox omittunt. [66]) Vi. *illo*. [67]) Mo. 3 *post ux. obitum*. [68]) Ha. *copulam*. [69]) Deest in Mo. 2, ac si ipse can. 5 haberet *subseq*. [70]) Sic Mo. 2 et Vi. [71]) Mo. 3 *transitur*. [72]) In eod. sequentia exciderunt usque ad *est igitur*. [73]) Ha. et Li. *in matrimonio*. [74]) Ha. *debet*. [75]) Li. et Mo. 3 *separetur*. [76]) Mo. 3 omittit quae sequuntur usque ad alteram C. XXX. qu. 1 citationem. [77]) Pro *casu aliquo* Ha. habet *carnaliter*. [78]) Li. *efficitur* et *separetur*. [79]) Vi. *hoc*; in Mo. 2 deest. [80]) Pa. *coreptum*, qui et mox legit *subsequentibus* atque *idem*. [81]) Ha. *potest*, Vi. *potes*, Mo. 3 *non potest*, sed omisso, quod alii habent, *nullus*. [82]) Ha. cum Li. et Mo. 3 *separetur*. [83]) Deest in Mo. 1 et 3 atque Vi. [84]) Ha. ad qu. 4 remittit. [85]) Pa. *ergo*. [86]) Sic Pa. cum Li. et Mo. 3; Ha. *quae compaternitate impediant matrimonium*; Mo. 1 et Vi. *q. compaternitate impediente m. ind.*, itidemque Mo. 2, nisi quod

mentum christianitatis, et sacramentum baptismi, et sacramentum consecrationis[87]) ab episcopo factae[88]), quae tria ex illo[89]) capit. C. XXX. qu. 1 *Provenit* (c. 1) innui videntur[90]) et qu. 4 *Si quis ex uno* (c. 3)[91]) et de consecr. Di. IV. *In catechismo* (c. 100). Et notandum[92]), quod sicut ille, qui suscipit puerum de sacro fonte, compater efficitur, sic[93]) ille, qui immergit[94]) et elevat[95]), efficitur compater[96]); nec enim plus spiritualis cognationis debet efficere susceptio[97]), quam immersio et elevatio, cum utraque spiritualem compaternitatem inducat, ut C. XXX. qu. 1 *Omnes* (c. 8); si qua itaque[98]) mulier filium meum in necessitatis articulo baptizaverit, et alia mulier eum[99]) susceperit, nec ego nec ipse[100]) filius meus poterimus[101]) alicui earum[102]) de cetero in matrimonio copulari[103]), et si contractum[104]) fuerit, separabitur, ut C. XXX. qu. 1 *De eo* (c. 5).

§ 6. Solet autem quaeri, an[105]) aliquis duas commatres, unam post aliam, habere possit uxores[106]); ad quod, aliis opinionibus omissis, dicimus, sic esse[107]) distinguendum, videl.[108]) utrum commaternitas praecesserit[109]) matrimonium, an[110]) sit subsecuta. Nam si praecessit, non impedit, si subsecuta est[111]), matrimonio praestat impedimentum, ut ecce: Bertha et Maria sunt commatres effectae, post hoc accepi[112]) Bertham, post eius decessum potero accipere Mariam, ut C. XXX. qu. 4 *Post uxoris* (c. 5); sic et una mulier poterit duobus compatribus, uni post alium, copulari, ut C. XXX. qu. 4 *Qui spiritualem* (c. 4); quod si prius accepi[113]) Bertham et cognovi[114]), et ipsa postmodum est effecta commater Mariae, ipsa Maria est eius commater directo et mea indirecto[115]), unde post mortem Berthae non potero Mariam accipere, et si accipero, separabor, ut C. XXX. qu. 4 c. 1. 2 et 3. — § 7. Restat videre de filiis ante vel post[116]) compaternitatem genitis; ad quod dicimus, tam ante[117]) genitos quam post genitos, et unum ante genitum et alium post genitum posse legitime copulari, excepta illa persona, per quam compaternitas[118]) est contracta[119]), ut C. XXX. qu. 3[120]) *Super quibus* (c. 4) et infra eod. c. 1 et 3 (Gr. c. 1 et 3. IV. 11); tu quoque compater meus filiam meam poteris[121]) accipere uxorem, excepta illa persona[122]), per quam compaternitas est contracta[123]), ut C. XXX. qu. 3 *Illud etiam*[124]) (c. 7). De his etiam plenius in summula[125]), quam de matrimonio fecimus[126]), poteris invenire[127]).

habet *non inducunt.* [87]) Sic Mo. 1 et 2, Pa. atque Vi.; in Li. verbum *christianitatis* linea subterposita delendum esse indicatur, neque repetitur *sacramentum*, id quod de Ha. itidem valet, in quo praeterea omittitur *consecrationis.* [88]) Li. *facta;* in Ha. et Pa. deest. [89]) Mo. 2 *isto.* [90]) In Ha. *innui* omissum, atque *videntur* post *tria* iamiam positum videmus. [91]) Hunc locum, licet in Li., Mo. 1—3 atque Pa. aeque desit, tamen contra fidem Ha. et Vi. reiicere nolui, quia ad rem satis pertinet. [92]) Pa. et Mo. 1 *notandumque.* [93]) Quae hinc sequuntur usque ad *nec enim*, desunt in Mo. 1 et Vi. [94]) Li. *mergit*, Mo. 3 *mergat.* [95]) Omittit Ha. [96]) Ista desunt in Mo. 2. [97]) In Ha., verborum serie sic transversa: *pl. spir. deb. susceptio cognationis eff.* atque *enim* in *ei* mutato, plane alius vel potius nullus ipsis inest sensus. [98]) Mo. 1 *ita*, Li. et Mo. 3 *utique.* [99]) Deest in Pa. [100]) Itidem non habet Pa. [101]) Mo. 3 *patris.* [102]) Ha. *cum aliqua illarum*, Vi. *alteri illarum.* [103]) Mo. 3 *potest copul.* [104]) Vi. *factum.* [105]) Mo. 3 *utrum.* [106]) Ha. *duas comm. simul hab. poss. unam post aliam.* [107]) Omittitur *esse* in Ha., *sic* in Mo. 3. [108]) Ha. habet *scil.;* in Mo. 2 et Vi. deest. [109]) Sic Ha. et Mo. 3; ceteri *praecessit.* [110]) Pa. omittit quae subsequuntur usque ad *matrimonio.* [111]) Li. *sit.* [112]) Ha. *accepit.* [113]) Li., Vi. et Mo. 2 *accepit.* [114]) Iidem *cognoverit*, Mo. 1 *cognovit.* [115]) In Vi. desunt *et mea indir.* [116]) Excidit in Mo. 3. [117]) Idem adiicit *compāt.* [118]) Pa. repetendo praemittit *illa.* [119]) Vi. *contrahitur*, Ha. *coniuncta vel contracta.* [120]) Quae sequuntur usque ad c. *Illud etiam* desunt in Mo. 2 et 3. [121]) Ha. *potes.* [122]) Sic Li.; in ceteris deest. [123]) Omittit Vi. *per quam etc.* [124]) In Codd. omnibus *illud enim.* [125]) Pa. *summulam.* [126]) Mo. 2 *feci.* [127]) In Li., initialia can. 7 verba ad sequentia trahente, sic ista remissio datur: *Illud enim in summula q. d. m. f. de his etiam plenius etc.*

TITULUS XII.

De cognatione legali.

Tractavimus de cognatione spirituali; nunc de cognatione legali subiiciamus[1]). Videamus igitur[2]), quid sit cognatio legalis, quae eius species, an[3]) et qualiter matrimonium valeat impedire.

§ 1. Cognatio legalis est, quae provenit per adoptionem[4]); unde videamus, quid sit adoptio, quae eius species, quibus modis fiat, quis eius[5]) effectus. Adoptio est extraneae[6]) personae in filium, nepotem vel deinceps assumtio. Eius duae sunt species, arrogatio et simplex adoptio; arrogatio est de his, qui sunt sui[7]) iuris, adoptio[8]) de his, qui alieni; pater enim[9]) familias arrogatur, filiusfamilias adoptatur. Fit autem duobus modis, scil.[10]) principis auctoritate et imperio magistratus; principis[11]) auctoritate adoptamus[12]) eos, qui[13]) sunt sui iuris, quod dicitur[14]) arrogatio, imperio magi-

Tit. 12. — [1]) In Vi. priori loco *legali*, posteriori *spirituali* scripserat librarius, sed litteras *b* et *a* superponendo verum ordinem restituendum curavit; in Mo. 3 deest *subiiciamus.* [2]) Deest in Ha.; Li. *ergo.* [3]) Deest in Mo. 3. [4]) Idem *quae pro adoptionem.* [5]) Li. adiicit *eius.* [6]) Mo. 3 *experson.* [7]) Omittit *sui* Mo. 2, *sunt* Mo. 3. [8]) Ha. addit *est.* [9]) Omittit Pa. [10]) Deest *scil.* in Pa.; Vi. habet, sed omittit *pr. auct. et imp. mag.; duob. mod.* desiderantur in Mo. 3. [11]) Li. addit *autem.* [12]) Sic Li., Mo. 2 et 3 cum Vi., et recte; Mo. 1 et Pa. *adoptatur*, Ha. *adoptat.* [13]) Desunt in Vi. itemque in Mo. 3 sequentia, usque ad *eos qui.* [14]) Pa.

stratus eos, qui sunt alieni[15]) iuris, quod simpliciter adoptio appellatur[16]), ut Dig. de adoption. L. 2. Effectus adoptionis est, ut ille qui adoptatur[17]) per omnia quasi adoptantis[18]) filius habeatur, ita ut etiam[19]) ei ab intestato succedat, ut Cod. de adoption. L. penult. § *Sed ne* (§ 1) et in fine legis[20]); item effectus eius est[21]), ut adoptato dignitas sive domicilium[22]) non minuatur[23]), sed augeatur[24]), ut Dig. de adopt. *Per adoptionem* (L. 35) et Cod. de adopt. *In adoptionem* (L. 7). — § 2. Vidimus[25]), quid sit cognatio legalis; nunc quae sint eius species videamus. Sunt autem tres, una quasi descendentium vel ascendentium[26]), alia[27]) quasi ex latere venientium, tertia, quae legalis affinitas dici potest; quasi ascendentium vel descendentium, ut inter me et filiam meam vel neptem adoptivam; quasi[28]) ex latere, ut inter filium meum naturalem et filiam meam adoptivam[29]), vel inter fratrem[30]) meum et filiam meam adoptivam; legalis affinitas, ut inter me et uxorem filii mei adoptivi, similiter inter filium meum adoptivum et uxorem meam. § 3. Impedit autem haec[31]) cognatio matrimonium contrahendum[32]) contractumque dissolvit. Nam ecce illa, quae est[33]) quasi ascendentium et[34]) descendentium[35]), eatenus matrimonium impedit, quod etiam post[36]) adoptati emancipationem coniugium ibi[37]) intervenire non potest, ut Dig. de ritu nupt. *Quin etiam* (L. 55); item[38]) ea, quae est quasi ex latere, matrimonium et[39]) impedit et dissolvit[40]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. un. IV. 12), et C. XXX. qu. 3 *Ita* (c. 1), *Post* (c. 5) et in Instit. de nuptiis § *Inter* (§ 2); illa quoque, quae dicitur legalis affinitas, matrimonium et impedit et dissolvit, ut Dig. de ritu nupt. *Adoptivus* (L. 14).

§ 4. Illud in summa notandum, quod adoptione finita per emancipationem matrimonium non prohibetur, ut hic et Dig. de ritu nupt.[41]) *Quin etiam* in fin., nisi in casibus a lege exceptis, ut Dig. de ritu nupt. *Adoptivus* et *Quin etiam* in princ.

---

disritur. [15]) Vi. pro *alieni* habet *non sui.* [16]) Idem *dicitur.* [17]) Mo. 3 *optatur.* [18]) Sic Pa., Vi. et Mo. 3; Ha. *adoptentis;* Mo. 1. 2 et Li. *adoptatus.* [19]) Ha. *ita etiam ut,* Mo. 2 et 3 omittunt *ita.* [20]) Omittit *i. f. l.* Vi. [21]) Deest *eius* in Ha., Pa. et Mo. 1. [22]) Sic omnes Codd., quorum nulla est varietas lectionis, nisi quod Vi. pro *sive* habet *vel.* [23]) Codd. *mutetur,* solo Mo. 2 excepto, qui habet *minuetur,* quod ut paullulum mutatum reciperem suasit L. 35 cit. auctoritas. [24]) In Codd. *augetur,* praeterquam in Mo. 3, qui habet *augeatur.* [25]) Mo. 3 *videamus igitur.* [26]) Sic Mo. 3 isque solus, sed recte. [27]) Li. *vel.* [28]) Mo. 3 *q. q.* [29]) Sequentia desunt in Mo. 2 usque ad *legalis.* [30]) Mo. 3 *filium.* [31]) Deest in eodem. [32]) Ita idem, dum in ceteris deest. [33]) Deest in Li. [34]) Vi. *vel.* [35]) Desunt *et desc.* in Pa. et Mo. 2. [36]) Mo. 1 *per.* [37]) Li. solus omittit *ibi.* [38]) Mo. 3 *inter.* [39]) Deest in Li., Vi. et Mo. 3. [40]) In Vi.

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam suae uxoris vel sponsam consanguinei sui [1]).

Vidimus[2]) de cognatione spirituali et legali; nunc agendum erit[3]) de carnali, quae fit per consanguinitatem vel[4]) affinitatem. Sed quoniam affinitas, de qua dicturi[5]) sumus, plerumque inter coniuges post contractum matrimonium intervenit, de ipsa prius dicamus, ne sequentis tituli utilem[6]) tractatum valeat impedire. Videamus igitur[7]), quid iuris sit de eo, qui cognovit consanguineam suae uxoris, postea visuri de eo, qui cognovit sponsam sui consanguinei vel consanguineam suae sponsae[8]).

§ 1. Sciendum est igitur[9]), quod, ubi quis cognoscit[10]) carnaliter consanguineam suae uxoris, efficitur suae uxori[11]) affinis; sed distinguitur, in primo vel secundo gradu ei attinentem[12]), vel[13]) ulteriori. Siquidem in primo vel secundo gradu ei attinentem[14]), et est hoc publicum et manifestum, separabitur ab uxore et sine spe coniugii permanebit, ut infra eod. c. 2 (Gr. n. p.) et infra de divort. *Si aliquis* (c. 6; - Gr. n. p.); quid igitur[15]) faciet uxor, quae forte nequit continere? videtur dici[16]) in primo huius tituli capitulo, ut possit alium accipere, quod ego non credo, nisi post viri decessum[17]), sed oportet eam velit nolit vivere continenter, sicut si maritus eius[18]) castraretur, ut ar. C. XXXII. qu. 7 *Hi qui* (c. 25). Si vero crimen est occultum, vel si in tertio vel ulteriori gradu adultera attinebat uxori, adulter non separabitur ab uxore, sed accepta poenitentia

---

et Mo. 1 omnia quae hinc sequuntur praeter L. 14 Dig. cit. exciderunt, itidemque in Mo. 3, licet tantummodo inde a *Post.* [41]) Quae sequuntur usque ad *Adoptivus etc.* desunt in Li. et Mo. 3.

Tit. 13. — [1]) In Cod. Mo. 3 deest *suae* et *sui;* in Ha. huc sequentis tituli rubricam posuit miniator, iis certe inductus quae quasi praemittit auctor ipsi huius tituli principio. [2]) Vi. *diximus.* [3]) Mo. 1 et 3 cum Vi. *erat;* Li. *est.* [4]) Sic Li., Mo. 2 et Vi.; ceteri *et.* [5]) Li. *tractaturi.* [6]) Mo. 3 *utile.* [7]) Li. *ergo.* [8]) Mo. 2 perperam *suae uxoris vel sponsam suae sponsae,* ceteris omissis; in Mo. 3 desunt, quae in textu post *iuris sit* occurrunt usque ad *visuri.* [9]) Mo. 1 et 3 et Vi. omittunt *est igitur.* [10]) Ha. *cognovit.* [11]) Sic Codd. omnes. [12]) Codd., uno excepto Mo. 3, *attinente,* sed male. [13]) Mo. 2 *an.* [14]) Quae antecedunt inde a *vel ulteriori* exciderunt in Ha., Mo. 1 et Vi.; ceterum pro *attinentem* Li. habet *attineat,* Mo. 2 *attinuerit.* [15]) Ha. *ergo;* Mo. 2 neutrum habet. [16]) Omittit Pa. [17]) Mo. 3 *nisi prius vir decesserit.* [18]) Mo. 1 perperam habet *eam;* in Li., Vi. et Mo. 2 et 3 legitur *casu.*

non exiget debitum, sed exactum[19]) reddet[20]) uxori, ut infra eod. c. 2 et infra de divort. *Si aliquis.* — § 2. Si vero aliquis cognovit[21]) sui consanguinei sponsam vel[22]) consanguineam suae sponsae, puto, quod illa[23]) desponsatio pro superveniente[24]) affinitate possit et debeat irritari et sponsus a sponsa[25]) separari, ita ut[26]) liceat ei, quae non peccavit, etiam sponso vivente alii copulari, ut infra eod. *Veniens* (c. 3; - Gr. c. 2. IV. 13); idem est si sponsa tua dormivit[27]) cum fratre tuo. Et hic est unus casus, ubi sponsus[28]) potest sic a[29]) sponsa separari, ut ea vivente possit alii copulari, quam distinctionem posuimus[30]) supra de sponsalibus in fine tituli. Sed etiam ei, qui in hoc casu deliquit, dispensative[31]) permittitur, ut aliam accipiat, si tamen sponsam[32]) non cognovit, ut infra eod. *Veniens* (c. 3).

TITULUS XIV.

De consanguinitate et affinitate [1]).

Egimus de cognatione spirituali et legali; nunc agendum est de carnali, quae in[2]) consanguinitate et affinitate consistit, unde prius dicamus[3]) de consanguinitate, postea de affinitate. Videamus igitur, quid sit consanguinitas, quid[4]) linea et quid gradus[5]), quot[6]) sint lineae et quot sint gradus, et qualiter[7]) computandi sunt.

§ 1. Consanguinitas est personarum vinculum ab eodem stipite descendentium, carnali[8]) propagatione contractum; stipitem[9]) dico personam, a qua reliqui[10]) descendunt[11]). — § 2. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate iunctarum[12]), diversos gradus continens et eos ab unitate stipitis secundum numeros di-

[19]) Sic Li. et Mo. 2; ceteri *exactus* vel *et exactus.* [20]) Mo. 1 *debet reddere.* [21]) Pa. *cognoverit.* [22]) Excidit in Pa. [23]) Mo. 3 *ista.* [24]) Li. *superadveniente;* in Vi. deest *pro.* [25]) Li. repetendo addit *debeat.* [26]) Ha. *quod.* [27]) Pa. et Mo. 2 *dormiverit.* [28]) Mo. 2 omittit *ubi sponsus,* atque mox pro *ut* legit *et.* [29]) Mo. 3 non habet *sic.* [30]) Pa. *possumus.* [31]) Mo. 3 *dispensatione.* [32]) Li. vitiose *sponsum.*

Tit. 14. — [1]) Mo. 3 addit *aliquorum.* [2]) Li. omittit *in.* [3]) Ha. *videamus.* [4]) Ha. *quae.* [5]) Vi. omittit quae sequuntur usque ad *et qualiter.* [6]) Mo. 3 *et quid,* atque mox similiter. [7]) In summula de matrim. sic: *quid linea et quot lineae, quid gradus et quot, et quomodo etc.* [8]) In Pa. *carnali* ad marginem expost additum est. [9]) Ha. adiicit *autem.* [10]) Sic Mo. 3; in ceteris *aliqui,* quam lectionem illius Cod. auctoritati postponendam esse censui, praesertim cum in S. de matr. plane desit. [11]) Summa de matr. *descenderunt.*

stinguens. — § 3. Sunt autem tres lineae; una ascendentium, ut pater, mater, avus, avia et supra[13]); alia[14]) descendentium, ut filius, filia, nepos, neptis[15]) et infra; alia[16]) ex latere venientium, ut sunt frater, soror, fratris filius, filia sororis[17]) etc. — § 4. Gradus autem alius canonicus, alius legalis, i. e. alio modo computantur gradus secundum canones, alio secundum leges. Canonicum gradum duae personae faciunt[18]), legalem una; gradus canonicus est competens habitudo consanguinitatis personarum[19]) aequaliter ab eodem stipite per eandem lineam descendentium; gradus legalis est habitudo distantiae personarum[20]) consanguinitate iunctarum, qua, quoto generationis[21]) processu a se distent, cognoscitur[22]). — § 5. Sunt autem in linea[23]) ascendentium et descendentium VII gradus, tam secundum canones quam secundum leges, qui ita computantur. In ascensu primus gradus: pater, mater; secundus: avus, avia; tertius: proavus, proavia; quartus: abavus, abavia; quintus: attavus[24]), attavia; sextus: tritavus, tritavia; septimus: tritavi pater, tritaviae mater. In linea descendentium ita computantur; primus gradus: filius, filia; secundus: nepos, neptis; tertius: pronepos, proneptis; quartus: abnepos[25]), abneptis; quintus: atnepos, atneptis; sextus: trinepos, trineptis; septimus: trinepotis[26]) filius et trineptis filia. § 6. Linearum[27]) autem quae ex latere veniunt varia est computatio. Earum enim alia est recta[28]), alia obliqua; recta[29]) est, quae ponit personas in gradu extantes[30]) i. e. ab eodem stipite pariter descendentes; obliqua est, quae ponit personas[31]), quae distant gradu i. e. quae ab eodem stipite impariter[32]) descendunt; puta[33]), ego et frater meus pariter descendimus, ego vero et filius fratris mei impariter, quia ipse plus uno gradu. Ergo in linea directa[34])

[12]) Ibid. *coniunctarum.* [13]) Sic Ha., Mo. 1 et 2 cum Vi.; Pa. tam hic quam mox *et siPia;* Li. *et sic.* [14]) Summa de matr. *altera.* [15]) Mo. 3 *nepotis.* [16]) Li. *alii.* [17]) Sic Li. et Mo. 1, hic vero ex recentiori additione et supra linea; in ceteris et in Su. de matr. deest *sororis,* excepto Mo. 3. qui habet *et eorum filius et filia etc.* [18]) Vi. et ante et post *faciunt* habet *duae personae.* [19]) Sic Ha., Mo. 1 et 2 cum Vi., qui tamen ante *aequaliter* repetit *consanguinitatis;* Pa. *habitudo personarum consanguinitate iunctarum;* Li. *habitus de consanguinitate personarum.* [20]) In Li. hic repetuntur et interseruntur ista verba: *ab eodem stipite per eandem lineam descendentium.* [21]) Pa. *iunctarum cognacionis q^us q^o processu,* Li. *q̄ qn:* Su. de matr. *quanto gradu generationis processu.* [22]) Mo. 2 *di st etiam cognoscere.* [23]) Mo. 1 *et linearum,* Mo. 2 *lineae.* [24]) Deest in Vi. [25]) In Mo. 2 bis occurrit. [26]) Vi. *trineptis,* omissis *trinepos etc.* [27]) Ha. *earum,* Pa. *aliarum.* [28]) Sic Ha., Mo. 1 atque Vi.; Pa. et Li. cum Mo. 2 et 3 *directa.* [29]) Hoc loco omnes Codd. habent *recta.* [30]) Ha. *astantes,* Mo. 2 *adstantes,* Mo. 3.. *antes.* [31]) Li. addit *in gradu extantes,* sed male. [32]) Idem *in partem.* [33]) Pa. male addit *ergo.* [34]) Sic hoc loco omnes Codd.

aliter computantur gradus secundum canones, aliter secundum leges; nam secundum canones ita: primus gradus frater; secundus frater vel soror patruelis, amitinus [35]) et amitina; tertius proconsobrini [36]) proconsobrinae filius filia i. e. [37]) proavi [38]) pronepos proneptis; quartus abavi [39]) abnepos, abneptis; quintus atavi atnepos atneptis; sextus tritavi trinepos, trineptis; septimus patris tritavi trinepotis filius et trineptis filia. Secundum leges vero [40]) ita computantur: ego et frater meus sumus in secundo gradu; ego [41]) et frater patruelis mei [42]) sumus in quarto; ego et filius proconsobrini [43]) mei sumus in sexto [44]), et sic [45]) usque ad quartumdecimum; qui enim [46]) secundum canones sunt in septimo, secundum leges sunt in quartodecimo. Ceterum his computationibus praetermissis [47]), canonicam et [48]) vulgarem graduum [49]) computationem ponamus [50]); cum enim [51]) de aliquorum consanguinitate dubitatur, recurrendum est ad stipitem, vel saltem ad eius filios i. e. [52]) ad duos [53]) fratres vel sorores, et dicendum [54]): primus gradus fratres [55]), secundus filii fratrum, tertius nepotes, quartus pronepotes, quintus abnepotes, sextus atnepotes, septimus trinepotes. — § 7. Viso, qualiter gradus sint computandi, qualiter matrimonium impediatur [56]), videamus. Sciendum itaque, quod, cum VII sint [57]) gradus canonici, quisque illorum [58]) contrahendum impedit [59]) et dirimit [60]) contractum, teste beato Gregorio Papa, ut C. XXXV. qu. 3 *Progeniem* (c. 16). Nec obiicias [61]) cap. Isidori C. ead. qu. 4 *Consanguinitas* [62]) (c. 1), ubi dicitur [63]), quod ultra sextum gradum licite possunt copulari; quidam enim incipiunt graduum computationem a filiis fratrum, ponentes primum gradum [64]) filios fratrum, secundum nepotes, et ita illae personae, quae secundum primam [65]) computationem sunt in septimo [66]),

[35]) Ha. et Pa. *amitus*, Mo. 3 *amittus*. [36]) Li. et Su. de matr. *proconsobrinus*, Mo. 2 *proconsobrinis*. [37]) Sic Ha., Mo. 1 aliique, et recte, ut ex seqq. apparet; Li. et Pa. addunt *proaviae*. [38]) Ha. adiicit *proaviae*. [39]) Deest in Mo. 2, qui et mox *atavi* omittit. [40]) Deest in Vi. [41]) Li. hic, Mo. 2 mox *et ego et*. [42]) Pa. et Li. omittunt; Vi. *meus*, Mo. 3 *et pat.. patruelis meus*. [43]) Ha. et Pa. *consobrini*. [44]) Li. *quinto*. [45]) Mo. 3 *sicut*. [46]) Idem *etiam*. [47]) Ha. *intermissis*, Mo. 3 *omissis*. [48]) Mo. 3 *canonicis*, omisso *et*. [49]) Deest in Li. [50]) Pa. *dicamus*. [51]) Mo. 3 omittit. [52]) Li. *vel*. [53]) Deest in Pa. [54]) Additur *est* in Su. de matr. [55]) Mo. 2 addit *vel sorores;* Mo. 3 *frater*. [56]) Li. *impediunt*, Vi. et Su. de matr. *impediant*, Mo. 3 *impediat*. [57]) Ha. omittit. [58]) Mo. 3 *eorum*. [59]) Mo. 1 *contrahendit*. [60]) Li. et Mo. 3 cum Su. de matr. *dividit*, Vi. *dissobrit*. [61]) Pa. *obviet*. [62]) Codd. habent *qu. e. (ead.) Consanguinitatis;* sed quod in qu. 3 extat Isidori fragmentum, scil. c. 14, verbo *sane* incipit, et de affinium atque consanguineorum matrimoniis aeque vitandis agit. [63]) Ha. *videtur dici*. [64]) Ha. *primos gradus*. [65]) Su. de matr. habet *istam*. [66]) Vi. addit *gradu;* Mo. 2 *in p'o septimo*. [67]) In Li. perperam

secundum [67]) istam sunt in sexto, ut plene habetur in illo capitulo C. ead. qu. 5 [68]) *Ad sedem* (c. 2). Nec iterum [69]) obiicias, quod aliquae capitula praecipiunt unumquemque abstinere a suis [70]) consanguineis usque ad [71]) septimum gradum, et addunt: „quamdiu parentela cognoscitur aut in memoria retinetur;“ sic enim etiam [72]) ultra septimum gradum videtur copula prohibita. Sed notandum, quod cum in VII gradibus [73]) omnis parentela claudatur [74]), ultra [75]) septimum gradum parentela [76]) nominari vel cognosci non debet, ideoque [77]) unum erit alterius expositio, ut sit sensus: progeniem [78]) suam unumquemque servare [79]) oportet in [80]) septimum gradum et proinde [81]), quamdiu se agnoscunt [82]) affinitate vel consanguinitate propinquos [83]); nam non ultra se propinquos agnoscunt [84]). Haec expositio habetur ex illo capit. *Ad sedem* C. ead. qu. ead.; quidam tamen hoc [85]) de consilio [86]), non de praecepto dictum asserunt [87]), alii vero [88]) referunt hoc ad illos [89]), qui sunt de eadem stirpe cognomen stirpis retinentes; dicunt enim [90]) eos, etsi septimum gradum excedant, causa tamen publicae honestatis coniungi non posse, sicut si fuerint [91]) de cognatione Scipionum [92]) et ipsum cognomen [93]) retineant. Neque item [94]) obiiciatur [95]), quod Gregorius in quarto vel quinto gradu coniunctionem permittit [96]), C. ead. qu. ead. *Quaedam* (c. 20), cum constet, eum hoc specialiter Anglicis nuper ad fidem conversis et ad tempus [97]) tantum concessisse. § 8. Praeterea notandum, quod, si qui inaequaliter descendant a stipite [98]), toto [99]) gradu inter [100]) se distabunt, quoto [101]) descendit ille qui plus descendit; verbi gratia: descendit unus quarto gradu, vel quinto vel sexto, alius septimo [102]), distant [103]) ergo inter se

praemittitur *et*. [68]) Hic quoque in omnibus Codd. legitur *qu. e.* [69]) Sic Li., Vi. et Mo. 2; Mo. 1 cum Ha. *ne iterum;* Pa. *neque item*. [70]) Mo. 2 *propriis*. [71]) Su. de matr. *in*. [72]) Ha. omittit *etiam*, Mo. 2 *enim*. [73]) Mo. 1 *in VII in grad*. [74]) Mo. 3 *clauditur*. [75]) Deest in Li. [76]) Omittit Vi. [77]) Ha. *ideo quia*. [78]) Li. *proieniem*, Mo. 1 *proniem*. [79]) Li. *scire*. [80]) Ha. *sequi* et *usque ad;* Su. de matr. *usque in*. [81]) Codd. cum Su. de matr. *per i.* [82]) Ha. et Li. minus bene *cognoscunt*. [83]) Mo. 3 repetendo addit *affinitate*. [84]) Li. *nam ultra se prop. non noscunt*. [85]) Pa. omittit. [86]) Ha. *concilio*. [87]) Pa. *de pr. ass. esse dictum*. [88]) Idem *non*, scil. *nō* pro *uō*, ni forte ipse filius litteram *u* pro *n* habuerit. [89]) Pa. *eos*. [90]) Mo. 2 *tamen*. [91]) Mo. 1 et Pa. minus recte *fuerit*. [92]) Sic Li. et Vi. cum Mo. 2 et 3; Mo. 1 atque Su. de matr. *Sipionum;* Pa. *si proprium;* Ha. *Gipinionum*. [93]) Li. *n*, superposito altero *n̄*, i. e. *nomen*. [94]) Ha. *item nec*, Mo. 2 *neque item*, Li. *sic neque*. [95]) Ha. et Mo. 2 *obiicias*. [96]) Li. *admittit*. [97]) Mo. 2 omittit *et ad tempus*. [98]) Li. *stirpe*. [99]) Ha. et Li. *tanto*. [100]) Deest in Pa. [101]) Li. *quanto;* in Mo. 3 deest. [102]) Su. de matr. sic: *desc. unus quarto gr., alius quinto, inter se distant quinto; descendit unus quinto vel sexto, alius septimo etc.* [103]) Mo. 2 *dista-*

septimo; si ergo aliqua persona [104]) descendit a stipite octavo gradu, alia vero septimo, vel sexto, vel quinto, vel quarto, possunt licite contrahere matrimonium inter se [105]), cum distent inter se octavo [106]). § 9. De arboris [107]) pictura [108]), quae potius ad litterae [109]) expositionem, quam ad graduum computationem valet, interserere non curavi [110]), arbitratus ista sufficere.

§ 10. Post haec de affinitate dicendum, unde videndum est, quid sit affinitas, et quot genera affinitatis [111]), quot gradus in singulis generibus [112]), et qualiter [113]) sint computandi [114]). — § 11. Est autem affinitas [115]) regularitas personarum ex nuptiis proveniens, omni parentela carens. Nuptias coitum [116]) hic appello, seu legitimum seu fornicarium [117]); affinitas enim de sola carnis commixtione nascitur, unde inter sponsam et consanguineos [118]) sponsi nulla est affinitas, nisi coitus intercedat, quod manifeste colligitur ex capit. Benedicti P. [119]) supra de desponsat. impub. c. 1 (Gr. n. p.). — § 12. Tria vero [120]) sunt affinitatis genera [121]), primum et secundum et tertium. Primum genus est [122]), quod fit una sola [123]) persona mediante, verbi gratia inter me et consanguineos uxoris meae, quibus ego attineo uxore mea mediante; similiter inter uxorem meam [124]) et consanguineos meos est primum genus [125]), quibus ipsa attinet me [126]) mediante. Secundum genus est, quod fit duabus personis mediantibus [127]), verbi gratia inter me et uxorem consanguinei [128]) uxoris meae, quae attinet mihi mediantibus uxore mea et eius consanguineo; similiter inter uxorem meam [129]) et virum consanguineae meae, qui [130]) attinet ei mediantibus me [131]) et consanguinea mea. Et notandum, quod secundum genus aliquando [132]) contrahitur ex una parte tantum, aliquando ex duabus, ex una, ut ecce, soror [133])

bunt. [104]) Sic Ha.; ceteri cum Su. de matr. *personarum.* [105]) Vi. *licite copulari, cum etc.* [106]) Omisit verba *cum distent inter se* librarius in Pa., repetitione inductus verborum *inter se;* Mo. 3 *octavo gradu.* [107]) Li. *de arborum fictura.* [108]) Deest in Mo. 3, sed adest lacuna postea explenda. [109]) Pa. *litem,* Mo. 2 *litis;* Mo. 3 lacunam exhibet. [110]) Li. *curem.* [111]) Ha. *quid gradus aff.;* Pa. vero omnino non habet. [112]) Ha. addit *sint.* [113]) Mo. 2 omittit *et qualiter.* [114]) Desunt ista in Li. [115]) Li. *affinis.* [116]) In eodem praemittitur *dico,* quod tamen delendum esse, lineola indicatur supposita. [117]) Pa. *coitus hic appellatur seu legittimus etc.;* Ha. *carens seu fornicarium,* ceteris omnibus omissis. [118]) Li. *consanguineus.* [119]) Su. de matr. sic: *Bened. Pp. misso Gradensi Patriarchae, quod sic incipit: Lex divinae constitut.* [120]) Su. de matr. *enim.* [121]) Quae sequuntur, desunt in Pa. et Mo. 2. [122]) Pa. non habet *est.* [123]) Omittit Ha. [124]) Deest in Pa. [125]) Vi. addit *affinitatis.* [126]) Excidit in Li. [127]) Mo. 3 omittit quae sequuntur usque ad *uxore mea.* [128]) Li. *et consanguineam.* [129]) Iidem omittit Pa. [130]) Pa. *quae.* [131]) Deest *me* in Li. [132]) Vi. *quandoque.* [133]) Mo. 3 *ecce ex una ut soror.* [134]) Sic

mea accipit virum, ea mortua relictus eius accipit [134]) aliam, ecce vir sororis meae erat [135]) mihi [136]) in primo genere, secunda uxor eius est mihi in secundo, secundum illam regulam: persona addita personae per carnis copulam mutat genus, sed non gradum; ex utraque parte fit secundum genus hoc modo: ego accipio uxorem et soror mea accipit [137]) virum, vir [138]) ille est uxori meae in secundo genere [139]), quia contrahitur inter eos affinitas mediantibus me et sorore mea [140]); hoc etiam [141]) est secundum praedictam regulam; similiter inter uxores duorum fratrum est secundum genus utrimque ductum [142]). Tertium genus est, quod fit tribus personis mediantibus, verbi gratia inter me et uxorem relicti consanguineae [143]) uxoris meae, quae attinet [144]) mihi tribus personis mediantibus, scil. uxore mea et consanguinea eius et relicto consanguineae; consanguinea enim uxoris meae est mihi [145]) in primo genere, ergo vir eius erit mihi in secundo, igitur secunda [146]) uxor eius [147]) erit mihi in tertio, persona [148]) addita personae etc., ut supra [149]). Ceterum cavendum est, ne hac regula [150]) deceptus dicas, quod si [151]) consanguinea uxoris meae duos habuerit viros, in alio [152]) genere mihi attineat secundus et magis [153]) quam primus, cum tam [154]) secundus [155]) quam primus sit mihi in secundo genere, quia inter me et utrumlibet eorum [156]) contracta est affinitas duabus tantum [157]) personis mediantibus, scil. uxore mea et eius consanguinea. Et notandum quod tertium genus aliquando ex una tantum [158]) parte ducitur [159]), aliquando [160]) ex utraque [161]); ex una tantum, puta frater meus habet uxorem, quae est mihi in primo genere [162]), mortuo fratre meo relicta eius accipit virum, qui est mihi in secundo genere,

Li. et Mo. 1; in Ha. et Pa. *accepit.* [135]) Li. habet *erit.* [136]) Deest in Mo. 1. [137]) Omittit Pa. itemque Mo. 3. [138]) In Li. legitur *ubi.* [139]) Mo. 3 *gradu vel genere.* [140]) Deest in Vi. [141]) Ha. et Pa. *enim;* Mo. 2 *et hoc.* [142]) Ista scil. *similiter etc.* desunt in Ha. et Pa.; ceterum Li. habet *dictum,* Mo. 3 *utrumque.* [143]) In Vi. ipse librarius, quod primum scripserat, *relicta consanguinei* correxit, *i* atque *a* superpositis; Mo. 3 habet *consanguineorum.* [144]) Li. perperam *non attinet.* [145]) Deest *mihi* in Li. [146]) Mo. 3 omittit. [147]) Deest in Mo. 2. [148]) Li. *in tertia persona.* [149]) Desunt ista in Vi. [150]) Pa. *ne regula,* Mo. 3 *ne hic;* Su. de matr. perperam: *ne hac reg. sit deceptus. Dicas etc.* [151]) In Ha. omittitur *si* moxque pro *habuerit* ponitur *habens.* [152]) Li. *aliquo.* [153]) In omnibus Codd. deest *et,* atque insuper in Mo. 3 et in Su. de matr. *magis* non occurrit; Mo. 2 pro *magis* habet *scil.* [154]) Mo. 3 et Vi. atque Su. de matr. *tamen.* [155]) Ha. *mihi attineat primus et secundus quam secundus et primus etc.;* Pa. *et mihi attinet tam secundus et primus, cum tam primus quam secundus sit etc.;* Li. *mihi attineat cum tam secundus etc.* [156]) Pa. *illorum.* [157]) Deest *duabus* in Pa., in Mo. 2 *tantum.* [158]) Li. et Mo. 2 omittunt *tantum.* [159]) Mo. 1 *dicitur,* Mo. 2 *contrahitur.* [160]) Pa. habet *quandoque.* [161]) Li. et Mo. 3 addunt *parte.* [162]) Quae sequuntur usque ad *mortua* desiderantur in Mo. 2.

mortua fratris mei [163]) relicta relictus eius accipit uxorem, quae [164]) est mihi in tertio genere secundum priorem regulam; utrimque deducitur [165]), puta duae ianitrices [166]) i. e. uxores duorum fratrum sunt inter se in secundo genere, mortuo uno ex fratribus relicta accipit virum, ipse est reliquae ianitrici in tertio genere. — § 13. Expedito, quot [167]) sint affinitatis genera, videamus quot sint gradus [168]) in singulis generibus. Primum genus habet [169]) septem gradus prohibitos, unde dicitur [170]), quod aequis passibus ambulat [171]) cum consanguinitate [172]), secundum quatuor, tertium duos [173]); cumque primum genus septem gradus habeat, quilibet eorum [174]) impedit matrimonium contrahendum et contractum dividit [175]), quod colligitur ex C. XXXV. qu. 3 *De affinitate* (c. 1), *Aequaliter* (c. 13) [176]); cum enim in consanguinitate quilibet gradus [177]) dividat contractum, igitur, cum primum genus aequis passibus ambulet cum [178]) consanguinitate, quilibet graduum primi generis potest contractum dirimere. Secundi generis tres gradus impediunt contrahendum [179]) et dirimunt contractum, ut C. ead. qu. ead. *De propinquis* (c. 3) et *Hoc quoque* (c. 12) et § *Hac auctoritate* (Grat. dict. ad c. 21); in quarto vero si inventi fuerint coniuncti [180]), non separantur, et ita [181]) impedit contrahendum, sed non dirimit [182]) contractum, ut in eisdem capitulis [183]). Tertii generis duo gradus sunt prohibiti, ut C. ead. qu. ead. *Porro duorum* (c. 22). — § 14. Restat videre qualiter sint computandi gradus in singulis generibus. Notandum ergo [184]), quod, cum [185]) quaelibet affinitas ex consanguinitate oriatur, ad gradus affinitatis inquirendos semper recurrendum est ad gradus consanguinitatis, quia quotus erit gradus inter consanguineos, totus erit in affinitate inde [186]) procedente. Ecce si vis scire, in quo gradu affinitatis [187]) sit mecum uxor fratris mei, recurre [188]) ad gradum consanguinitatis, quae [189]) est inter me et fratrem meum [190]); cum

[163]) Sic etiam in Li., sed ex correctura, cum primum librarius scripserit *mortuo fratre meo.* [164]) Pa. *relicta eius acc. virum qui.* [165]) Mo. 2 *utrimque ductum.* [166]) Ha., Li. et Pa. librarii istud verbum, utpote ipsis minus cognitum (cf. L. 4. § 6 Dig. de gradib.), in *genitrices* converterunt. [167]) Li. *quae,* Vi. *quid.* [168]) Mo. 3 *affinitates.* [169]) Ha. *est quod habet.* [170]) Ha. *videtur.* [171]) Mo. 3 *ambulant.* [172]) Li. *cum sanguinitate.* [173]) Li. utroque loco addit *habet,* ultimo vero et *gradus.* [174]) Ha., Vi., Mo. 3 et Su. de matr. *illorum.* [175]) Ha., Li. et Vi. *dirimit.* [176]) Li. non *affert* alterum locum, sed verbum *aequaliter* mox post *consanguinitate* interserit. [177]) Vi. omittit. [178]) Omittit Li. [179]) Ha. *matrimonium contrahendum.* [180]) Deest in Mo. 3. [181]) Idem *tamen.* [182]) Pa. cum Mo. 1 et 3 *dividit.* [183]) Li. addit *habetur.* [184]) Ha. et Mo. 2 *igitur.* [185]) Deest in Mo. 3, in quo et mox legitur *oritur.* [186]) Pa. *tam.* [187]) Deest *affinitatis* in Mo. 1 et Vi., *gradus* in Mo. 2. [188]) Li. *recurrendum est.* [189]) Pa.

ergo ipse sit mecum in primo gradu consanguinitatis, uxor sua mecum est in eodem gradu [191]) primi generis affinitatis. — § 15. Diximus de regula assignandorum generum [192]). Est et alia regula de gradibus computandis: persona addita personae per [193]) carnis propagationem [194]) mutat gradum, sed non genus; addita [195]), inquam, ex parte consanguinitatis, non ex parte affinitatis; verbi gratia [196]), ego et uxor fratris mei sumus in primo gradu primi generis; addatur mihi, qui [197]) sum [198]) ex parte consanguinitatis, filius, et [199]) distabit [200]) ab uxore fratris mei secundo gradu eiusdem [201]) generis, nepos meus tertio, pronepos quarto et sic usque ad septimum; si autem adderetur [202]) filius uxori [203]) fratris mei, quae est ex parte affinitatis quantum ad me, qui non feci propter quod esset [204]) mihi affinis, sed frater meus et ipsa id [205]) fecerunt, si, inquam, adderetur ei [206]) filius, aut [207]) esset de fratre meo, et sic [208]) non affinitate, sed consanguinitate [209]) mihi attinet [210]), aut de alio, et ita [211]) nihil mihi [212]) attinet, nec per affinitatem nec per consanguinitatem; haec autem regula in secundo et tertio genere eodem modo protenditur. Praetermissa vero [213]) hac regula [214]), in primo genere sic computabis gradus [215]). Duo fratres sunt in primo gradu, uxor unius cum reliquo in primo [216]) gradu primi generis; filii fratrum in secundo gradu [217]) consanguinitatis, uxor unius cum reliquo in secundo [218]) gradu primi generis; nepotes [219]) fratrum in tertio gradu consanguinitatis, uxor unius cum reliquo in tertio gradu primi

et Mo. 2. 3 *qui.* [190]) Mo. 2 omittit. [191]) Pa. *in primo gradu vel in eodem etc.* [192]) Sic omnes Summae decretalium codices; atvero in summula de matrim., quae sequuntur, cum § anteced. ita videmus connexa: ... *uxor sua est mecum in eodem gradu eiusdem generis affinitatis secundum priorem regulam: „persona addita personae per carnis copulam mutat genus, sed non gradum;" genus mutat, quia non est consanguinea, sed affinis, gradum non mutat, quia est in primo gradu; et haec regula competit tribus generibus affinitatis. Est et alia regula etc.* [193]) Pa. *ad.* [194]) Ha. *per carnis copulam sive propag.,* Li. *pptónē.* [195]) Quae sequuntur usque ad *affinitatis* desunt in Pa.; Li. habet *additam.* [196]) Pa. *puta.* [197]) Pa. *quod.* [198]) Quae sequuntur exciderunt in Li. usque ad *nepos in tertio.* [199]) Sic Mo. 3; in ceteris deest. [200]) Ha. *distabo.* [201]) Vi. *primi.* [202]) Ha. et Pa. *addetur.* [203]) Sic Mo. 1 et Li., in ceteris, necnon in Su. de matr. *uxoris.* [204]) Pa. *non esset.* [205]) Pa. *hoc non,* Mo. 2 *ipse id.* [206]) Pa. *eis.* [207]) Mo. 3 *qui non* pro *aut.* [208]) Mo. 1 *si.* [209]) Sic Mo. 1 et 3, licet hic ex additione; Ha. *ad affinitatem,* sed *consanguinitate;* Su. de matr. cum Pa. et Mo. 2 *ad affinitatem, sed ad consanguinitatem;* Li. *per aff. sed per cons.* [210]) Ha. et Mo. 3 tam hic quam mox *attineret,* quod et in Su. de matr. occurrit. [211]) Quae antecedunt inde a *et sic* omittit Vi. [212]) Deest in Ha. [213]) Pa. *autem.* [214]) Li., Mo. 2. 3 et Vi. *computatione,* sed male, quod videam. [215]) Li. *computationem gradus percurremus.* [216]) Mo. 3 *tertio.* [217]) Li. sic pergit: *primi generis nepotes,* omissis intermediis. [218]) Mo. 3 hic quoque *tertio.* [219]) Mo. 1 et 2 cum Li. *nepos;* in Pa. desunt quae sequuntur usque ad *sic percurre.*

generis; sic percurre[220]) usque ad septimum, servando semper eundem gradum[221]) in affinitate, qui est in consanguinitate de qua procedit[222]). In secundo genere ex utraque parte[223]) ducto sic computantur gradus; uxores duorum fratrum sunt in primo[224]) gradu, uxores filiorum fratrum in secundo, uxores nepotum in tertio, pronepotum in quarto. Simili modo, ubi secundum genus ex altera[225]) parte ducitur[226]), gradus[227]) computabuntur; recurratur enim ad primum genus, et qui[228]) gradus erit[229]) in primo, idem erit in secundo, addita persona personae[230]) per carnis copulam. In tertio genere utrimque ducto sic computantur gradus: relictae duorum fratrum sunt in primo gradu secundi generis, ergo vir[231]) unius relictae cum reliqua est in primo gradu tertii generis, secundum illam regulam: persona addita personae per carnis copulam etc.[232]); secundus gradus[233]) secundi generis est inter relictas filiorum fratrum, ergo secundus gradus tertii generis est inter virum unius relictae et reliquam[234]). Simili modo[235]) computabuntur[236]) gradus ex una tantum parte; recurratur enim ad secundum[237]) genus, et qui gradus erit in secundo[238]), idem erit in tertio[239]), persona addita personae per carnis copulam.

§ 16. Iam[240]) nunc de affinitate, quae contrahitur per concubinatum, aliquid dicamus. Sciendum itaque, quod[241]) sicut contrahitur affinitas per coniugalem coitum[242]), sic[243]) per concubinalem; sicut enim uxor fratris mei est mihi in primo genere et primo gradu, sic concubina[244]) eiusdem, ut C. XXXV. qu. 3 *De incestis* (c. 8), *Nec eam* (c. 10) et supra de desponsat. impub. c. 1 (Gr. n. p.), ubi[245]) dicitur, quod osculum non parit propinquitatem, quia nullam facit sanguinis commixtionem; relinquitur ergo, ibi fieri propinquitatem, ubicunque fuerit[246]) sanguinis commixtio per coitum maris et foeminae, sive

[220]) Ha. *percurrendum est.* [221]) Mo. 2 omittit *eundem gradum.* [222]) Mo. 3 *processit.* [223]) Deest in Mo. 2. [224]) Sic Mo. 3 necnon Su. de matrim.; aliis in Codd. omnibus exciderunt *sunt ... filiorum fratrum.* [225]) Su. de matr. *ex altera tantum.* [226]) Pa. *deducitur*, Mo. 3 *tantum ducitur.* [227]) Li. *genus, gradus.* [228]) Idem *quis.* [229]) Ha. *erat.* [230]) Deest *personae* in Ha., Mo. 1 et Vi. [231]) Mo. 3 *viri.* [232]) Vi. loco *per carnis etc.* habet: *mutat gradus et non genus.* [233]) Omittit Pa. [234]) Ista omnia inde a *secundus* desiderantur in Mo. 2. [235]) Su. de matr. vitiose habet *reliqua. Secundi modo.* [236]) Pa. et Mo. 2 *computantur*, Li. *computatur.* [237]) Mo. 2 *primum.* [238]) Ha. addit *genere.* [239]) Li. *tertia*, Mo. 3 omittit *in tertio* habetque *idem erit pro illa regula, persona etc.* [240]) Mo. 3 *item.* [241]) Vi. et Su. de matr. addit *est*, Mo. 3 *namque*, omisso *quod.* [242]) Mo. 3 omittit. [243]) Mo. 1 *si.* [244]) Mo. 3 addit *est.* [245]) Desiderantur loci ex Decr. allati in Su. de matr., quae et ad c. 1 de desp. impub. sic remittit: *„et ex decreto Benedicti Pp. misso Gradensi patriarchae „Lex*

ille coitus fuerit[247]) fornicarius sive legitimus. Secundum ergo[248]) hunc modum, si dormierit aliquis[249]) cum duabus mulieribus, frater unius vel filius, vel aliquis attinens uni earum infra[250]) quartum gradum[251]) consanguinitatis, prohibetur accipere reliquam, quia ibi[252]) est affinitas secundi generis. Ecce enim dormisti cum Bertha et Maria, ego cum sim[253]) frater Berthae, non possum accipere Mariam; cum enim tu[254]) dormieris cum sorore mea Bertha, es[255]) mihi affinis in primo genere et primo[256]) gradu; igitur Maria[257]), quae addita est tibi per carnis copulam, mutabit genus, sed non gradum[258]) iuxta superiorem[259]) regulam, et ita erit mihi affinis in primo gradu secundi generis. Sic et[260]) in tertio genere; ecce enim[261]) frater meus dormivit[262]) cum Sibilla[263]), illa item cum Petro, Petrus item cum Maria, non potero accipere Mariam, quia est mecum in primo gradu tertii generis.

§ 17. De extraordinaria pollutione dico, quod omnis pollutio, quae non est facta intra vas[264]) aptum naturae i. e. intra[265]) vulvam, sive fiat intra aliud vas sive extra, non facit seminis commixtionem nec carnis unionem, ideoque non inducit affinitatem nec impedit matrimonium, licet sit criminosa, ut C. XXXV. qu. 3 *Extraordinaria* (c. 11). Quia vero praesumtio est[266]) contra talem pollutionem, oportet utrumque i. e.[267]) pollutorem et pollutam[268]) iurare, pollutionem illam[269]) intra vas aptum naturae numquam esse admissam, ut ex eodem capitulo apparet.

§ 18. Illud in summa notandum, quod in consanguinitate recipiuntur testes de auditu, dum tamen ita[270]) esse credant[271]), ut infra tit. prox. *Quia* (c. 2; – Gr. n. p.) § 1, et non didicerint[272]) post controversiam motam, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. IV. 14).

divina“.“ [246]) Quae sequuntur, usque quo repetitur *fuerit*, desunt in Mo. 3. [247]) Vi. *sit.* [248]) Li. *secundus vero.* [249]) Li., Mo. 2 et Pa. *si quis dormivit(ierit).* [250]) Mo. 2 *usque in*, Mo. 3 et Pa. *in.* [251]) Li. *in quarto gradu.* [252]) Su. de matr. *quia inest.* [253]) Vi. *sum* loco *cum sim.* [254]) Pa. omittit. [255]) Mo. 3 *Berta est.* [256]) Non repetitur *primo* in Ha. [257]) Mo. 3 omittit *igitur Maria.* [258]) Omittit Mo. 2. [259]) Mo. 3 *priorem.* [260]) Ha. *et sic.* [261]) Pa. non habet *enim.* [262]) Mo. 3 *dormit.* [263]) Mo. 1 et 2 atque Su. de matr. *Sibilia*, Pa. *Sibilina*, Li. *Zibilina.* [264]) Ha. *vasa.* [265]) Deest *intra* in Su. de matr. [266]) Pa. *praesumptorie.* [267]) Omittit Mo. 3. [268]) Mo. 2 *pollutum.* [269]) Ha. *ipsam.* [270]) Deest in Mo. 3. [271]) Mo. 2 *credunt.* [272]) Ha. *discnit.*

TITULUS XV.

De sobole suscepta ex secundis nuptiis.

Quia istud [1]) impedimentum simile est impedimento [2]) affinitatis, adeo ut etiam quidam credant, inter sobolem susceptam ex secundis nuptiis et consanguineos prioris viri esse [3]) affinitatem, congrue post tractatum [4]) affinitatis subiicitur [5]) iste tractatus. Videamus itaque, an ibi sit affinitas, et usque ad quem gradum prohibeatur [6]), et an procedat per concubinatum.

§ 1. Dixerunt autem [7]) quidam, quod affinitas primi generis computatur alias [8]) respectu primarum [9]), alias respectu secundarum nuptiarum; respectu primarum, ut in superiori titulo, respectu secundarum, ut in titulo isto. Mihi autem videtur, nullam esse affinitatem inter sobolem susceptam ex secundis nuptiis et consanguineos prioris viri [10]), ut ecce: Maria nupsit [11]) Petro, eoque mortuo nupsit Iohanni [12]) et ex Iohanne filiam genuit, vult eam copulare fratri vel nepoti Petri; non potest propter regulam iuris [13]), qua dicitur: soboles ex secundis nuptiis suscepta [14]) non potest pervenire ad consortium cognationis prioris viri usque in [15]) quartam generationem, ut C. XXXV. qu. 10 c. 1. 2. 3 et 4 [16]). Ponamus ergo [17]), quod filia [18]) Mariae ex Iohanne scil. [19]) secundo viro suscepta numquam dormivit cum aliquo consanguineo fratris Petri [20]) scil. prioris viri Mariae, nec ipse nec frater Petri cum aliqua consanguinea ipsius puellae; non igitur [21]) inter eos primi [22]) generis affinitas invenitur, quia primum genus [23]) procedit tali persona mediante, quae uni extraneorum [24]) per coitum, alii per consanguinitatem iungatur [25]), ut colligitur supra de despons. impub. c. 1

Tit. 15. — [1]) Mo. 3 *illud.* [2]) Omittit Mo. 2. [3]) Deest in Mo. 3. [4]) Li. et Mo. 3 *contractum.* [5]) Mo. 3 *subiiciatur.* [6]) Mo. 2 *prohibeantur.* [7]) Deest in eodem. [8]) Pa. et Li. cum Mo. 2 utroque loco habent *aliquando.* [9]) Pa. et Mo. 2 *priorum;* in Mo. 3 exciderunt quae sequuntur usque ad *ut in superiori.* [10]) Omittit Mo. 2. [11]) Mo. 3 *eo quoque*, neque repetit. *nupsit.* [12]) Quae sequuntur usque ad *Iohanni* desunt in Pa. [13]) Omittit Pa., qui mox legit *in qua.* [14]) Mo. 2 *quae dicit sobolem ... susceptam.* [15]) Pa. *ad.* [16]) In Mo. 3 c. 4, quod est Palea, non citatur. [17]) Deest in Mo. 2. [18]) Mo. 3 *filiis.* [19]) Deest in Li. [20]) Sic Codd., exceptis Li. et Mo. 2, quorum ille habet *consanguineo patris*, hic vero *consanguineo Petri.* [21]) Mo. 3 *ergo.* [22]) In Mo. 2 plane perverse sic: *puellae coniungitur quia inter primi etc.* [23]) Mo. 3 omittit. [24]) Sic Li. et Pa. cum Vi.; Ha. et Mo. 2 *extinorum;* Mo. 1 *extinorum;* Mo. 3 *extraneo au.* [25]) Li. *iunguntur.* [26]) Mo. 2 *huius.* [27]) Mo. 3 omittit.

(Gr. n. p.); verumtamen ab eius [26]) copula prohibetur, non propter affinitatem, sed propter publicam honestatem. — § 2. Prohibetur autem [27]) usque ad quartum gradum, et gradum dico [28]) non affinitatis, sed consanguinitatis prioris viri, ut C. XXXV. qu. 10 *Si qua mulier* (c. 4), et includitur [29]) quartus gradus, qui prohibitus invenitur, ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.). — § 3. Sequitur videre, an haec regula procedat per concubinatum [30]); verbi gratia Berta fornicarie iuncta [31]) est Petro, deinde nupsit Iohanni et ex eo genuit Titiam [32]), hanc vult fratri vel nepoti Petri copulare; quaeritur, an possit? et videtur non posse, ut secundas nuptias large accipiamus et prohibitionem cum sua causa latius producamus, ut infra eod. *Quia* (c. 2; - Gr. n. p.). Idem videtur dicendum, si utrique [33]) viro iuncta fuit per fornicationem.

§ 4. Illud in summa notandum, quod primi gradus [34]) soboles, i. e. filius vel filia ex secundis nuptiis suscepta, prohibita [35]) invenitur, non autem secundi gradus [36]) vel tertii, i. e. nepos vel neptis et [37]) deinceps; ideoque istos credo posse prioris viri consanguineis copulari [38]), quia cuncta licent, nisi decreto vel lege vetentur [39]), ar. supra de despons. impub. c. 1.

TITULUS XVI.

De frigidis et maleficiatis et impotentia coeundi [1]).

Inter alia matrimonii impedimenta impossibilitas coeundi maximum obtinet [2]) locum; cum enim matrimonium [3]) aut [4]) causa suscipiendae prolis aut causa incontinentiae fiat, impossibilitas vero [5]) coeundi utramque removet causam, restat, ut, ubi haec [6]) intervenerit [7]), matrimonium excludatur [8]). Videamus igitur [9]), quid hic [10])

[28]) Idem non habet *et gradum dico.* [29]) Loco istorum verborum Mo. 2 exhibet lacunam, qui et mox omittit *qui.* [30]) Li. *a concubinatu.* [31]) Ha. *coniuncta.* [32]) Mo. 3 *tactam genuit.* [33]) Li. *utroque.* [34]) Mo. 3 *primo gradu.* [35]) Li. *prohibitio.* [36]) Mo. 3 et Vi. omittunt. [37]) Mo. 1 et 2 cum Ha. *vel.* [38]) Sic Pa., Mo. 3 et Vi.; Mo. 2 et Li. *consanguineos*, Mo. 1 *consanguineo*, Ha. *consanguinei copulare.* [39]) Ha. *vetantur.*

Tit. 16. — [1]) Sic Mo. 1 et Li. una cum collectione ipsa; Ha. *de impossibilitate coeundi.* [2]) Mo. 3 *habet.* [3]) Idem *matrim. enim*, atque infra *fit* pro *fiat.* [4]) Pa. utroque loco *an*, Mo. 2 *tam ... quam.* [5]) Omittit Ha. [6]) Deest in Pa. [7]) Sic Li., Ha., Mo. 2 et Vi., itidemque Pa., licet ex correctura, quia verbo *invenerit* videmus *ter* appositum; Mo. 1 et 3 *intervenit.* [8]) Vi. *excludat.* [9]) Deest in Mo. 1; Li. et Pa. *ergo.* [10]) Deest in Mo. 2.

dicatur impossibilitas coeundi, quae eius species, quid frigiditas, quid [11]) maleficia [12]), qualiter impediant [13]) matrimonium, et qualiter in talibus fiat divortium.

§ 1. Impossibilitas coeundi solet hic appellari quidam defectus, quo impeditur coitus naturalis [14]), ut [15]) puta, si vir adeo sit frigidus, ut cum muliere coire non possit, vel si mulier ita arta [16]), ut [17]) cognosci non possit [18]). — § 2. Species impossibilitatis coeundi sunt plures, puta frigiditas, maleficium, castratio in viro [19]), artatio in muliere; item superveniens infirmitas impediens coitum naturalem. Item impossibilitas coeundi alia corporum, alia animorum [20]), alia utriusque; corporum, ut in frigidis [21]) et maleficiatis; animorum, ut in furiosis et mente captis, qui, licet possint corpore coire [22]), animo tamen dicuntur impotentes, quia non intelligunt, quid agant [23]), et ideo matrimonium contrahere non possunt, ut C. XXXII. qu. 7 *Neque* (c. 26) [24]); utriusque, ut in parvulis, de quibus habes C. XXX. qu. 2 *Ubi* [25]) (c. un.). — § 3. Frigiditas est quidam defectus naturalis caloris, quo quis omnino a coitu impeditur. — § 4. Maleficia sunt quaedam praestigia, quibus homo impeditur a cuiusdam [26]) mulieris carnali commixtione; videntur tamen canones dicere, talia non esse credenda [27]), ut ar. C. XXVI. qu. 5 fere per totum et qu. 7 *Admoneant* (c. 15), *Non observetis* (c. 16); ceterum plurima nos ad credendum experimenta [28]) compellunt. — § 4. Restat videre, qualiter ista matrimonium valeant impedire [29]). Frigiditas impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum [30]), ut C. XXXIII. qu. 1 *Requisistis de his* [31]) (c. 2) et infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 16). Maleficia etiam [32]) impediunt contrahendum [33]) et dirimunt post [34])

[11]) Mo. 1 *qui.* [12]) Ha. et Mo. 2 *maleficium.* [13]) Mo. 2 et Pa. *impediunt.* [14]) Mo. 1 *naturaliter.* [15]) Deest *ut* in Mo. 3 et Vi. [16]) Li. *arta sit;* in Mo. 3 librarius post syllabam *ar* vacuum reliquit spatiolum, at non adiecit, quae sequuntur supra, sed tituli 15. repetivit § 1: *Dixerunt etc.* [17]) Pa. *quod.* [18]) Mo. 2 addit *a viro.* [19]) Li. *in virum.* [20]) Sic Ha., Mo. 1 et Vi.; Pa. *corporis* et *animi;* Li. *animi tantum* et *corporis tantum.* [21]) Li. isque solus addit *vel si ita mulier arta sit ut cognosci non posset et in maleficiatis.* [22]) Ista omnia inde a *maleficiatis* exciderunt in Pa. [23]) Mo. 2 *agatur.* [24]) Deest locus iste in Ha. et Pa. [25]) Omittit Li. *ubi* atque *frigiditas* ad anteriora refert, quasi isto verbo in qu. 2 capitulum aliquod incipiat. [26]) Pa. *a cuius.* [27]) Hinc ad huius tit. textum rediit Mo. 3 librarius; sed nullum adest verbum vel signum, quo moneatur lector, in describendo peccasse calamum. [28]) Pa. *experiencia.* [29]) Idem *qual. ista matr. impediant.* [30]) Quae sequuntur tam in Ha. quam Mo. 3 desunt, usque ad alteram C. XXXIII. qu. 1 citationem. [31]) Li., Mo. 1 et 2 atque Vi. aeque ad can. *De his* omnes remittunt; quae verba posses quidem eo referre, quod Gratianus can. 3 „*Si quis acceperit*" hanc dederit rubricam: „*De his in Conc. apud Compendium habito etc.,*" sed de can. 2 equidem malui intelligere. [32]) Li. *enim et.* [33]) Pa. et Li. addunt *matrimonium.* [34]) In Ha. et Pa. deest. [35]) Idem omittunt *et.*

contractum, ut C. XXXIII. qu. 1 *Si per sortiarias* (c. 4); sed et [35]) si post desponsationem ante consummatum [36]) matrimonium maleficia sunt facta [37]), ita ut sponsam [38]) nulla possit cognoscere ratione [39]), etiam in hoc casu puto divortium celebrandum, quia, ut diximus supra in tit. de sponsalibus, pro [40]) supervenienti coeundi impossibilitate sponsus a sponsa separatur [41]), ut ar. C. XXXIII. qu. 1 c. 1. 2. 3 et 4 [42]), licet aliud dixerim [43]) in summula, quam de matrimonio feci. Si autem scire velis [44]), an ista impotentia coeundi [45]) a [46]) frigiditate vel ex maleficio contingat, scito, quod si quis [47]) cum alia coire non possit nec [48]) aliam [49]) spermatizare, frigidus reputatur, alioquin maleficiatus [50]). Debent autem simul stare biennio, ut Cod. de repud. L. penult., secundum Authenticum vero triennium expectatur, ut in Authent. de nupt. § *Per occasionem* [51]) (Nov. 22. c. 6); ego autem puto, quod habito respectu ad [52]) qualitatem, aetatem et sanitatem personarum uno vel duobus mensibus sciri possit, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 15); notandum tamen [53]), quod si maleficium sit ad tempus [54]), non separatur [55]) matrimonium, nisi [56]) triennium expectetur, ut in Auth. supradicto [57]). Sed et aliae impotentiae coeundi impediunt contrahendum et dirimunt post [58]) contractum, sive sint naturales, ut frigiditas, de qua diximus, et artatio [59]) mulieris [60]), sive [61]) accidentales, ut maleficium, de quo diximus [62]), et castratio et aliae infirmitates, quae reddunt [63]) perpetuo impotentem ad coeundum; sed si [64]) prius erat sanus, quando matrimonium contraxit, et iam factus [65]) una caro casu aliquo reddatur impotens, non propter hoc matrimonium separatur [66]), ut C. XXXII. qu. 7 *Hi qui* (c. 25). — § 5. Iam nunc videndum est, qualiter in talibus iudicium et [67]) divortium fiat. Si ergo pro-

[35]) Mo. 3 cum Ha. et Pa. *confirmatum.* [37]) Mo. 2 omittit. [38]) Pa. addit *suam.* [39]) Mo. 3 omittit *ratione,* habetque *poterit.* [40]) Deest in Mo. 3. [41]) Li. et Mo. 3 *separetur.* [42]) Li. capitulis cit. praemittit *Si per sortiarias;* in Mo. 3 deest *ut ar. XXXIII.* [43]) Ha. et Pa. *diximus,* Mo. 3 *dixerunt.* [44]) Li. *vel.* [45]) Mo. 2 *impossibilitas.* [46]) Pa. et Mo. 3 *ex,* Mo. 2 *an,* quod et mox pro *vel* recurrit. [47]) Mo. 3 *quod sicut alias,* ceteri *quod cum alia;* coniecturae locum dare haud dubitavi, quam alii aut approbent aut reiiciant. [48]) Pa. *vel.* [49]) Mo. 2 et 3 *alias,* Li. *aliter.* [50]) Li. addit *habetur.* [51]) Pa. *accusationem,* Mo. 3 *orationem.* [52]) Mo. 3 addit *talium.* [53]) Mo. 2 omittit. [54]) Pa. *sit arreptum,* Mo. 1 *sit arepui,* Mo. 2 *areptus,* omisso *sit.* [55]) Vi. et Mo. 2 *separat,* Mo. 3 *separet.* [56]) Li. *sed.* [57]) Sic Li. et Vi. cum Mo. 2 et 3; in ceteris deest ad Auth. remissio. [58]) Ita Mo. 1, Li. et Vi., itemque Mo. 3, qui tamen male *et* praemittit; in Ha. *prius,* in Pa. et Mo. 2 neutrum occurrit. [59]) Mo. 3 *arta.* [60]) Omittit Pa. et Mo. 2. [61]) Li. addit *sint.* [62]) Mo. 2 *de quibus diximus,* sed ante *ut maleficium.* [63]) Mo. 1 et Vi. addunt *hominem.* [64]) Deest *si* in Ha. [65]) Vi. addit *cum ea.* [66]) Pa. *separabitur.* [67]) Idem

ponatur frigiditas, ita iudicium procedit[68]). Ecce Bertha nupsit tibi stetitque tecum, nunc proponit[69]), te non posse dormire[70]) cum ea; aut tu idem[71]) fateris, aut negas. Si fateris, iurabit[72]) uterque septima[73]) manu propinquorum vel saltem bonorum vicinorum, et separabitur matrimonium, ut C. XXXIII. qu. 1 *Requisisti de his*[74]) (c. 2); tu iurabis, quod sine fraude operam dedisti, ut eam cognosceres, nec perficere potuisti; illa iurabit, quod per eam non stetit, nec a te est cognita; sacramentales vero[75]) iurabunt, quod credunt[76]), ita esse ut vos iurastis, et hoc in animabus suis, non vestris[77]), ut rustici dicunt, exemplo iuramenti purgationis, ut infra de purgat. canon. *Quotiens* (c. 4; - Gr. c. 5. V. 34); si vero tu iurare nolueris, puto sufficere, si[78]) mulier iuret[79]) cum[80]) sacramentalibus suis, ut C. XXXIII. qu. 1 *Quod* (c. 1). Si autem mulier asserat[81]), te non posse eam cognoscere, tu dicas, te posse vel econtra, defertur similis probatio ei, qui pro matrimonio[82]) facit, tum matrimonii favore, tum quia praesumendum est, hunc vel illam[83]) ea posse, quae[84]) alii viri vel foeminae naturaliter[85]) possunt; si ergo[86]) mulier dicat se cognitam, ei probatio defertur[87]), non obstante verbo illo: „in veritate viri consistat, quia[88]) caput est mulieris," ut C. XXXIII. qu. 1 *Si quis* (c. 3); tunc enim vir[89]) privilegio capitis uti debet, cum se caput fatetur, scil. cum pro matrimonio facit; cum[90]) vero facit contra matrimonium, negat se maritum, sic[91]) ergo[92]) privilegio capitis fungi non[93]) debet, quia negat vel celat nomen privilegiati, ut ar. Cod. si minor se maiorem dixerit *Si is qui* (L. 2) et Dig. pro socio *Si unus ex soc.* (L. 67) § ult. et Dig. de re iudic. *Sed hoc ita* (L. 22) § *Quod* (§ 1) et Dig. de fideiussor. *Si dubitet* (L. 10) § 1. Si vero is, qui pro matrimonio[94]) facit, noluerit vel non potuerit subire probationem, tunc[95]) eius adversario probatio defertur, ut C. XXXIII. qu. 1 c. 1. Circa maleficia vero id[96]) specialiter est notandum, quod si dicat mulier, te virum[97])

vel. [68]) Mo. 3 *procedat.* [69]) Mo. 1 *proponis.* [70]) Vi. *coire.* [71]) Mo. 3 omittit *aut tu.* [72]) Pa. *cum ea, tu autem idem fateris; iurabit.* [73]) Ha. *cum septima.* [74]) Hic quoque omnes Codd. *de his;* cf. supra not. 31. [75]) Omittunt Ha. et Li. [76]) Mo. 1 *credimus,* Pa. *credendum est ita ut.* [77]) Pa. *in manibus non vestris, sed suis.* [78]) Ha. *ubi mulier,* Pa. *sed mulier,* Li. *similiter.* [79]) Omittit Mo. 3. [80]) Li. *de.* [81]) Pa., Li. et Mo. 2 *asserit;* Vi. *dicat.* [82]) Mo. 3 omisso *pro* habet *matrimonium.* [83]) Li. *illum.* [84]) Ha. omittit *ea posse* habetque *quia.* [85]) Li. *naturales.* [86]) Mo. 1 *ergo si,* Mo. 2, Pa. et Li. *si autem.* [87]) Mo. 1 et 2 *deferetur.* [88]) Vi. addit *vir.* [89]) Mo. 3 vitiose *item minor.* [90]) Mo. 2 habet *si,* omittitque *matrim.* [91]) Li. *si.* [92]) Ha. *igitur.* [93]) Pa. et Vi. *uti;* in Mo. 3 deest *non.* [94]) In Li. *ius* occurrit pro *is,* sed deest *pro.* [95]) Idem hic habet *eq̃* i. e. *e converso.* [96]) Mo. 2 omittit. [97]) Li. *te uxa.*

cum ea coire non posse, et hoc superiori modo voluerit[98]) approbare[99]), non statim divortium fiet[100]), sed praecipietur vobis[101]), ut simul stetis, quamdiu[102]) iudici visum fuerit, et[103]) detis operam, ut coitus subsequatur; qui si non fuerit subsecutus[104]), abinde probatione in superiori[105]) forma recepta matrimonium separatur[106]), ut C. XXXIII. qu. 2 *Si per sortiarias* (c. 4).

§ 6. Illud in summa[107]) notandum, quod in aliis impossibilitatibus coeundi[108]) non datur licentia nubendi[109]), nisi potenti coire, in maleficiis autem datur utrique, ut C. XXXIII. qu. 2 *Si per sortiarias.* — § 7. Item illud praecipue notandum[110]), quod ubi divortium pro frigiditate[111]) est factum, si postea viro reddatur potestas cognoscendi aliam mulierem[112]), prius matrimonium est redintegrandum, ut C. XXXIII. qu. 1 *Requisistis de his* et infra eod. c. 1; si vero pro maleficio fuerit[113]) divortium factum, et vir accipiat aliam et cognoscat, non propter hoc reddetur priori. Ratio diversitatis est, quia frigiditas impedit virum[114]) a cuiuslibet foeminae[115]) cognitione, maleficium autem solummodo a coitu suae uxoris; cum ergo in[116]) priori casu vir possit aliam cognoscere, constat eum frigidum non esse, et ita[117]) constat per falsam causam[118]) matrimonium separatum; recte igitur debet[119]) sententia[120]) retractari, ar. C. XXXV. qu. 9 *Veniam* (c. 5), *Sententiam* (c. 6) et Dig. de iureiur. *Admonendi* (L. 31) et Cod. de adult. L. antepenult.; sic etiam retractatur sententia per falsos testes vel[121]) falsa instrumenta prolata[122]), ut Cod. si ex falsis instrum. L. 1. 2. 3 et 4 et Dig. de exceptionibus[123]) *Qui agnitis* (L. 11); in casu[124]) vero maleficiorum causa divortii vera fuit, ideoque sententia[125]) perseverat, ar.

[98]) Mo. 3 *noluerit.* [99]) Mo. 1 et Pa. *probare.* [100]) Mo. 3 *fit.* [101]) Deest in Pa.; Mo. 3 habet *eis,* moxque *stent* necnon *dent.* [102]) Mo. 1 et 3 *quantum.* [103]) Mo. 3 *ut.* [104]) Ha. *quod . . . consecutus.* [105]) Li. *superiori; in* deest in omnibus Codd. [106]) Pa. *separabitur,* Mo. 3 *separetur.* [107]) Mo. 3 *Item illud.* [108]) Idem *coeundum.* [109]) Deest in Li.; Ha. et Pa. *coeundi.* [110]) Ha. addit *est.* [111]) Pa. *per frigiditatem.* [112]) Ha. *uxorem sive mulierem.* [113]) Ha., Li. et Mo. 3 *fuit.* [114]) Mo. 2 *matrimonium.* [115]) Deest in Li. [116]) Non habet Mo. 3 *ergo in.* [117]) Li. *et si ita,* omisso quod mox sequitur *igitur.* [118]) Ista Mo. 3 scriptor non tam omisit, quam lacunae relictae inserere neglexit; Mo. 2 pro *falsam* habet *ipsam.* [119]) Pa. *ergo deberet.* [120]) In Li. praemittitur *sibi.* [121]) Pa. et Mo. 3 *per* repetunt. [122]) Ha. *relata.* [123]) Codicum quidem nullus ad tit. de exception. remittit, sed in Li. *de rē,* in Ha., Pa., Mo. 2 et Vi. *de re iu.,* in Mo. 1 vero legitur *de re iudicata.* At vero gl. ad L. 1 Cod. cit. v. *rei iudicatae* perspicue mihi docere videtur, Bernardum remisisse ad tit. istum; neque mirum, quod pro *de exc.* librarius quis scripserit *de re,* idque scriptores posteriores eo, quo supra, emendare rati sint modo. Mo. 3 satis probat, scriptorem, quid sibi scribendum esset, non intellexisse, cum post verba *et Dig.* posuerit *dote vidi quia* lacunamque reliquerit. [124]) Li. *causa.* [125]) Mo. 2 *si*

C. VI. qu. 4 *Quod bene* (c. 6)[126]) et C. XXXV. qu. 9 *Omnibus modis* (c. 1), *Loci* (c. 2). — § 8. Item illud[127]) notandum, quod[128]) ex speciali Romanae ecclesiae consuetudine non solent huiusmodi separari, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 15), 2 (Gr. n. p.) et 3 (Gr. c. 2 ibid.); sed illa consuetudo in aliis provinciis non tenetur, quia orbis maior est urbe, ut Di. XCIII. *Legimus* (c. 24. § 1 in fin.). § 9. Praeterea illud[129]) notandum, quod in tribus casibus defertur probatio mulieri, videl. si vir[130]) fide indignus[131]) sit, ut C. XXII. qu. 5 *Parvuli* (c. 14) et ar. Dig. de re militari *Non omnes* § *A barbaris* (L. 5. § 6); item si pro muliere plures faciant praesumtiones[132]), ut ar. C. XX. qu. 3 *Praesens* (c. 4) et C. XXXI. qu. 2 *Si verum* (c. 1); item si vir nolit vel non possit probationem subire, ut ar. Dig. de iureiur.[133]) *Manifestae* (L. 38). — § 10. Nec illud omittendum puto, quod si mulier, sciens virum impotentem, nihilominus acceperit cum, occasione impossibilitatis coeundi[134]) non poterit ab eo divortium postulare, ut ar. Cod. de sponsalib. L. ult. § *His* et ar. infra eod. *Quod sedem* (c. 3; - Gr. c. 2 ibid.)[135]) et ar. infra qui matrim. accus. poss. *Relatum* (c. 1; - Gr. c. 1. IV. 18) in fin. et C. XXIX. qu. 2 *Si quis ingenuus* (c. 4).

TITULUS XVII.

De matrimonio contra interdictum ecclesiae contracto[1]).

Post alia matrimonii impedimenta consequenter est de ecclesiae interdicto[2]) agendum, ubi videndum est[3]), quid dicatur ecclesiae interdictum, quis illud facere possit, quibus modis fiat, quis eius effectus.

§ 1. Interdictum ecclesiae dicitur, quo[4]) ecclesia alicui vel aliquibus contrahere matrimonium interdicit, et hoc[5]) non consu-

---

causa . . . ideo sententia. [126]) Desideratur iste locus in Vi. [127]) Mo. 3 *et illud;* Mo. 2 omittit *illud.* [128]) Omittit Li., qui mox post *speciali* addit *ēe (esse* an *ecclesiae?).* [129]) Itidem omittit Mo. 2. [130]) Mo. 3 pro *si vir* habet *sit,* quod mox omittitur, neque in Mo. 1 et Vi. adest. [131]) Li. pro *indignus* habet *dignus,* quod itidem in Mo. 3 occurrit, sed *in* superposito correctum est. [132]) Sic Li. et Mo. 1 et 3; Pa. *probationes,* quod et in Ha. pro *consuetudines,* quod primum scripserat, recepit librarius. [133]) Sic Ha. et Li. aliique, et recte; Pa. *de re. iu.* [134]) Deest in Ha. [135]) Locus iste omittitur in Vi., Mo. 1 et 3.

Tit. 17. — [1]) Deest *contracto* in Mo. 1. [2]) Mo. 2 *interdictum.* [3]) Li. et Mo. 2 omittunt *est.* [4]) Ha., Pa. et Li. perperam habent *quod.* [5]) Mo. 3

lendo, sed iubendo, ut ar. C. XIV. qu. 1 *Quisquis* (c. 3) § *Quod praecipitur* (§ 2); ut ecce, vis accipere Mariam, dicitur ecclesiae, quod sit tua consanguinea[6]), prohibet tibi[7]) ecclesia, ne eam accipias, tu eam accipis contra ecclesiae interdictum. — § 2. Tale autem interdictum facere potest is solus, qui habet potestatem de matrimoniis[8]) cognoscendi et diffiniendi, ut episcopus, archidiaconus vel archipresbyter[9]), ut ar. supra de consang. c. 2 in fin. (Gr. c. 1. IV. 14), et[10]) hoc cum[11]) consilio[12]) fratrum et causa cognita, ar. Cod. de reb. minor. sine decr. non alien. *Minorum* (L. 6), *Ob aes* (L. 12) et L. ult.[13]). Non autem credo[14]), quemlibet capellanum[15]) tale[16]) posse facere interdictum, nisi hoc faceret[17]) auctoritate[18]) illius, ad quem spectat; ceterum denuntiare potest factum ab ecclesiastico iudice interdictum. — § 3. Fit autem pluribus modis, nam aliquando[19]) secreto, aliquando publice; et ubi secreto, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, ut ar. C. XVII. qu. 2 *Nos novimus* (c. 2); ubi autem publice, etiam dirimit contractum, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 18) et supra de sponsa duor. c. ult. (Gr. n. p.) Sed huic distinctioni adversatur infra[20]) eod. c. 2 (Gr. c. 1. IV. 16), ubi dicitur, quod[21]) episcopus publice[22]) prohibuit, et tamen matrimonium[23]) non separatur nisi ad tempus. Responderi forte[24]) posset, ibi „publice" i. e. „manifeste", hic „publice" i. e. „per ecclesias"[25]); alii sic distinguunt: quandoque[26]) ecclesia interdicit[27]) matrimonium et interminat divortium, si contra fiat, quandoque tantum[28]) interdicit matrimonium[29]); primo casu separat[30]) contractum, secundo nequaquam. Posset tamen dici, ubi est[31]) solum ecclesiae interdictum, non separat contractum, ubi[32]) autem est alia causa et vera, separat contractum; nam in primo huius tituli capitulo aliam[33]) desponsaverat,

---

omittit *et hoc.* [6]) In Pa. deest *tua;* Ha. habet *tua cognata vel consanguinea.* [7]) Ha. *te.* [8]) Ita Mo. 1, Li. et Vi.; Ha. *matrimonium,* Pa. *de matrimonio,* Mo. 3 *matrimonii.* [9]) Deest *vel* in Ha., Pa. et Mo. 1. [10]) Omittit Li. [11]) Deest *cum* in Pa. et in Mo. 3, ubi *consilium* legitur. [12]) Ha. *concilio.* [13]) Hic tantum locus occurrit in Li., in quo tamen *et* servatum est. [14]) Ha. omittit. [15]) Ha. pro *queml. capell.* habet *quodlibet.* [16]) Vi. *id.* [17]) Ha. *faciet.* [18]) Li. omittit. [19]) Mo. 1 et 3 cum Vi. *alias.* [20]) Li. *ibi.* [21]) Deest in Pa. [22]) Omittit Li. [23]) Sic Mo. 2, unde recepi, licet in ceteris desit. [24]) Ha. non tam omittit quam alio loco, scil. post *manifeste,* habet *forte.* [25]) Sic omnes praeter Li., ubi haec: *hic publice vel manifeste, Si publice i. e. per etc.;* ceterum Mo. 3 et Vi. primo loco *hic,* secundo *ibi* ponunt. [26]) Ha., Li. et Pa. *quando.* [27]) Ha. *interdicens,* mox omisso *et.* [28]) Li. *tamen,* Mo. 3 *totum.* [29]) Omittit Mo. 2. [30]) Sic Li. cum Mo. 2. 3 et Vi., quorum hic et pro *contractum* habet *matrimonium;* Ha. et Mo. 1 *separatur,* Pa. *separabitur.* [31]) Ha. pro *ubi est* habet *non non,* Pa. *non.* [32]) Quae sequuntur omissa sunt in Ha., Li. et Mo. 3. [33]) Li.

similiter supra de sponsa duor. c. ult. (Gr. n. p.); iuvatur [34]) haec distinctio infra eod. c. ult. in fin. (Gr. c. 2. IV. 16). — § 4. Ex his satis apparet, quis sit effectus talis ecclesiastici interdicti [35]), quia quandoque impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, quandoque etiam dirimit contractum secundum praedictas distinctiones.

TITULUS XVIII.

Qui filii sint legitimi.

Tractavimus de matrimonio, quod habet fieri causa filiorum [1]); nunc de ipsis filiis dicamus, ostendentes, qui [2]) sint legitimi, et qualiter hi qui non sunt [3]) legitimi fiant legitimi [4]), et quid eis prosit legitimos esse.

§ 1. Legitimus filius est, qui de legitimo matrimonio natus est, vel de eo quod in facie ecclesiae legitimum reputatur [5]), ut Di. XXVI. *Deinde* (c. 3) et Di. XXXIV. *Si quis viduam* (c. 13) et C. XXXV. qu. 7 *Quid est* (c. un.) et infra eod. *Cum inter* (c. 2; Gr. c. 2. IV. 17), nisi vir [6]) alia sua uxore vivente istam [7]) acceperit [8]), ex qua filium genuit, vel ipsa mulier [9]) alium virum [10]) habeat, ut infra eod. *Causam* (c. 4; - Gr. c. 4 ibid.). — § 2. Qui autem non sunt ab initio legitimi, fiunt quandoque legitimi [11]) pluribus modis; ut ecce solutus ex soluta filios genuit, deinde ipsam uxorem [12]) accepit, praestans concubinae nomen uxoris, filii legitimi efficiuntur, ut in Instit. de nuptiis § ult. et infra eod. c. 1 et c. *Tanta* (c. 6; Gr. c. 1 et 6 ibid.); item si offerat filium curiae fiatque curialis, efficitur legitimus [13]), sive pater habeat alios filios [14]) legitimos sive non, ut in Authent. quib. mod. natur. efficiantur sui § *Si quis igitur* Coll. VII. (Nov. 89. c. 2. § 1); item si pater decedens in testamento [15]) legitimum eum nominet et heredem [16]), et ipse postea

et aliam. [34]) Idem *iuvat.* [35]) Sequor Mo. 2; Mo. 3 et Vi. itidem habent *ecclesiastici interdicti*, sed praemittunt *in talibus;* ceteri *in talibus interdictis.*

Tit. 18. — [1]) Li. perperam *cum filiis.* [2]) Vi. addit *filii.* [3]) Li. *sint.* [4]) In Ha. et Pa. ista desunt. [5]) Ha. *reputabatur*, Li. et Mo. 3 *reputabitur.* [6]) Li. *ubi* scil. *u.* [7]) Mo. 3 omisso *sua* ante *uxore* habet *suam istam.* [8]) Sic Pa. et Mo. 3; alii *accepit.* [9]) Sic Li., Mo. 2 et 3 cum Vi.; ceteri omittunt *ipsa.* [10]) Deest in Ha. [11]) Exciderunt in Li. *fiunt quandoque legitimi.* [12]) Vi. et Mo. 2 *in uxorem.* [13]) Li. *efficitur curialis vel legitimus*, Mo. 3 *efficietur.* [14]) Li. omittit *alios filios.* [15]) Li. *cum in testamentum.* [16]) Li. *filium et heredem.*

principi offerat testamentum volens fieri legitimus, accipiet [17]) ius legitimorum; quarto etiam, si nullo legitimo filio [18]) existente patreque defuncto ipse naturalis [19]) se ipsum curiae [20]) offerat; hos omnes modos habes [21]) in Authent. quib. mod. natur. § 1 et § *Si quis igitur* Coll. VII.; quinto modo, si pater in publico instrumento vel etiam sua manu cum [22]) trium testium subscriptione scripto [23]) eum filium nominaverit [24]) nec adiecerit [25]) naturalem [26]), legitimus efficitur [27]), ut in Authent. ut liceat matri et aviae § *Ad haec* Coll. VIII. (Nov. 112. c. 2). Potest ergo de filiis talis distinctio adhiberi [28]): filiorum alii sunt [29]) naturales et legitimi, alii naturales tantum, alii legitimi tantum [30]), alii nec naturales [31]) nec legitimi; naturales et legitimi, ut qui de [32]) iustis nuptiis nascuntur, naturales tantum, ut geniti de illa quae posset esse uxor [33]), legitimi tantum, ut adoptivi, nec naturales nec legitimi, ut de incesto [34]) et nefario coitu nati [35]). — § 4. Prodest autem filiis [36]) legitimos esse vel fieri [37]), ut succedant in bona parentum, ut in Authent. quib. mod. natur. effic. sui § *Et quoniam* (Nov. 89. c. 3).

TITULUS XIX.

Qui matrimonium accusare vel testificari possunt [1]).

Audivimus, qualiter matrimonia contrahantur; nunc audiamus, qualiter dividantur [2]). Sed quoniam hoc fit matrimonio accusato [3]), qui matrimonium accusare possint, inspiciamus; videamus igitur [4]), qualiter matrimonium accusetur [5]), quis illud possit accusare, quis

[17]) Mo. 1 *accipit;* Ha. et Pa. *accipiat.* [18]) Mo. 3 *legitimorum filiorum.* [19]) Idem *naturale.* [20]) Deest in Li. [21]) Mo. 3 *habens.* [22]) In Ha. et Pa. non sunt *sua manu;* Li. pro *cum* habet *aut.* [23]) Omittit Mo. 2. [24]) Pa. *nominavit.* [25]) Li. *audierat.* [26]) Ha. et Li. *eum naturalem*, Mo. 3 iterum *naturale.* [27]) Vi. et Mo. 3 *efficietur.* [28]) Vi. *haberi.* [29]) Omittunt Li., Mo. 2 et Vi. [30]) Mo. 3 omittit hanc tertiam distinctionem. [31]) In Li. et Mo. 2 exciderunt ista, trahiturque *tantum* ad sequentia, cum legat: *Tantum naturales et legitimi;* Vi. *non naturales nec etc.* [32]) Pa. *ex.* [33]) Ita Li. et Ha.; Mo. 1 et 3 cum Vi. *poterat;* Mo. 2 *potuit;* Pa. *possit* omisso *esse.* [34]) Li. et Mo. 2 *incestu.* [35]) Vi. *vel nef. coitu natu*, Mo. 3 *vel nef. concubinatu.* [36]) Sic Vi. et Mo. 2, ceteri *filios.* [37]) Omittit Mo. 2 *vel fieri.*

Tit. 19. — [1]) Haec rubrica et in Mo. 1 et in ipsa collectione occurrit, eandemque exhibent Li. et Mo. 2, nisi quod ibi adiectum vides *vel non;* Ha. habet *qui matr. acc. possint et qui non*, Mo. 3 *qui matr. acc. non possint vel testif.;* in Vi. desunt *vel testificari.* [2]) Ha. *dividatur.* [3]) Li. *sed quoniam quandoque matrimonii accusatio, qui etc.* [4]) Pa. *ergo.* [5]) Ha. et Pa. *accusatur;* in Vi. de-

non, quis in ipsum testificari, et an sine accusatione possit[6]) per iudicem separari.

§ 1. Accusatur autem matrimonium per denuntiationem, non autem per sollemnem accusationem, quia hic non persona[7]) de crimine accusatur, sed matrimonium non esse[8]) legitimum denuntiatur[9]), nisi forte alter coniugum propter alterius adulterium divertere velit, quo in[10]) casu ipsum de adulterio accusabit, vel vir uxorem vel econtra[11]), quia in talibus non ad imparia[12]) iudicantur, ut C. XXXII. qu. 1 *Si quis uxorem* (c. 4) et qu. 5 *Praecepit* (c. 19), *Christiana* (c. 23); sed nec in hoc[13]) casu illa iuris sollemnitas de accusationibus[14]) requiretur[15]), cum non ad poenam sanguinis, sed ad divortium accusator intendat. — § 2. Solet autem accusatio matrimonii et in scriptis et sine scriptis[16]) admitti, et est accusationis forma[17]) talis: „ego Robertus[18]) dico matrimonium Petri et Mariae[19]) stare non debere[20]), quia[21]) sunt[22]) consanguinei in tali gradu," vel si alia est divortii causa, ipsa debet apponi[23]). Sed et[24]) in consanguinitate vel affinitate solet dari quidam alius libellus, in quo per gradus computatur[25]), et iste libellus alii parti ostenditur, ut sciat, quid actor probare velit. — § 3. Matrimonium autem accusare possunt omnes qui non prohibentur[26]), ad instar popularis actionis[27]), ut infra eod. *Pervenit* (c. 3; - Gr. n. p.), maxime cum hic de periculo animarum agatur. Sed et tam uxor quam maritus potest[28]) ipsum matrimonium accusare, nisi in casibus infra dicendis, ar. infra eod. *Consuluit* (c. 2; - Gr. n. p.). — § 4. Prohibentur autem quidam ipsum[29]) matrimonium accusare. Nam ecce in consanguinitate extraneus admitti non debet, nisi progenie deficiente, ut C. XXXV. qu. 6 *Consanguineos* (c. 1), quod tamen[30]) in plerisque locis hodie[31]) non servatur. Item qui sciebat impedimentum ab initio et tacuit, abinde contra ipsum matrimonium nec in

sunt quae antecedunt inde ab *accusato*. [6]) Ha. et Pa. *possint*, Vi. *valeat*. [7]) Mo. 3 *nec de crimine*. [8]) Ita ex coniectura legendum esset, vel si non exhiberent istam lectionem Mo. 2 et 3; Mo. 1 *si non est*, ceteri *non est*. [9]) Li. et Mo. 2 *denuntiatum*. [10]) Pa. *quo in quo*. [11]) Vi. omittit *vel econtr.* habetque *in ux.*; Mo. 3 habet *coram ecclesia* loco *vel etc.* [12]) Pa. et Mo. 2 *ad imperia*; Mo. 1 omittit *ad*. [13]) Deest in Pa. [14]) Ha. *accusatoribus*. [15]) Mo. 2 *requiruntur*. [16]) Desunt ista in Pa. [17]) Sic Pa.; ceteri omnes *sua* i. e. *sententia*, quod vitiosum esse utique palam est. [18]) Ita Ha. cum Mo. 2; Mo. 1 et Vi. solam litteram *R.*, Pa. *H.*, Li. *P.* exhibent; Mo. 3 *Ego nuptus*. [19]) Pa. tantum habet *P. et M.* [20]) Mo. 2 *posse*. [21]) Vi. *et quia*. [22]) Li. *fr. (frater)*. [23]) Pa. *ipsam . . . apponere*. [24]) Deest *et* in Li. et Mo. 2 et 3. [25]) Ha. *computantur*, similiterque Pa. omisso *per*. [26]) Pa. *omnis* et *prohibetur*. [27]) Deest *actionis* in Mo. 2. [28]) Li. *non potest*. [29]) Idem, sed solus, omittit. [30]) Pa. pro *quod tamen* habet *quoniam*; Mo. 2 omittit *tamen*. [31]) Deest in Mo. 1 et

accusatione nec in testimonio[32]) admittitur[33]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 18) et 3 (Gr. n. p.); nec obstat quod dicitur C. II. qu. 7 *Plerumque* (c. 27). In talibus enim[34]) quadruplex[35]) taciturnitas invenitur[36]), scil. a sententiae prolatione[37]), a correctione[38]), ab accusatione, et a denuntiatione[39]); de prima habes Di. LXXXVI. *Tanta* (c. 24), de secunda Di. XLIII. per totum et Di. LXXXVI. *Facientis* (c. 3) et C. II. qu. 7 *In sancta*[40]) (c. 4), de tertia in praedicto capitulo scil. C. II. qu. 7 *Plerumque*, de quarta C. II. qu. 7[41]) *Quapropter* (c. 47). Hic ergo[42]), qui scit aliquos illicite copulari, si non habet probationem, taceat ab accusatione, sed non taceat ab admonitione coniungendorum[43]), ne se coniungant; quod si ei non adquiescunt, dicat ecclesiae denuntiando, non accusando, et ita liberabit animam suam, ar. C. XXIII. qu. 4 *Ita plane* (c. 6), *A malis* (c. 8). Item prohibentur ab accusatione matrimonii tam principales personae quam extranei[44]) temporis diuturnitate, scil. si coniuges per XVIII vel XX annos insimul sine quaestione manserint[45]), ut infra eod. *Consuluit* (c. 2; - Gr. n. p.) et ar. Dig. de ritu nupt. *Qui in provincia* (L. 58) § 1, quod mirum[46]) videtur, quia diuturnitas temporis non minuit peccata[47]), sed auget, ut infra de simonia *Non satis* (c. 7; - Gr. c. 8. V. 2). Praeterea prohibentur tam ab huiusmodi accusatione quam a testificatione[48]), quibus ecclesia denuntiavit[49]), ut, qui scit de consanguinitate coniungendorum, infra certum tempus exeat et dicat, alioquin postea non audiantur ipsi, qui infra[50]) tempus illud[51]) non venerint[52]), cum scirent[53]) ecclesiae[54]) mandatum, ut infra eod. *Ad haec* (c. 4; - Gr. n. p.). — § 5. Ex his satis apparet, qui[55]) contra matrimonium testificari non[56]) pos-

Vi. [32]) In Pa. ista exciderunt. [33]) Vi. *admittetur*. [34]) Mo. 3 *tamen*; in Pa. deest. [35]) Omittunt Ha. et Mo. 3. [36]) Li. sic: *quod rupes taciturnitatem inveneris*. [37]) Li. habet *a sn prolatione*. [38]) In eodem legitur *a corruptione*; Mo. 3 habet *sententiae a correctione prolatione*. [39]) Li. *ab accusatore et denunciatore*; Mo. 2 *et ab accus.*, omissis quae sequuntur. [40]) Codd. omnes omittunt *in*; atvero can. 56, qui *sancta* incipit, mihi plane nihil ad rem facere videtur. [41]) Quae antecedunt inde ab *In sancta* desunt in Li. et Mo. 3. [42]) Pa. *igitur*. [43]) Li. *ab adiungendorum*. [44]) Pa. *extraneae*. [45]) Mo. 3 *manserunt*. [46]) Mo. 3 *mm (matrimonium)*. [47]) Sic cum Mo. 3, Pa. et Vi. ad ipsius cap. 7 cit. fidem legendum est, licet ceteri omnes *peccatum*, Li. vero et *minuet* habeant. [48]) Ha. *quam attestatione vel testificatione*. [49]) Hanc Mo. 3 lectionem veram esse atque iis praeferendam, quas ceteri Codd. (Mo. 1 et 2 cum Vi. *qui ubi*, Li. *quia ubi*, Pa. *vel ubi ecclesia*, Ha. *vel ubi ecclesiae*, exhibent, licet alias non tam ab ecclesia, quam ad eam fiat denunciatio, ipso cap. 4. h. t. *Ad aures* inspecto, quilibet concedet. [50]) Mo. 3 sequor, nisi quod *audientur*, in hoc ut in aliis obvium, mutaverim in *audiantur*; Mo. 1 et Vi. *aud. si inf.*; Ha., Pa. et Mo. 2 *aud. ipsi inf.*; Li. *aud. si ipse inf.* [51]) Pa. *illuc*. [52]) Mo. 3 *venerunt*. [53]) Pa. *sciunt*. [54]) Idem omittit. [55]) Pa. *quod*. [56]) Mo. 2 omittit

sunt; qui[57]) enim ab accusatione[58]), iidem[59]) et a testificando repelluntur, ut ar. C. IV. qu. 2 *Si*[60]) *testes* (c. 3). Praeterea in consanguinitate testes de auditu recipiuntur, ut C. XXXV. qu. 6 *De parentela* 1 et 2 (c. 5 et 7)[61]) et supra de sobole suscepta ex secund. nupt. *Quia* in fin. (c. 2; - Gr. n. p.). Item parentes pro filiis et econtra, fratres pro sororibus et econtra in causa matrimonii recipiuntur, tam pro coniungendo quam pro disiungendo, ut supra de matrim. contra interd. eccl. c. 1 § *Quod vero* (Gr. c. 3. IV. 16).

§ 6. Constat autem, quod[62]) sine accusatione matrimonium non debeat[63]) separari, quia iudicis non est sine accusatore[64]) damnare, ut C. II. qu. 1 *De manifesta* (c. 17), nisi crimen sit notorium, ut in eodem capit.[65]) invenitur et in alio ibidem praecedente i. e.[66]) *Manifesta* (c. 14) et infra de divort.[67]) *Porro* (c. 3; - Gr. c. 3. IV. 19) et infra de accusat. *Evidentia* (c. 11; - Gr. c. 9. V. 1).

§ 7. Illud in summa notandum, quod in consanguinitate vel[68]) affinitate idem potest esse accusator et testis, quia idem reperis[69]) utriusque iuramentum, ut C. XXXV. qu. 6 *Notificamus* (c. 3), *De parentela* (c. 5), *Illud* (c. 6), *Episcopus* (c. 7). Amplius dico[70]), ubi publica fama est coniuges sibi esse consanguineos, nec[71]) reperiuntur alii qui gradus noverint[72]) computare, ipsorum coniugum statur computationi, ut C. XXXV. qu. 6 *Si duo* (c. 4). Praeterea notandum, quod oportet testes parentelae computationes[73]) non de novo didicisse, sed saltem ante[74]) motam quaestionem, ut supra de consanguin. c. 2 (Gr. c. 1. IV. 14); praeterea denegatur[75]) eis[76]) fides, si ab accusatore[77]) matrimonii didicerunt, ut praediximus in tit. de consanguinitate, ut supra de consang. c. 2; item si omnes

non. [57]) Mo. 1 *quis.* [58]) Li., Mo. 3 et Vi. *accusando.* [59]) Codd. omnes *idem* praeter Vi., ubi *hi.* [60]) Omnibus in Codd., quorum plures ut Vi. ad qu. 4 remittunt, quae nec ipsa capitulum *Testes* continet, omittitur *si.* [61]) Sic Mo. 3 et Vi.; in ceteris deest *1 et 2.* [62]) Deest in Mo. 2. [63]) Pa. *deberet.* [64]) Sic Li. et Mo. 1 cum Vi., et recte, nam uti can. 17 cit. docet, Bernardus hic ipsius Apost. Pauli in ep. ad Corinth. I. c. 5 verba refert; Ha., Pa. et Mo. 3 habent *accusatione.* [65]) Li. et Mo. 2 *in eadem causa.* [66]) Pro *i.*, quod Ha., Mo. 1 et Vi. hoc loco exhibent, Mo. 3, et fortasse rectius, habet *s. (scil.)*, in Pa. vero scriptor posuit *de*, binos esse huius initii canones fortasse ratus; Li. exhibet *R.*; Mo. 2 non habet *i. e. Manifesta.* [67]) Codd. omnes *eod.*; at non extat cap. *Porro* in tit. qui matrim. accus., sed in tit. seq. de divortiis. [68]) Pa. *et.* [69]) Ha. habet *ipis*, Mo. 1 *ipis*, quae utraque sigla de *temporis* esset intelligenda. [70]) In omnibus praeter Mo. 2, quem sequor, deest. [71]) Mo. 3 *si non.* [72]) Pa. *aliqui* idemque cum Mo. 3 *noverunt.* [73]) Sic Pa. et Li. cum Mo. 2; ceteri omnes *computatores.* [74]) Li. *post*, Mo. 3 *aut.* [75]) Codd. omnes habent *derogatur.* [76]) Mo. 3 *eius.* [77]) Pa. *accusatione.* [78]) Deest in Li. [79]) Ha. *omn. testes qu. pr. un. reputantur.*

ab eadem persona didicerunt, non est[78]) eorum testimonium sufficiens, quia omnes quasi pro uno teste reputantur[79]), ut ar. Inst. de hered. ab intest. § *Puri* (§ 6) et Dig. de condit. et demonstr. *Cui fundus* (L. 56) et Dig. de collation. *Si nepotes* (L. 7).

TITULUS XX.

De divortiis.

Quoniam accusatione matrimonii proposita, de qua praediximus[1]), et[2]) causa probata divortium sequi solet, merito de divortiis supponamus[3]); vel ita continua: diximus de matrimonio coniungendo; sed quoniam[4]) quicquid ligatur solubile est, ut in Auth. de nuptiis § *Nuptias* (Nov. 22. c. 3)[5]), dicamus de ipso disiungendo; sed quia id habet fieri per divortium, ideo[6]) de divortiis adnectamus[7]). Videamus itaque[8]), quid sit divortium, quae eius species, quis possit divortium facere, quibus de causis, quis divortii[9]) effectus.

§ 1. Divortium est viri ab uxore legitima separatio. Fiebat autem[10]) antiquitus dato libello repudii, in quo scriptum erat: „sint tua tibi[11]), tua conditione non utar"; de tali divortio habes in veteri testamento et Dig. de divortiis per totum, et Cod. de repudiis per totum, ubi etiam[12]) causae[13]) enumerantur[14]), quibus repudium mitti possit, scil. in Auth. ibi[15]) posita *Novo iure etc.* (ad L. 8. Cod.). Ceterum evangelica et canonica auctoritate huiusmodi repudium seu divortium christianorum[16]) exspiravit ab aula[17]), Domino praecipiente, ut nullus[18]) dimittat uxorem excepta causa fornicationis, ut C. XXXII. qu. 5 *Praecepit* (c. 19), *Praeceptum* (c. 21) et Di. XXXV. *Ab exordio* (c. 2). — § 2. Divortium autem aliud[19]) totale, aliud particulare; totale, quo ita[20]) separantur, ut liceat ad aliam copulam convolare, sive utrique, ut ubi separantur propter[21]) con-

Tit. 20. — [1]) Li., Mo. 3 et Vi. *diximus*, quorum hic sic refert textum: *quon. in acc. matr. de qua dix. proposita etc.* [2]) Omittitur in Ha. [3]) Vi. *supponatur*, Mo. 3 *supponimus.* [4]) Pa. *quia;* in Mo. 2 neutrum. [5]) Ista ad Auth. remissio deest in Vi. [6]) Deest in Ha.; Vi. *ideoque.* [7]) Pa. *subnectimus*, Mo. 2 *dicamus.* [8]) Mo. 3 *igitur*, qui et mox omittit *quae eius . . . . de causis.* [9]) Li. atque Mo. 1 et 2 *eius* pro *divortii.* [10]) Deest in Li. [11]) Mo. 3 *tecum.* [12]) Mo. 2 scriptor istis duobus verbis spatiolum reliquit vacuum. [13]) Pa., Li. et Mo. 2 *casus.* [14]) Ita Ha., Mo. 1 et Vi.; Pa., Li. et Mo. 2 *inveniuntur;* Mo. 3 *nuntiantur.* [15]) Li. *ubi.* [16]) Vi. *inter christianos.* [17]) Sic Codd. omnes, excepto Vi., qui non habet *ab aula.* [18]) Mo. 1 omittit *ut.* [19]) Pa. addit *est.* [20]) Quae hinc sequuntur, usque quo redit verbum *separantur*, omisit Pa. librarius. [21]) Sic Li. et Vi.; Ha. et Mo. 1 *per;* Pa. atque Mo. 2 et 3 *pro con-*

sanguinitatem vel affinitatem, sive alteri [22]) tantum, ut ubi [23]) pro voto [24]) sollemni vel frigiditate; particulare divortium est, ubi taliter [25]) fit separatio, ut neutri liceat aliud [26]) contrahere matrimonium, veluti pro adulterio [27]), ut C. XXXII. qu. 7 c. 1. 2. 3 et 4. § 3. Divortium fieri non potest absque [28]) ecclesiastico iudicio et sine [29]) causae cognitione, ut C. XXXIII. qu. 2 [30]) *Seculares* (c. 1) et C. XXXV. qu. 6 *Multorum* (c. 10), etiam si causa divortii sit omnibus manifesta, ut infra eod. *Porro* (c. 3; - Gr. c. 3. IV. 19); solus igitur [31]) ecclesiasticus iudex divortium facere potest, sed [32]) tamen alter coniugum potest divortium postulare. — § 4. Causae autem, quibus habet fieri divortium totale, sunt illa matrimonii impedimenta, quae supra in tit. de sponsalibus sunt enumerata [33]). Causae vero [34]) divortii particularis, aliae ad tempus, aliae perpetuo [35]) separationem inducunt; ad tempus, ut ecclesiae interdictum, ut supra de matr. contra interd. eccl. *Litterae* (c. 2; - Gr. c. 1. IV. 16); perpetuo, ut adulterium [36]), ut C. XXXII. qu. 7 c. 1. 2. 3 et 4, item haeresis, ut infra eod. *De illa* (c. 5; - Gr. c. 6. IV. 19); item si maritus ad idololatriam vel latrocinium uxorem compellat, uxor ab eo divortium quaerere potest [37]), similiter et econtra [38]), ut C. XXVIII. qu. 1 *Uxor* (c. 4), *Idololatria* (c. 5) et infra eod. *Quaesivit* (c. 2; Gr. c. 2 ibid.), quod tamen divortium eatenus credo servandum, quatenus ille in scelere [39]) perseverat, ar. Di. L. *Ferrum de terra* (c. 18) et C. III. [40]) qu. 4 *Beatus* (c. 2). Quod autem diximus, maritum pro adulterio [41]) posse divertere ab uxore, recipit [42]) quasdam exceptiones. Sunt enim casus, in quibus vir [43]) uxorem de adulterio [44]) accusare non [45]) potest; primo [46]), cum ipse [47]) eam prostituit, cum sint in pari [48]) delicto, ar. Dig. ne quis eum qui in ius L. 2 et Dig. soluto matrim. *Viro* (L. 39) [49]), et hoc puto in iudicio ecclesiastico,

sanguinitate. [22]) Pa. *alterum*, Li. et Mo. 2 *altera.* [23]) Omittit Mo. 2. [24]) Idem *provoco.* [25]) Li. et Pa. *talis.* [26]) Omittit Mo. 3. [27]) Ha. *per adulterium.* [28]) Pa. *sine.* [29]) Sic Mo. 1; Ha. et Pa., Mo. 2 et 3 atque Vi. *cum;* Li. neutrum exhibet. [30]) Quae sequuntur usque ad c. *Porro* desunt in Ha. [31]) Li. *ergo.* [32]) Li. et Mo. 2 *si tamen.* [33]) Ha. *numerata.* [34]) Omittit Mo. 2. [35]) Desunt in Mo. 1 *aliae perpetuo;* in Li. et quae sequuntur usque ad *ut ecclesiae interdictum.* [36]) Quae praecedunt, bis in Li. occurrunt. [37]) Vi. *postulare potest vel debet.* [38]) Mo. 3 et Vi. perperam *vel ecclesia.* [39]) Mo. 3 *in seculo.* [40]) Li. perversissime sic: *ferrum totate aliqũ qu. IIII.* [41]) In eodem nec non in Mo. 2 inter *adulterio* et *posse* occurrit *mv.* [42]) Pa. *rescipit.* [43]) In Pa. deest. [44]) Mo. 3 omittit. [45]) In Mo. 2 *non* expost supra linea additum est. [46]) Idem *primo casu.* [47]) Li. *ipso.* [48]) Deest *pari* in Pa. [49]) Istum locum non exhibet Mo. 2. [50]) In Mo. 1 a correctore ad marginem

aliter in seculari, quia lex eum ob lenocinium non repellit, ut Dig. de adult. L. 2 § *Si in publico* (§ 5), vel dicas, illud intelligi [50]) lite contestata, ar. Dig. de adult. *Si maritus* § penult. [51]), ne sit contra Cod. de adult. *Crimen adulterii* (L. 11), *Ita* (L. 28); secundo [52]), cum ipse fuerit [53]) fornicatus, ut C. XXXII. qu. 6 *Nihil* (c. 1) et infra eod. *Significasti* (c. 4; - Gr. c. 4 ibid.) et Dig. de adult. *Si uxor* (L. 13) § 1; tertio, cum ei dedit [54]) fornicandi occasionem, ut C. XXVII. qu. 2 *Si tu abstines* (c. 24); quarto, cum ipsa credebat virum defunctum et alii nupsit [55]), ut C. XXXIV. qu. 2 *Si virgo* (c. 5); quinto, cum ipsa fuerit vi [56]) oppressa, ut C. XXXII. qu. 5 *Lucretiam* [57]) (c. 4. § 1) et Dig. de adult. *Vim* (L. 39) [58]); sexto, cum aliquis clanculo cum ea [59]) sub mariti sui specie ipsa ignorante dormivit, ut ar. C. XXXIV. qu. 2 *In lectum* (c. 6); septimo, cum ipse eam secum retinuit [60]), ex quo [61]) manifeste ipsius adulterium deprehendit, ut C. XXXII. qu. 1 c. 1 et Cod. ad L. Iul. de adult. *Crimen adulterii* (L. 11). — § 5. Sequitur videre, quis [62]) divortii effectus. Est [63]) autem effectus divortii totalis, ut liceat utrique [64]) vel saltem alteri ad aliud matrimonium convolare; utrique, ut ubi [65]) factum est divortium pro [66]) dispari cultu, et [67]) errore personae, et conditione, et cognatione [68]) et aliis quibusdam [69]); alteri, ut pro voto sollemni, ordine, habitu, frigiditate et aliis quibusdam. Effectus vero [70]) divortii particularis est, ut alter alteri debitum reddere non [71]) teneatur; fit autem tale [72]) divortium alias [73]) a coitu solo, alias a coitu et cohabitatione [74]); a solo coitu, ut in uxore clerici fornicata [75]), ut C. XXXIII. qu. 2 *Placuit* (c. 10); a coitu et cohabitatione, ut pro idololatria uxoris vir ab ea [76]) separabitur, et quoad coitum et quantum ad cohabitationem [77]), ut C. XXVIII. qu. 1 *Non solum* (c. 6).

additum est. [51]) Ista remissio, in omnibus Codd. obvia, utrum ad L. 4, an ad L. 15, utramque verbis *Si maritus* incipientem, speciet, nolim decidere; ceterum neutrius legis § penult. mihi ad rem facere videtur. [52]) Mo. 3 *Item* (loco *L. ita*) *secundo.* [53]) Vi. *sit.* [54]) Pa. et Li. *dederit.* [55]) Excidit in Mo. 3. [56]) Sic Ha. et Mo. 2; in ceteris deest *vi*, sed minus bene. [57]) Ha. et Pa. *licentia.* [58]) Vi. omittit istum Dig. locum. [59]) In eodem deest, ubi et mox *eius* pro *sui*, quod in Mo. 2 plane omittitur. [60]) Pa. *retinuerit.* [61]) Mo. 3 *postquam.* [62]) Ha. et Pa. addunt *sit.* [63]) Li. pro *est* habet *cum.* [64]) Mo. 3 hoc loco *utrisque.* [65]) Li. *cum ut*, Mo. 3 *et ubi.* [66]) Deest in Mo. 3. [67]) Ha., Li. atque Mo. 3 omittunt *et . . et.* [68]) Pa. *cogitatione.* [69]) Quae sequuntur usque ad *effectus* desunt in Mo. 2 et 3. [70]) Omittit Mo. 2. [71]) In Pa. omittitur *non.* [72]) Mo. 3 et Li. *totale.* [73]) Li. et Mo. 2 tam hic quam mox *aliquando.* [74]) Li. addit *ut pro idololatria uxoris*, pergitque *vacat a solo coitu.* [75]) Li. *fornicati.* [76]) Idem *nisi ab eo.* [77]) Sic Mo. 1 cum Li. atque Mo. 2

§ 6. Illud in summa [78]) notandum, quod, qui cognovit consanguineam suae uxoris, et adulterium et incestum commisit, de quo diximus supra de eo qui cognov. consang. uxoris suae.

TITULUS XXI.

De dote post divortium restituenda.

Diximus de matrimonio; sed quia dos est accessio [1]) matrimonii, soluto principali restat, ut accessorium resolvatur [2]). Videamus igitur, quid sit dos, quae dotis species, quid parapherna [3]), quid donatio propter [4]) nuptias, in quibus casibus [5]) maritus dotem lucretur, in quo casu [6]) reddere teneatur, et cui, et quando.

§ 1. Dos est quaedam donatio a parte [7]) mulieris parti viri facta pro onere matrimonii sustinendo [8]); huius autem natura est, ut durante matrimonio duret, soluto resolvatur [9]); dicitur autem quasi proprium patrimonium [10]) mulieris, ut Dig. de minor. *Denique* (L. 3) § *Sed utrum* (§ 5) in fin. — § 2. Dos autem [11]) alia profectitia, alia adventitia; profectitia est, quae a patre pro filia vel ab [12]) avo pro nepte [13]) datur, ut Dig. de iure dot. L. 5, idem iuris [14]) est, si alius dedit pro eis ipsorum [15]) mandato; adventitia est, quam ipsa mulier pro se dat [16]) vel alius a patre vel alio [17]) ascendentium [18]) dat pro ipsa, sive frater [19]), sive patruus, sive [20]) extraneus. Item dos alias [21]) datur aestimata [22]), alias inaestimata; ubi [23]) aestimata, tam lucrum quam damnum pertinet ad maritum, sicut ad rei emtorem; si vero inaestimata, damnum erit mulieris, similiter et lucrum, quod non [24]) computatur in fructu [25]), ut Dig.

---

et 3; Ha. utroque loco habet *quoad*, Pa. utroque *quantum;* Vi. omittit quae post *separabitur* sequuntur. [78]) Mo. 2 non habet *in summa.*

Tit. 21. — [1]) Vi. *anteressio*, Mo. 3 *ascessio* et mox *ascessorium.* [2]) Pa. et Vi. *solvatur*, qui et *eius* addit atque *solvatur* habet. [3]) Codd. omnes *paraferna*, praeter Mo. 3, ubi *perasserica.* [4]) Mo. 3 saepius in hoc tit. $\overline{pt}$ (i. e. *praeter*) exhibet loco *pp (propter).* [5]) Li. pro *casibus* habet *omnibus.* [6]) Ha. *in quibus vel in quo.* [7]) Pa. hic atque mox *pate* i. e. *patre.* [8]) Ha. et Mo. 3 *pro honore matr. sustinenda.* [9]) Pa. *solvatur.* [10]) Li. et Mo. 3 *matrimonium.* [11]) Deest in Mo. 2. 3 et Vi. [12]) Deest *ab* in Ha. et Mo. 1. [13]) Ha. et Mo. 3 *nepote.* [14]) Pa. *item n'us*, Mo. 3 *item verius.* [15]) Mo. 1 et Vi. *pro eis eorum*, Mo. 3 *pro ipsis eorum*, Mo. 2 *pro eo ipsius.* [16]) Ha. *procedat.* [17]) Sic Ha., Li. et Mo. 1; Pa., Mo. 2 et Vi. *alius*, Mo. 3 *aliquis.* [18]) Ha. et Pa. *descendentium.* [19]) Mo. 3 praemittit *sive pater*, sed vitiose. [20]) Li. et Mo. 3 *vel.* [21]) Deest in Mo. 3; Li. *alia.* [22]) Codd., praeter Ha. et Vi., *extimata.* [23]) Mo. 3 *ut*, qui et pro *damnum* repetit *lucrum.* [24]) Deest in Mo. 1 et Vi. [25]) Quae se-

de iure dot. *Plerumque* (L. 10). Ideo [26]) autem dixi „lucrum quod non computatur in fructu", quia [27]) fructus dotis pertinent [28]) ad maritum, qui debet onera matrimonii sustinere [29]) et [30]) alere filios et uxorem, ut Dig. de iure dot. *Dotis* (L. 7); hoc ita [31]), si fructus proveniant [32]) matrimonio existente; ceterum si ante, augent dotem [33]) et computantur in dotem [34]), ut L. ead. § 1. — § 3. Parapherna est [35]), quod mulier habet praeter dotem; pherna [36]) enim dos dicitur [37]), inde parapherna, i. e. iuxta dotem. Habet autem parapherna quiddam privilegii [38]) ad instar dotis; sicut enim uxor habet [39]) omnia bona mariti tacite obligata pro dote, sic et [40]) pro rebus paraphernalibus marito datis [41]), ut Cod. de pactis conventis L. ult. § 4. Donatio propter nuptias est, quod sponsus donat sponsae, quae dicitur donatio ante nuptias et sponsalitia [42]), et potest dici antipherna [43]), quasi contra dotem, quia dos procedit a foemina in virum [44]), sed haec donatio econtra. Huius autem donationis talis [45]) est modus, ut possit excedere dotem et excedi [46]); sed tamen si paciscatur vir de parte dotis lucranda [47]) uxore praemortua, tantumdem [48]) debebit lucrari mulier [49]) de donatione propter nuptias praemortuo viro, ut Cod. de pact. conv. tam sup. dote *Ex morte* (L. 9); hoc autem, quod diximus: „ut et excedere [50]) et excedi possit," corrigi videtur [51]) et reduci per omnia ad aequalitatem dotis et propter nuptias donationis [52]) in [53]) Auth. de aequalitate dotis Coll. VII. § 1 et 2 (Nov. 96. c. 1. 2) [54]). — § 5. Lucratur dotem maritus tum ex pacto, tum ex lege; ex pacto, ut si factum est ei [55])

---

quuntur usque ad *quia fructus* desunt in Li. [26]) Mo. 2 *ideoque.* [27]) Mo. 3 *quod.* [28]) Pa. *pertineat*, Li. et Mo. 2. 3 *pertinet.* [29]) Li. *habere.* [30]) Mo. 2 isque solus, sed fortasse melius, *scil.* [31]) Pa. *intt*[a] i. e. *interea*, Mo. 3 *haec ita.* [32]) Li. *proveniat.* [33]) Huic verbo lacunam reliquit Ha. librarius; in Mo. 3 falso sic: *si augent ante dotem.* [34]) Mo. 3 et Vi. *dote.* [35]) Sic hic et ubique omnes. [36]) Mo. 3 vitiose *paraph. enim non dos dicitur;* Ha. *est* pro *dicitur.* [37]) Li. non habet sequentia usque ad *quiddam privil.* [38]) Ha. et Li. cum Mo. 2 *quoddam privilegium.* [39]) In Pa. legitur *enim habet h'(aec);* Vi. *sicut enim mulier.* [40]) Pa. *et sic et.* [41]) Pa. et Mo. 2. 3 *dotis.* [42]) Li. *sponsalia.* [43]) Sic Li. et Mo. 3; ceteri *ãñ (ante) ferna.* [44]) Vi. *ad virum.* [45]) Mo. 1 et Vi. *hic.* [46]) Mo. 3 *credi*, ibique mox *pacificatur.* [47]) Ita Mo. 1 et Vi. atque Pa., nisi quod hic omittit *de;* Ha. habet *vir partem dot. lucrando*, Li. *partem d. lucrandam*, Mo. 2 *partem d. lucranda*, Mo. 3 *de parte lucrandi*, omisso *dotis.* [48]) Li. *tantum.* [49]) Sic Mo. 1 cum Vi.; Ha. et Li. *debet;* Pa. *decebit . . . mulierem;* Mo. 3 *lucri mulier habebit.* [50]) Li. *ut excederet;* in Mo. 3 et Vi. deest *et.* [51]) Mo. 3 *corrigere*, Li. *contingi videtur;* in Mo. 1 librarius ex incuria interseruit *corrigi possit* inter *excedi possit* et *corrigi videtur.* [52]) Sic Mo. 2; in ceteris aut *dõt.* vel *donãt* occurrit, aut *dotem* et *donationem* scriptum est, uno Ha. excepto, qui *datis*, sed non *donationis* habet. [53]) Codd. omnes *ut in*, sed perperam me iudice, cum ista Auth. citatio ad *corrigi* referenda videatur. [54]) In Mo. 3 *cõ 1 et 2;* in ceteris *et Coll. I. et II.* [55]) Deest in Mo. 2.

pactum de dote vel eius parte [56]) retinenda, ut Cod. de pactis conv. *Ex morte* (L. 9) et in Auth. de aequalit. dot. § 1 [57]); ex lege, ut pro adulterio mulieris, nam divortio [58]) propter mulieris adulterium facto [59]) mulier dotem amittit, ut in Auth. ut liceat matri et aviae § *Quia vero* Coll. VIII. (Nov. 112. c. 5). Similiter mortua uxore intestata, deficientibus parentibus, liberis et propinquis, vir [60]) succedit uxori, similiter et uxor viro, ut Cod. unde vir et uxor L. 1. — § 6. Ex his apparet, quod ubi [61]) uxor separatur [62]) pro suo delicto veluti pro adulterio, ibi [63]) maritus dotem reddere non tenetur, ut diximus supra et Cod. de iure dot. *Si dotem* (L. 24); ubi autem pro licita causa separatur, tota dos quam dedit ei est reddenda [64]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 20) et Dig. sol. matrim. L. penult. § *Mulier* (§ 4). — § 7. Sequitur videre, cui sit reddenda; et utique [65]) dos a patre profecta ad eum redire debet [66]), ut Cod. soluto matrim. *Dos* (L. 4), et hoc verum est filia in matrimonio decedente; ceterum divortio ea vivente facto, dos patri et filiae reddenda est, non alteri tantum, ut Dig. soluto matr. L. 2 et L. *Post dotem* (L. 40). Si vero dos sit [67]) adventitia, reddenda est mulieri, ut Dig. sol. matr. L. 2, nisi ille qui dedit pro muliere stipulatus sit, eam sibi reddi [68]), ut Dig. soluto matr. *Quotiens* (L. 29). Quod autem dixi [69]), quod dos a patre profecta redit [70]) ad patrem, sic intelligunt [71]) quidam iuris praeceptores, scil. si [72]) mulier decedat sine liberis, alioquin remanet penes liberos, ar. Dig. soluto matrim. L. *Post dotem;* alii vero dicunt contra. — § 8. Debet autem reddi dos, si consistit in rebus immobilibus [73]), statim [74]) soluto matrimonio, si vero sint [75]) res mobiles, infra annum, ut Cod. de rei uxoriae actione *Rem in praesenti* (L. 1) § *Cum autem* (§ 7).

§ 9. Illud in summa notandum, quod maritus in dote reddenda non condemnatur nisi in quantum facere potest [76]), scil. [77]) habita ratione eius, ne egeat, ut apparet ex praedicta L., scil. [78])

[56]) In Mo. 3 *de dote parte.* [57]) Codd. hic quoque omnes, ne Mo. 3 quidem excepto, habent *Coll. I;* Li. pro *in Auth.* ponit *infra.* [58]) Ha. *divortium,* Li. *ad divortium . . factum.* [59]) Mo. 2 *ut pro adult. mul. divortium sit factum.* [60]) Omittit idem. [61]) Iidem deest in Mo. 2, in quo et mox *pro suo delicto veluti* desiderantur. [62]) Ha. *vir et uxor separantur;* in Mo. 3 deest *uxor;* Vi. addit *a viro,* et mox omittit *pro.* [63]) Mo. 2 omittit. [64]) Ha. *restituenda.* [65]) Mo. 2 non habet *et;* in Pa. legitur *utrisque,* in Mo. 3 *itaque.* [66]) Vi. *debebit,* Mo. 2 *reddi.* [67]) Mo. 2 omittit. [68]) Li. *illam reddi,* omisso *sibi;* Mo. 2 *illam* pro *eam.* [69]) In Mo. 1 et Pa. legitur *dixit.* [70]) Mo. 2 *reddi.* [71]) Pa. *intelligitur.* [72]) Idem *sed,* Li. et Mo. 3 *si,* omisso *scil.* [73]) Mo. 3 *mobilibus.* [74]) Li. omittit, sive potius pro *statim* habet *constitutis.* [75]) Pa., Mo. 1 et Vi. *sunt.* [76]) Vi. *poterit.* [77]) Omittitur in Mo. 1. [78]) Sic in Mo. 2. 3 et Vi.;

Rem in praesenti, quod privilegium transit etiam ad [79]) filios eiusdem matrimonii, ut Dig. soluto matr. [80]) *Etiam* (L. 18), non autem ad alios heredes, ut Dig. soluto matr. *Maritum* (L. 12). Sed et [81]) illud notandum, quod si quid lucretur maritus communiter [82]) cum uxore, secuto [83]) divortio et illud dividi debet, ut infra eod. *Significavit* (c. 3; - Gr. c. 2. IV. 20), ad instar sociorum, ut Cod. pro socio L. 2 et 3. — § 11. Illud etiam non est omittendum [84]), quod licet quaestio de dote et [85]) civilis sit et inter seculares personas, ideoque [86]) principaliter ad iudicem pertineat [87]) secularem, quia tamen accessorium est [88]) et quasi sequela [89]) causae matrimonii, quae est spiritualis [90]), non incongrue per quandam consequentiam etiam ad ecclesiasticum iudicem spectat, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. IV. 20), 2 (Gr. n. p.) et 3 (Gr. c. 2 ibid.) et supra de coniugio servor. *Proposuit* (c. 2; Gr. c. 2. IV. 9). — § 12. Praeterea et [91]) illud notandum, quod in reddenda dote maritus impensas in res dotales [92]) factas poterit retinere, et hoc in necessariis, ut Dig. de impensis in reb. dotal. L. 1 [93]), utiles autem recuperat per mandati vel [94]) negotiorum gestorum actionem [95]), ar. ibidem L. *Voluptuariae* (L. 7); sed et voluptuarias [96]) abradet [97]) absque damno mulieris, ut ibidem *Pro voluptuariis* (L. 9). Multa praeterea [98]) de dotibus essent dicenda; sed haec ad praesens sufficiant, ne ultra propositum [99]) evagemur [100]).

TITULUS XXII.

De secundis nuptiis.

Egimus de primis nuptiis; nunc de secundis agamus. Videamus ergo [1]), quae dicantur secundae nuptiae, et [2]) quibus prohibitae quibusque permissae, et an debeant benedici secundo [3])

alias deest. [79]) Ha. *usque ad.* [80]) Huius rubricae repetitione inductus omisit in Li. librarius quae sequuntur. [81]) Li. omittit *et.* [82]) Deest in Vi.; in Mo. 3 librarius primis litteris *com* scriptis lacunam adiecit. [83]) Ha. cum Pa. *soluto,* quod vitiosum esse atque aliorum lectioni postponendum palam est. [84]) Ha. *omittendum.* [85]) Deest in Li. *et.* [86]) Pa. *ideo;* Li. *de ea quae.* [87]) Vi. *pertinet.* [88]) Sic Mo. 2; alias *accessoria.* [89]) Deest *quasi* in Pa.; Li. *sequelae;* Mo. 3 *et quasi eidem est causae etc.* [90]) Omittit Vi. [91]) Deest in Ha. [92]) Li. *re dotali,* Mo. 2 *rebus dotalibus.* [93]) Mo. 2 *de imp. invenies L. 1.* [94]) Pa. *mandatis;* in Mo. 3 deest *vel.* [95]) Pa. *accusatione.* [96]) Li. cum Mo. 2 hic et mox *voluntariae.* [97]) Mo. 3 *abraderet.* [98]) Pa. *interea.* [99]) Vi. *proprium.* [100]) Sic Li., Mo. 2 et Pa., necnon Ha., qui *evagentur* legit, et Mo. 3, ubi *evagemus;* Mo. 1 et Vi. *devagemur.*

Tit. 22. — [1]) Ha. et Vi. *igitur.* [2]) Deest *et* in Pa. [3]) Li. *Sed secundo*

nubentes, et infra quod tempus mulier possit ad secunda vota transire [4]).

§ 1. Secundae nuptiae dicuntur, quae primas sequuntur [5]), et primas dico [6]), quae fuerunt legitimae vel in facie ecclesiae pro legitimis habitae; similiter et secundas, ar. supra qui filii sint legitimi c. 2 (Gr. c. 2. IV. 17). — § 2. Prohibitae sunt clericis, ut Di. XXVI. *Una tantum* (c. 4) et Di. XXXII. *Seriatim* (c. 14) et Di. LXXXIV. *Quisquis* (c. 5); non tamen [7]) usque adeo haec prohibitio valet [8]), ut contractum debeat [9]) separari [10]), quia non ad hoc facta est prohibitio, ut contractus esset illicitus, sed quia per hoc clericus impeditur a sacrorum ordinum promotione, ut continetur [11]) in illo cap. *Seriatim*. Illud tamen sciendum [12]), quod quamquam sacerdotibus orientalis ecclesiae liceat accipere uxores, non tamen licet [13]) alicui eorum secundam accipere, et si acceperit, separatur [14]), ut Di. XXVIII. *Presbyterum* (c. 16), quia [15]) „non legales nuptias" magister Gratianus intelligit secundas, ut Di. XXXI. § ult. (dict. Grat. ad c. 6). Ego autem nullius [16]) addictus [17]) iurare [18]) in verba [19]) magistri dico, posse rationabiliter accipi [20]) „non legales nuptias", scil. primas, quas scienter contra canones contraxit [21]); nam pro tali delicto etiam in ecclesia occidentali et matrimonium separatur et contrahens deponitur, ut Di. XXVII. *Presbyteris* (c. 8) et Di. XXVIII. *Decrevimus* (c. 2). Ceterum laicis nec secundae nec tertiae [22]) nec ulteriores nuptiae ullatenus [23]) prohibentur, ut C. XXXI. qu. 1 *Aperiant* (c. 11), *Deus* (c. 12). — § 3. Secundo autem nubentes benedici [24]) non debent, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 3. IV. 21) et C. XXXI. qu. 1 *De his* (c. 8). Est tamen haec quarundam ecclesiarum consuetudo, ut non ad virum, sed ad mulierem consideratio [25]) habeatur; nam mulier primo nubens benedicitur, cuicunque [26]) nubat, sive agamo sive monogamo sive bigamo [27]), mulier vero secundo nubens non benedicitur. Ea vero nocte, qua benedicuntur, debent a coitu

Nubentes. [4]) Mo. 2 et 3 cum Vi. *migrare.* [5]) Pa. et Mo. 3 *secuntur.* [6]) Omittitur in Pa. [7]) Li. *non* ad *quisquis* trahit, omissisque *tamen* et quae post *valet* sequuntur, sic habet: *usque adeo haec proh. valet ut contractus esset illicitus.* [8]) Mo. 3 *valeat.* [9]) Vi. *ut contr. dirimat,* Pa. *ut valeat etc.* [10]) Omittit Mo. 1. [11]) Deest in Vi. [12]) Mo. 2 *notandum.* [13]) Ha. et Pa. *liceat.* [14]) Li. cum Mo. 2 et 3 *separabitur.* [15]) Omittit Mo. 2. [16]) Vi. *nulli.* [17]) Pa. et Mo. 2 *additus.* [18]) Deest in Li. [19]) Vi. *verbo.* [20]) Idem omittit. [21]) Li. perverse habet *non legales nuptias sed primas contraxit scienter contra canones.* [22]) Desunt in Li. [23]) Pa. et Mo. 2 *nullatenus.* [24]) Mo. 3 vitiose *secundo autem dici nubentes non debent.* [25]) Mo. 3 *confid'am.* [26]) Idem *quicunque.* [27]) Li. *angomo sive monagomo.* [28]) Li. habet *convolandi,* moxque omittit *est.*

abstinere pro reverentia benedictionis, ut Di. XXIII. *Sponsus* (c. 33). § 4. Tempus autem transeundi [28]) ad secundas nuptias est, quod [29]) secundum leges mulieri praefigitur annus [30]), in quo [31]) debeat lugere [32]) defunctum maritum, alioquin infamatur [33]), nisi principis licentia nupserit [34]), ut Cod. de secundis nupt. L. 1 et Cod. ad SCtum Tertullian. *Si qua* (L. 4) et Dig. ex quib. caus. infam. irrog. L. 1; potest tamen infra id [35]) tempus desponsari, ut ibidem L. *Solet* (c. 10) § 1 [36]). Hodie vero per auctoritatem Apostoli et per canones potest absque infamia nubere statim, mortuo viro [37]), ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 4 ibid.) et ar. C. II. qu. 3 § *Hinc colligitur* (dict. Gratiani ad c. 7). Utrum autem [38]) lucrum a priori marito [39]) proveniens [40]) debeat amittere, ut in Authent. de nuptiis § *Primae* [41]) (Nov. 22. c. 22), dubitandum videtur [42]), quia licet ab infamia per canones defendatur, non [43]) tamen reperitur a pecuniaria poena defensa; clementior [44]) tamen est sententia, ut nec [45]) pecuniariter [46]) puniatur, quia, ubi non est culpa, non est [47]) poena infligenda [48]), ut ar. Di. V. *Si mulier* (c. 2), *Ad eius* (c. 4) et Di. L. *Quantum* (c. 48) et C. VII. qu. 1 *Quamvis triste* (c. 14) et supra de constitut. c. 2 (Gr. c. 2. I. 1). Illud etiam [49]) notandum, quod nec secundum leges, nec secundum canones vir prohibetur statim contrahere, ut in Auth. de nuptiis § *Primae* [50]).

[29]) Omittit Mo. 2. [30]) Idem *praefigatur f. annus.* [31]) Ha. *scil. in quo.* [32]) Sic Mo. 1 et Pa. cum Vi.; Ha. et Li. *plangere;* Mo. 3 *eligere.* [33]) Li. *infamat mat'.* [34]) Ha. et Li. *nupsit,* Mo. 2 *nubat.* [35]) Deest *infra,* quod habent omnes praeter Vi. (*intra*), in Pa.; Li. *ad* pro *id.* [36]) Mo. 3 *potest tamen ad tempus de sponsis, ut ibidem legi solet § 1.* [37]) Pa. *mortuo primo viro.* [38]) Deest in Li. [39]) Idem *matrimonio.* [40]) Vi. *veniens.* [41]) Mo. 3, sed solus *primo.* [42]) Pa. *dubitantur.* [43]) Li. omittit *non.* [44]) Pa. *dëffior.* [45]) Mo. 1 et Vi. *ne.* [46]) Mo. 2 *pecunialiter.* [47]) Pa. pro *non est* habet *nec.* [48]) Li. *infigenda.* [49]) Deest in Pa. [50]) Dubium esse nequit, quin Bernardus ad verba c. 22 cit.: *sed viri quidem ibunt omnino omni observatione liberi* et respexerit lectoremque voluerit remittere; cum vero c. 22 non verbo *primae,* quod hoc loco omnes prorsus Codd. exhibent, sed his incipiat verbis *Si qui vero prioribus,* hinc datur intelligi, quod finis cap. 21 *Primae siquidem nuptiae ... dispositae sint,* si non in omnibus eius temporis Cod. libris, certe in Bernardi ad c. 22 pertinuerit eiusque initium efformaverit.

LIBER QUINTUS [1].

TITULUS I.

De accusationibus [2].

In Christi nomine [3]. Incipit liber quintus de criminibus et poenis.

Duo sunt genera causarum, civilis scil. et ecclesiastica; civilis est, cuius examinatio et diffinitio ad civilem [4]) iudicem spectat, ecclesiastica, quae est ab ecclesiastico iudice cognoscenda et diffinienda. Civilis alia pecuniaria, alia criminalis; pecuniaria, in qua [5]) de pecunia agitur, nomine autem pecuniae intelligitur quicquid homines habent [6]), ut C. I. qu. 3 *Totum* [7]) (c. 6) et Dig. de verbor. signif. *Pecuniae* (L. 222); criminalis, in qua de crimine tractatur. Similiter ecclesiastica alia pecuniaria, alia spiritualis, alia criminalis; pecuniaria, in qua aliqua ecclesiastica persona de pecunia [8]) convenitur, ut praedio, equo, bove, denariis [9]); spiritualis [10]), in qua [11]) de spiritualibus agitur, ut de ecclesiis, decimis, primitiis, oblationibus [12]), sepulturis [13]); criminalis [14]), in qua de crimine agitur. Et est sciendum [15]), quod crimen aliud ecclesiasticum, aliud civile; ecclesiasticum, quod ab [16]) ecclesiastico iudice [17]), civile, quod a civili [18]) examinari et puniri debet; ecclesiasticum, ut simonia, usura; civile, ut adulterium, furtum. Si ergo laicus super civili crimine impetatur [19]), ad civilem iudicem est eundum, si vero de [20]) ecclesiastico, solus ecclesiasticus iudex [21]) est adeundus [22]); sic et [23]) in spiritualibus [24]), ar. C. XI. qu. 1 *Placuit ut quisquis* (c. 43), *De diversis*

Tit. 1. — [1]) Mo. 3 excepto, in omnibus praemittitur *Incipit.* [2]) Ha. perperam *de criminibus et poenis.* [3]) Desunt ista in Mo. 2 et Vi. [4]) Pa. *secularem vel civilem.* [5]) Mo. 3 *quam.* [6]) Li. *habeant.* [7]) Vi. *per totum*, sed falso. [8]) Pa. non habet *de pecunia.* [9]) Omittit Vi.; Mo. 2 *et denariis.* [10]) Ha. cum Mo. 2 addit *vero.* [11]) Quae sequuntur usque ad *de crimine agitur*, desunt *in* Li. [12]) Ha. atque Pa. *et oblationibus.* [13]) Mo. 2 nec *ecclesiis* habet nec *sepulturis.* [14]) Mo. 2 perperam *de criminalibus.* [15]) Pa. *notandum.* [16]) Mo. 1 et Vi. *de.* [17]) Mo. 3 adiicit *punitur.* [18]) Ha. addit *iudice.* [19]) Pa. *impedlitur.* [20]) Deest in Pa. [21]) Vi. omittit. [22]) Ha. *advocandus*, Mo. 3 *adeundum.* [23]) Li. et Pa. sequi placuit; in Ha. legitur *sic* omisso *et*, in ce-

(c. 44), *Si quis cum clerico* (c. 45); si autem clericus fuerit impetitus, sive de ecclesiastico sive de civili crimine, non debet nisi sub ecclesiastico iudice respondere, ut eisdem capit. comprobatur [25]). Cum igitur in superioribus tractatum sit de pecuniariis [26]) et spiritualibus causis, restat agere de criminalibus; sed quoniam criminales per accusationem proponuntur, prius [27]) de accusationibus praemittamus [28]), ut ordine congruo res procedat. Videamus igitur, quid sit accusatio, quae eius species [29]), quis accusare possit, quis accusari, et [30]) an inscribere debeat accusator, an [31]) sine accusatione possit aliquis condemnari, et de abolitione [32]).

§ 1. Accusatio est alicuius de crimine apud iudicem delatio [33]); nam [34]) si non apud iudicem fiat, infamatio est, non accusatio. § 2. Accusare vero potest, qui non prohibetur, quia cuncta [35]) licent nisi decreto vel lege vetentur, ut supra de despons. impub. c. 1 (Gr. n. p.) et Di. V. *Baptizari* (c. 3). Prohibentur autem [36]) quidam accusare [37]) propter sexum, ut mulieres; alii [38]) propter aetatem [39]), ut pupilli; alii propter magistratum [40]), ut consules; alii propter sacramentum, ut milites, qui iuraverant [41]) se non evitaturos [42]) periculum pro republica; alii propter delictum, ut criminosi et [43]) infames; alii propter suspicionem [44]) turpis quaestus, ut ille [45]), qui duos [46]) in diversis iudiciis accusaverit [47]) iudicio nondum finito [48]), et ille qui [49]) nummos ob [50]) accusandum vel non accusandum accepit [51]), qui et [52]) concussionis crimine tenetur, ut Dig. de concuss. L. 2; alii propter conditionem suam, ut liberti contra patronos; alii propter suspicionem calumniae, ut qui falsum testimonium subornati [53]) i. e. instructi dixerunt [54]); alii propter paupertatem, ut qui minus quam [55]) L aureos habent. Haec invenies [56]) C. II. qu. 1 *Prohibentur* (c. 14) et Dig. eod. *Qui accusare*

teris *sicut.* [24]) Mo. 2 et 3 cum Vi. addunt *causis.* [25]) Li. *approbatur.* [26]) Pa. *pecuniaribus.* [27]) Ha. et Pa. *primo.* [28]) Ha. et Mo. 2 *praeponamus.* [29]) Ista verba, in omnibus Codd. obvia, reiicere nolui, quamvis de accusationis speciebus Bernardus non egerit expressim. [30]) Deest *et* in Li., nec male. [31]) Ha. *et an.* [32]) Idem *absolutione.* [33]) In Ha. omittitur *de crimine* legiturque *dilatio.* [34]) Mo. 2 pro *nam* habet *et.* [35]) Omittit Mo. 3. [36]) Deest in Mo. 2. [37]) Ha. *accusari.* [38]) Ha. *quidam.* [39]) Pa. *accusare propter aetatem*, omissis intermediis. [40]) Li. *magnatum.* [41]) Ha. *iuraverunt*, Li. *iurant*, Mo. 3 *iurantur.* [42]) Pa. *curaturos.* [43]) Vi. *vel.* [44]) Mo. 3 *suspectionem.* [45]) Ha. omittit. [46]) Pa., Li. et Mo. 2 *duo.* [47]) Pa. et Mo. 3 *accusavit.* [48]) Ha. *nondum inito*, Pa. *non definito.* [49]) Ha. omittit *ille qui.* [50]) Sic Mo. 2 et 3 cum Vi.; ceteri *ad accusandum.* [51]) Li. *acceperit.* [52]) Sequor Mo. 2; alii aut *et qui* habent, aut *qui* tantum. [53]) Mo. 1 *subortati.* [54]) Li. *dixerint.* [55]) Deest in Ha. [56]) Sic Mo. 3; Ha. et Mo. 2 *hanc prohibitionem*, Li. *hanc probationem*, ceteri *hoc;* sola autem, quam recepi, vera videtur lectio, cum loci laud. ad omnia spectent, quae prae-

(L. 8). Hi tamen omnes, si [57]) suam suorumque iniuriam prosequuntur [58]), recte admittuntur [59]), ut ibidem habetur et C. IV. qu. 6 *Omnibus* (c. 2); item admittuntur [60]) in criminibus [61]) laesae maiestatis, haeresis [62]), simoniae, fraudatae [63]) annonae publicae, ar. C. II. qu. 1 *Prohibentur* (c. 14) et C. XV. qu. 3 *In quaestionibus* (c. 3. § 3), *Sane* (c. 4), *Nemini* (c. 5). Praeterea licet generaliter mulier prohibeatur, tamen specialiter admittitur in subtracto testamento [64]), ut Dig. eod. L. 2 [65]), idemque pupillis [66]) permittitur, ut ibidem habetur. — § 3. Sunt autem quidam, qui omnino [67]) accusari non possunt propter excellentiam summae dignitatis, ut Apostolicus et Imperator, qui super se [68]) iudicem non habent, nisi solum Deum, ut C. IX. qu. 3 *Nemo* (c. 13), *Aliorum* (c. 14), *Facta* (c. 15), nisi in crimine haeresis, ut Di. XL, *Si papa* (c. 6). Item magistratus non accusatur, nisi in his, quae [69]) circa [70]) magistratum deliquit [71]), ut C. II. qu. 1 *Prohibentur* (c. 14); potest tamen contra eos accusatio deponi, sed [72]) differtur causa [73]) usque in finem [74]) honoris, ut Dig. de adulter. *Si adulterium* (L. 38) § ult. et ar. Dig. de iniur. *Nec magistratibus* [75]) (L. 32). Sunt et alii, qui accusari prohibentur, ut legatus imperialis, similiter et papalis, praeses provinciae, consul Romanus, ut Dig. eod. *Hos* (L. 12). Sunt etiam quidam, qui in ius vocari non debent, ut consul, praefectus [76]), proconsul et ceteri, de quibus dicitur [77]) Dig. de in ius vocando fere per totum. Sunt etiam [78]) quidam, qui ibi respondere non debent, ubi [79]) alias conveniri [80]) possunt, ut illi qui habent ius revocandi domum [81]), ut Dig. de iudiciis L. 2. Praeterea nullus laicus admittitur in accusationem [82]) sacerdotis vel clerici, nisi suam vel suorum [83]) iniuriam prosequatur, ut infra eod. *De cetero* (c. 10; - Gr. n. p.) et C. II. qu. 7 [84]) c. 1. 2. 3. 4. 5 et 6; quin immo, quod [85]) plus est, nullus potest accusare

cedunt. [57]) Li. *qui;* in Mo. 3 deest *omnes*, qui et mox omittit *suorumque*. [58]) Ha. *prosequantur*. [59]) Quae sequuntur usque *in criminibus*, desunt in Pa. [60]) Mo. 3 omittit supponitque *et*. [61]) Ha. et Mo. 2 *crimine*. [62]) Ha. *hereseos*. [63]) Idem cum Li. et Mo. 2 *fraudati census, annonae etc.* [64]) Mo. 1 et Pa. *substructo*, Ha. *testimonio*. [65]) Mo. 1, Pa. et Vi. *L. 3*, at male. [66]) Sic Ha. et Mo. 3, necnon ex correctura Mo. 1; *pupillus* in ceteris Codd., quorum et Li. habet *ideoque*. [67]) Deest in Mo. 3. [68]) Omittit Pa. [69]) Li. *nisi ideo quod*, Mo. 2 *nisi in id quod*. [70]) Mo. 3 *cura*. [71]) Pa. *delinquit*. [72]) Ha. *sed et*, Mo. 2 *et*. [73]) Pa. *defertur eam*, Mo. 1 *differunt eam*. [74]) Ha. *ad finem*, Pa. *in fine*. [75]) Sic Mo. 3; in ceteris deest *nec*. [76]) In Mo. 2 bis, omisso *proconsul*. [77]) Vi. *habetur;* neutrum adest in Mo. 2. [78]) Mo. 3 *tamen etiam*. [79]) Mo. 1 et Pa. pro *ũ* habent *ñ i. e. nisi*, ideoque *possent*. [80]) Li. *quaeri*. [81]) Pa. *donum*. [82]) Ha. et Pa. tam hic quam postea *accusatione;* Mo. 3 *ad accusationem*. [83]) Li. *suorumque*. [84]) Tam in *C.* quam *qu.* numeris variant Codd.; sed palam est, Bernardum ad C. II. q. 7 remittere voluisse. [85]) Pa.

sacerdotem, nisi sit talis, qui possit esse sacerdos, ut C. II. qu. 7 *Testes* (c. 39) et C. VI. qu. 1 c. 1 et 2, unde et illud [86]), quod habetur ibi, scil. [87]) „minores in accusationem maiorum non sunt admittendi", ut C. II. qu. 7 *Clericus* (c. 10), *Maiorum* (c. 11), sic intelligi potest: „si videlicet talis est minor [88]), qui ad ordinem maioris ascendere non possit." Item ab alio [89]) accusatus ab alio de eodem [90]) crimine accusari non potest [91]), eadem accusatione pendente [92]), ut Cod. eod. *Qui de crimine* (L. 9) et Dig. eod. *Hi* (L. 11) § ult. Item absolutus de aliquo crimine de eodem accusari [93]) non potest, ut infra eod. *De iis* (c. 4; - Gr. c. 4. V. 1), nisi ille qui nunc accusat ignoraverit [94]) de priori accusatione vel, si scivit [95]), probet priorem accusatorem praevaricatum [96]), ut Dig. eod. *Si cui* (L. 7) § 1 et Cod eod. *Si quis homicidii* (L. 11) et Dig. de praevaricat. L. 3; simile [97]) Dig. de lib. hom. exhib. *Quod* § *Hoc interdictum* (L. 3. § 9) et Dig. de divers. tempor. praescript. *Inter quatuor* (L. 10) [98]); et hoc verum est, ubi adhuc vivit prior accusator, ceterum eo defuncto [99]) sufficit, si in modum [100]) replicationis probet praevaricationem [101]), ut Dig. de iure fisci *Eius qui delatorem* (L. 29) et ar. Cod. ubi causae fiscales L. 1. Secus autem puto, ubi finita est causa per transactionem; nam non [102]) credo transactionem accusanti [103]) alii obstaturam, ut Cod. Inter alios acta [104]) L. 2. — § 4. Debet autem inscribere accusator ex ordine et [105]) regulari iure, ut C. IV. qu. 4 *Nullus introducatur* (c. 2) et C. II. qu. 8 *Accusatorum* (c. 1), *Quisquis* (c. 2) et Cod. eod. *In causis* (L. 16) et Cod. de his, qui accus. non possunt *Qui crimen* (L. 3). Sciendum est autem [106]), quod triplex est accusatio [107]), scil. infamantis, denuntiantis, et sollemniter accusantis; prima prohibetur, secunda nonnunquam [108])

quia. [86]) Sic Li., Mo. 2 et 3 atque Vi.; in aliis deest *et*. [87]) Codd. alii ponunt *i*, quod *i. e.* aut *ibi* significaret, alii *f.*, quod *scil.;* utramque lectionem placuit recipere. Ceterum non verbotenus summae auctor cap. cit. refert verba. [88]) Li. *maior*. [89]) Ha. *uno*, Mo. 1 et Vi. *aliquo*. [90]) Pa. *ab*, Li. *eo*. [91]) Quae antecedunt inde a *si videl.* exciderunt in Mo. 3. [92]) Pa. *praecedente*, Mo. 3 *eidem;* Mo. 2 ante *eadem* interserit *ut I. eod. De his*. [93]) Pa. *idem absol. etc. accusare*. [94]) Sic Mo. 1; in ceteris, excepto Mo. 3, qui habet *ignorat*, legitur *ignoravit*. [95]) Li. *sciverint*. [96]) Pa. *accusationem praevaricatam*. [97]) Mo. 2 pro *simile*, quod ceteri habent omnes, ponit *et*. [98]) Iste locus nec in Mo. 2 nec in Vi. laudatur. [99]) Mo. 3 *eodem fcō*. [100]) Ha. habet *odium*. [101]) Ha. *praevaricatorem*. [102]) Pa. *tunc*. [103]) Ha. *accusari*. [104]) Mo. 1 et 3 cum Pa. *res inter etc.*, Ha., Li. et Mo. 2 *quae res inter etc.* [105]) Mo. 1 *exordio*, Pa. *ex ordio;* Mo. 3 omittit *et*. [106]) Li. *tamen;* Vi. omittit *est*. [107]) In Mo. 2 *excommunicatio*, quod tamen ad marginem quis curavit corrigendum. [108]) Sic Mo. 3, qui *praecipitur* non habet, necnon Vi., quos, licet ceteri omnes omittant *non*, ex c. *Quapropter* cit. auctoritate non dubius eram, quin sequerer.

praecipitur, tertia permittitur; de prima legitur Di. XLVI. *Accusatores* (c. 4), de secunda in C. II. qu. 7 [109]) *Quapropter* (c. 47), de tertia in C. II. qu. 8 *Quisquis* (c. 2); in prima et in [110]) secunda non est inscribendum, in tertia inscribi [111]) oportet. Item crimen in iudicio intenditur aliquando per exceptionem, aliquando [112]) per sollemnem, ut diximus [113]), accusationem; per exceptionem vel contra accusatorem, ut removeatur ab accusando, vel contra testem, ut removeatur a testificando. Ubi crimen intenditur per exceptionem, non est inscribendum, quia non intenditur, ut ipse cui obiicitur legitimis poenis subdatur, sed ut [114]) ab accusando vel testificando [115]) removeatur, ut ar. Di. XXIII. *Illud* (c. 5) et C. II. qu. 7 *Si qui* (c. 17), *Quaerendum* (c. 18) et C. VI. qu. 1 *Qui crimen* (c. 6) et supra de testib. *Super eo* (c. 12; - Gr. c. 13. II. 20), *Porro* (c. 13; Gr. n. p.); ubi vero intenditur per sollemnem accusationem, est, ut diximus, inscribendum [116]). Praeterea de crimine agitur aliquando civiliter, aliquando criminaliter; civiliter, ut in [117]) pecuniariam poenam vel aliam non criminalem, criminaliter, ut ad legitimam poenam; ubi civiliter agitur, non oportet inscribi [118]), ubi vero criminaliter, tunc inscribi oportet [119]). Quod autem crimen [120]) et civiliter et criminaliter intendatur, habes [121]) ar. Cod. ad L. Corn. de falsis *Si docueris* (L. 9), *De fide* (L. 16) et Dig. de privatis delictis L. ult., et Dig. de furtis L. ult. Qualiter autem libellus accusationis sit faciendus, habes Dig. eod. *Libellorum* (L. 3). Excipiuntur quidam casus, in quibus non [122]) oportet inscribi, ut ea quae per officiales nuntiantur, crimen abigeatus [123]) i. e. [124]) furti totius gregis, vel [125]) ubi maritus de adulterio agit [126]) iure mariti, ut C. IV. qu. 4 § *Aliquando* (Grat. dict. ad c. 2). — § 5. Sequitur [127]), an sine accusatione [128]) possit aliquis condemnari, et quidem iudicis non est, sine accusatore [129]) damnare, ut C. II. qu. 1 *Nihil* (c. 4), *De Manifesta* (c. 17) et C. V. qu. 2 *Relatum* (c. 3); hinc etiam Dominus [130]) peccatricem absolvit dicens: „Ubi sunt, qui te accusa-

[109]) Mo. 3 sic pergit: *quisquis in una prohibetur, secunda nonnumquam prohibetur, tertia permittitur; de prima legitur Di. XLVI. Accusatores. In prima et etc.* [110]) Mo. 3 et Vi. omittunt *in.* [111]) Priori loco Pa., hoc loco Ha., in utroque Li. habent *scribere* pro *inscribere.* [112]) Li. et Mo. 3 omittunt quae sequuntur usque ad *vel contra accusatorem.* [113]) Desunt in Mo. 2. [114]) Ha. *ut si.* [115]) Mo. 2 omittit. [116]) Li. *adscribendum.* [117]) Idem cum Mo. 2 et 3 *ad.* [118]) Pa. *subscribi.* [119]) Mo. 3 tam *agitur*, quam *vero* et *tunc* omittit. [120]) In Pa. ex correctura additum est. [121]) Ha. et Pa. *habemus.* [122]) Deest in Mo. 3. [123]) Pa. *abigeamus.* [124]) Deest in Li. [125]) Idem *et.* [126]) Pa. *ait.* [127]) Li. addit *autem;* Mo. 3 *Quaeritur.* [128]) Ha. *accusatore.* [129]) Pa., Li.

bant etc., nec ego te condemnabo" [131]). Ceterum ubi crimen est notorium, non indiget accusatione, ut infra eod. *Evidentia* (c. 11; Gr. c. 9. V. 1) et C. II. qu. 1 *Manifesta* (c. 15), *De manifesta* (c. 17) [132]); praeterea quae in iudicio publicantur, non requirunt accusationem, ut Dig. de adulter. L. 2 § *Si in publico* (§ 5) et ar. C. II. qu. 3 § *Notandum* (Grat. dict. ad c. 8) et qu. 3 *Qui non probaverit* (c. 3) et Cod. de testibus *Nullum* (L. 14) et Dig. de suspectis tutor. *Tutor* (L. 3) § 1. Nec omitto, quod apud Bononiam studii matrem [133]) didici; quidam laicus ecclesiae [134]) praelatum de dilapidatione [135]) accusabat, dubitabatur [136]), an esset admittendus; responderunt utriusque iuris periti [137]), distinguendum, an accusabat eum [138]) ad depositionem, an ad hoc, ut accusato [139]) daretur coadiutor [140]); primo casu non recipiendum, quia criminaliter agit [141]), secundo recipiendum, ut [142]) ei coadiutor detur sicut in simplicitate laboranti, ut C. VII. qu. 1 *Quia frater* (c. 18). — § 6. [143]) Restat [144]) agere [145]) de abolitione. Abolitio est institutae accusationis peremtio, fit autem tribus modis, scil. publice, privatim [146]) et ex lege; publice, ob publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, vel ob diem insignem; privatim, ut ex gratia principis vel [147]) praesidis; ex lege, ut accusatore [148]) mortuo vel omnino ab accusatione [149]) desistente vel ex iusta causa sic impedito, ut accusationem prosequi non possit, ut Dig. ad SCtum Turpill. L. 1 § *Si quis* (§ 7) [150]) et L. *Abolitio, Vel, Aut* (L. 8—10). Quae [151]) autem fit publice, debet fieri altera parte praesente et cognita causa, non de plano, sed de pleno [152]) i. e. plenaria inquisitione [153]), ut Cod. de abolitionibus L. 2 et Dig. ad SCtum Turpillianum L. 1 § *Si quis.*

§ 7. Illud in summa notandum, quod levia crimina de plano

cum Mo. 2 et 3 *accusatione;* sed minus bene, uti ex cap. cit. patet. [130]) Omittit Ha. [131]) Cf. Evang. Joann. c. 8. v. 10 sqq. [132]) Istum locum non habent Li., Mo. 2 et 3. [133]) Li. *studui, artem.* [134]) Mo. 1 *nrl'e*, quod ipse librarius corrigere haud neglexit. [135]) In Ha. excidit *de*, in Mo. 3 *di.* [136]) Li. et Mo. 2 *dubitatur.* [137]) Sic omnes praeter Mo. 3, qui fortasse genuinam lectionem, scil. *respondit peritus legis* servavit. [138]) Deest in Li. [139]) Deest *ut* in Pa.; *ad hoc* in Mo. 3, qui mox habet *accusatio;* in Mo. 3 *ei* pro *accusato.* [140]) Quae sequuntur usque quo redit verbum *coadiutor*, exciderunt in Pa. [141]) Li. *urg̃.* [142]) Mo. 2 *scil. ut.* [143]) In Li. hic rubrica interserta est *de abolitione.* [144]) Mo. 3 addit *igitur.* [145]) Li. *videre.* [146]) Pa. hic et mox *private.* [147]) Li. *i.* pro *vel.* [148]) Pa. *accusatione*, ni forte fefellerit sigla. [149]) Li. pro *ab accusatione* ponit *accusatore* itidemque mox pro *impedito* habet *impedimento.* [150]) Sic Codd. omnes; ceterum *de abolitione* non tam in § 7 *Si quis*, quam in § 8 *Abolitio privatim* agitur, quam cum illa aut coniunctam in suis libris invenisse aut commutasse Bernardus videtur. [151]) Li. *quod.* [152]) Vi. repetit *de plano.* [153]) Ha. *plenarie. Inquisitione*, Li. *plena inquisitione.*

cognosci et puniri possunt, gravia vero plenariam requirunt inquisitionem, unde [154]) versus:

Discutitur plane leve crimen, sed grave plene [155]),

ut Dig. eod. *Levia* (L. 6). — § 8. Item servus [156]) accusari potest [157]), nisi in illis [158]) criminibus, ubi poena pecuniaria irrogatur, ut Dig. eod. *Hos* (L. 12) § 2 et 3, non autem accusare [159]), quia non habet personam standi in iudicio, nisi in illis maioribus causis, ut laesae maiestatis, haeresis, simoniae; item dominam suam de adulterio [160]) cum alio servo commisso accusare potest, quo in casu probato crimine meretur [161]) praemium libertatis [162]), ut C. XII. qu. 2 § *In criminali* (Grat. dict. § 3 ad c. 58); item si necem domini vindicando [163]) accuset homicidam, et in quibusdam aliis casibus, quos invenies Cod. quib. in caus. servi ac pers. liber. L. 1. 2. 3 et 4.

Haec de accusationibus sub [164]) quodam videor [165]) multiloquio ructuasse [166]), ut illud forte obiiciatur [167]): „In multiloquio peccatum non deerit;" sed teste Augustino [168]) absit, ut multiloquium putemus [169]), ubi sola utilia [170]) dicantur [171]).

TITULUS II.

De simonia et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur [1]).

Diximus de accusationibus criminum; nunc de criminibus adiungamus. Sed quoniam in ecclesiasticis quasi primum [2]) est crimen simoniae, prius de ipso dicamus; videamus igitur, quid sit simonia, unde dicatur, quibus modis contrahatur, quis ad accusandum vel testificandum [3]) admittatur, qua poena simoniacus puniatur, quae erga eum dispensatio fiat.

---

[154]) Mo. 3 *ut v. dicuntur*, qui et *planariam* habet. [155]) Ha. *discutitur plene grave crimen, sed leve plane;* in Mo. 3 deest *discutitur* legiturque *et* pro *sed*. [156]) Omittit Mo. 3. [157]) Idem et Li. *non potest*. [158]) Vi. *nisi de illis*, Mo. 3 *nisi illis*, Pa. *in simil*. [159]) Mo. 3 addit *potest*. [160]) Pa. addit *suo*. [161]) Pa. *inh'etur*. [162]) Li. *libertatem* omisso *praemium*. [163]) Pa. *sive rem domini iudicabo*. [164]) Vi. omittit. [165]) Mo. 3 *videar*. [166]) Pa. *mutuasse*, Li. *viduasse*, Mo. 2 *eructuasse*. [167]) Li. *forte pecc' abiiciatur;* Mo. 3 *ne illud etc.* [168]) Ha. praemittit *beato*. [169]) Sic Mo. 1; ceteri omnes habent *deputemus*. [170]) Deest in Mo. 3. [171]) Sic Vi.; Ha. et Mo. 2 *dicuntur*, Mo. 3 *discuntur*, Pa. et Mo. 1 *dentur*, Li. *dicamus*.

Tit. 2. — [1]) Istam rubricam, quam exhibent Mo. 1—3, ipsa itidem habet Bernardi collectio; in Ha. haec occurrit: *de simonia et qua pena symoniacus puniatur;*

§ 1. Simonia est studiosa cupiditas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum; spirituale, ut ordinem vel ecclesiam, spirituali annexum [4]), ut praebendam. — § 2. Dicitur autem simonia a Simone [5]) mago, primo in novo testamento huius malitiae auctore [6]), qui voluit emere gratiam spiritus sancti ab Apostolis, sicut [7]) et Giezi [8]) voluit vendere gratiam sanitatis Naaman Syro [9]). — § 3. Contrahitur autem simonia tribus modis, scil. a manu, ab obsequio et a lingua [10]). Munus a manu est [11]) pecunia in pactionem [12]) deducta [13]) vel extorta propter spiritualia; munus ab obsequio est servitus indebite impensa [14]), similiter ea pactione, ut spirituale [15]) conferatur; munus a lingua est favor seu gratia humana hoc pacto vel intentione impensus vel impensa [16]), ut spirituale aliquid sibi vel suo amico tribuatur [17]); de his habes [18]) C. I. qu. 1 *Sunt nonnulli* (c. 114). Item simoniaca dicitur ordinatio [19]), sive sit tantum in ordinando, sive in ordinatore, sive in [20]) utroque, sive in neutro, data tamen pecunia alicui consiliario [21]) episcopi [22]), ab [23]) amicis [24]) ordinandi; in ordinando tantum [25]), ubi ipse promittit pecuniam alicui consiliario episcopi, ipso [26]) episcopo ignorante; in ordinatore tantum, ubi amicus eius eo ignorante promittit episcopo [27]); in utroque, ubi ipsemet dat episcopo vel promittit; in neutro, quando [28]) utroque inscio [29]) amicus ordinandi dat vel promittit consiliario episcopi; de his habes [30]) C. I. qu. 1 *Statuimus* (c. 107), *Si qui a simoniacis* (c. 108). Scriptum est autem: „Non pretio, sed precibus ordinetur antistes" [31]), ut Cod. de episcop. et cleric. *Si quemquam* (L. 31); ceterum porriguntur preces ad se, a

---

in Li. desunt *vel promittatur*, in Vi. *et ne aliquid etc.* [2]) Pa. *in primis*. [3]) Li. *accusandus vel testificandus*. [4]) Pa. et Mo. 3 *spirituale ut praebenda*, omissis quae intercedunt. [5]) Deest in Mo. 3. [6]) Mo. 2 *actore*, Mo. 3 *auctoritate*. [7]) Ha. et Li. *similiter;* in Pa. deest *sicut*, in Vi. *et*. [8]) Vi. *Gechi*. [9]) Pa. *sciro*. [10]) In Mo. 3 deest *scil.* et *ab*, legiturque *vel* pro *et*. [11]) Sic Mo. 1 et Vi.; in ceteris tam hic quam mox aut omnino aut plerumque non occurrit *est*. [12]) Ha., Li., Mo. 3 et Pa. *in pactione*. [13]) Mo. 3 *devicta*. [14]) Pa. *inp'ssa*. [15]) Li. *si ea pact. spirituale etc.* [16]) Pa. *inprimens vel inpressa*. [17]) Mo. 3 *retribuatur* omisso *amico*. [18]) Ha. *habemus*. [19]) Vi. *simoniaci ordinatio*, Mo. 3 *simonia dicitur sive etc.* [20]) Deest in Pa. [21]) Ha. hic atque mox *conciliario;* Vi. omittit *alicui*. [22]) Quae sequuntur usque ad *ipso episcopo*, exciderunt in Li. [23]) In Ha., Pa. et Mo. 2 praemittitur *ù*, quod sive *ut* legas sive *ubi*, aeque reliciendum erit; in illo librarius, quae sequuntur ex errore praecipiens neque delens, post *episcopi* addidit *ipso episcopo ignorante*. [24]) Pa. *episcopi ut amicus ordinandi*. [25]) Deest in Mo. 3. [26]) Vi. omittit. [27]) Sic omnes, praeter Vi., qui sic habet: *ubi amicus ordinandi promittit aliquid episcopo eo ignorante*. [28]) Pa. *quandoque*. [29]) Li. pro *utroque inscio* perperam habet *inscio ordinando* omittitque mox *ordinandi*. [30]) Ha. et Pa. *habemus*. [31]) Ha. *episcopus*, at male, uti ex L. 31 cit. patet, in qua etiam pro *non* occurrit *nec*,

se, et [32]) pro se; suspectae [33]) quidem sunt, quae a se [34]) et quae [35]) pro se porriguntur, nisi sint spirituales; laudabiles autem [36]) sunt, quae ad [37]) se, ubi scil. rogatur ordinandus, non rogat, unde sic est [38]) intelligendum „precibus [39]) ordinetur", scil. [40]) ad se porrectis [41]). § 4. Admittitur autem ad accusandum crimen simoniae [42]) quilibet, ut infra eod. *Tanta* (c. 16; - Gr. c. 6. V. 3), sicut et ad crimen [43]) laesae maiestatis, quia ista duo [44]) pariter proponuntur, ut C. XV. qu. 3 *Sane* (c. 4). Sic igitur [45]) infamis admittitur ad huius criminis accusationem, non tamen [46]) ad testimonium, quia accusatoris dictum nullam facit fidem sicut dictum testis, ar. C. II. qu. 7 *Testes* (c. 39) et in Auth. de testibus [47]) § 1 (Nov. 90. c. 1) et supra de testib. *Super eo* (c. 12; - Gr. c. 13. II. 19), *Porro* (c. 13; - Gr. n. p.) et C. II. qu. 4 *Praesul* (c. 2) et C. VI. qu. 1 *Qui crimen* (c. 6). Si tamen aliae non [48]) sunt probationes, et rei veritas per vilissimos [49]) testes possit melius declarari, in hoc et similibus [50]) criminibus subiiciuntur torturae, ut, dum poenis corpora solvuntur [51]), quae gesta sunt, fideliter et veraciter exquirantur, ut C. V. qu. 5 *Illi qui* [52]) (c. 4) et C. II. qu. 6 *In primis* iuxta finem (c. 7. § 13) et Dig. de quaestionibus [53]) L. 1 Responso primo et § 3 et 4 [54]). — § 5. Restat videre, qua poena simoniacus puniatur. Et certe [55]) punitur [56]) simoniacus depositione [57]) et infamia, ut C. XV. qu. 3 *Sane* (c. 4) et C. I. qu. 1 *Presbyter* (c. 3); sed et si in ipsa depositione non fiat [58]) mentio [59]) infamiae, tamen ex ipsa sententia infamatur, ut Di. XCII. [60]) *Si qui episcopi* (c. 6) et Dig. de his qui infam. no-

[32]) Li. omittit *et.* [33]) Idem *suspensae.* [34]) Mo. 3 vitiose *ad se.* [35]) In Ha. deest *et*, in Mo. 2 *quae;* in Mo. 3 quidquid inter *ad se* et *ubi scil.* intercedit. [36]) Mo. 2 *enim.* [37]) Ha. perperam *a se.* [38]) Pa. omittit *est;* Mo. 3 pro *sic* habet *supra.* [39]) Ha. *de precibus.* [40]) Sic Vi., Li. et Mo. 1; Ha. et Mo. 2 *sed a se*, Pa. *sed absque*, Mo. 3 *scil. a se.* [41]) Mo. 2 *porrectas.* [42]) Pa. omisso *autem* habet *ad accusationem simonie.* [43]) Li. *a crimine.* [44]) Omittit Mo. 2. [45]) Idem *ergo;* Mo. 3 non habet *sic.* [46]) Deest in Pa. [47]) Quae sequuntur, in Mo. 3 usque ad *super eo*, in Mo. 2 usque ad *et C. II. qu. 4 etc.* desiderantur. [48]) Deest in Mo. 2. [49]) Istis verbis in contextu non obviis parva in Mo. 3 relicta est lacuna. [50]) Li. *et hoc similibusque.* [51]) Sic Codd. omnes, aut *solventur;* at can. 4 cit. habet *subiiciuntur.* [52]) Codd. ad qu. 4 aut C. V. aut C. XI. (Pa.) remittunt omnes; sed falso, cum, quae praemittit Bernardus, ipsius can. 4. qu. 5 *sint* verba. [53]) Licet Codd. omnes habeant *condit.*, tamen in *quaest.* commutare non dubitavi; in hoc etenim solo tit. de tormentis sermo est, atque ipsius L. 1 glossa ordinaria ad c. 4. C. V. qu. 5 a Bernardo citatum s. v. *ita demum* remittit. [54]) Sic Li., Mo. 1 et Vi.; in Ha. atque Pa. legitur R*di* (i. e. *respondi*) *et § 3 et 4*, quasi isto verbo Bernardus citaverit §§ verba initialia; Mo. 2 *L. 1. § 3 et 4*, Mo. 3 *L. 1. § 1. § 3. § 4.* [55]) In Mo. 3 spatiolum vacuum adest. [56]) Pa. *punietur.* [57]) Quae sequuntur desunt in Pa., qui sic habet: *symoniacus depositione licet non fiat etc.* [58]) Mo. 2 *fuit.* [59]) In Mo. 3, qui et omittit *si* neque mox habet *tamen*, hic iterum occurrit lacuna. [60]) Pa.

tantur L. 2 § *Ignominiae* (§ 2). Praeterea pecuniam quam dedit repetere non potest, cum ex sua parte turpitudo versetur, ut Cod. de condiction. ob turp. caus. *Cum te* (L. 2), *Mercalem* (L. 5); immo debet eam [61]) illa ecclesia lucrari, cuius voluit sacerdotium comparare, ut in Authent. Quomodo oporteat episc. et reliquos § 1 iuxta fin. (Nov. 6. c. 1. § 9 init.) et de sanctissimis episcop. § 2 et 3 [62]) (Nov. 134. c. 2 et 3 in fin.). Canones tamen huiusmodi pecuniam reddi iubent, ut C. I. qu. 3 *Si quis dator* (c. 2) et C. XIV. qu. 6 *Si res aliena* (c. 1); quamquam ergo [63]) ille qui dedit non habet actionem ad reposcendum [64]), iudex tamen de officio suo debet praecipere, ut reddatur, ut cum Petro [65]) dicamus: „Pecunia tua tecum sit in perditionem" [66]); simile [67]) argumentum habetur C. XXIII. qu. 3 *Sex sunt* (c. 1) et Cod. de episc. et cler. *Si quis in hoc* (L. 10). Item ad poenam simoniaci pertinet, quod, ex quo de simonia fuerit accusatus, ita ut aliqua suspicio moveat [68]) iudicem, poterit ab officio suspendi, ut infra eod. *Accusatum* (c. 5), *Quotiens* (c. 4 et 5; Gr. c. 4. 5. V. 3); non tamen puto per unum testem aliquem de hoc crimine [69]) condemnandum, licet aliud [70]) videatur [71]) inf. eod. *Si dominus* (c. 3; - Gr. c. 3 ibid.); sed forte illud poterit [72]) intelligi de accusatore [73]), ut sit sensus „unius assertione [74])", scil. [75]) qualiscunque accusatoris accusatione; verumtamen dissonare videtur illa evangelii posita [76]) similitudo [77]), nam ibi [78]) dictum est: „Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo" [79]), sed largo modo testis [80]) dicitur, quando quis aliquid [81]) asseverat. — § 6. Superest [82]) videre, quae erga [83]) simoniacum dispensatio fiat; sed prius videamus, quid sit dispensatio. Dispensatio est canonici [84]) rigoris [85]) relaxatio pro aliqua rationabili causa, puta necessitatis, utilitatis [86]) vel pietatis; solus autem [87]) ille dispensare potest, qui et constituere potest, ut Apostolicus et synodus [88]); non ergo episcopus dispensare potest,

ad *X. qu. 2* remittit, at vero vitiose. [61]) Deest in Mo. 3. [62]) Sic Ha. et Mo. 2; ceteri *§ 2 vel 3.* [63]) Mo. 2 *igitur.* [64]) Ha. et Pa. *respondendum.* [65]) Cf. Act. Apost. c. 8. v. 20. [66]) Ha. et Pa. *perditione*, Mo. 2 *perdictionem.* [67]) Li. *similiter.* [68]) Mo. 3 *maneat.* [69]) Ha. addit *hic.* [70]) Sic omnes praeter Ha. et Li., qui habent *contra.* [71]) Mo. 3 *dici potest.* [72]) Pa. et Li. *potest*, Mo. 3 *potes*, omisso *illud.* [73]) In Pa. et Li. legitur *accusatione.* [74]) Huic verbo in Pa. vacuum relictum est spatium. [75]) Mo. 2 *id est.* [76]) Deest in Li. [77]) Quae antecedunt inde ab *accusatoris* desunt in Vi. [78]) Ha. et Mo. 3 *ubi*, Pa. *ibidem.* [79]) Cf. Evang. Ioann. c. 19. v. 22. [80]) Pa. *testimonium;* ceteri omnes *testis.* [81]) Sic Mo. 2 et Pa.; Mo. 1 et *quis cum aliquid*, Ha. et Li. *qui aliquid*, Mo. 3 *quidquid aliquis.* [82]) Vi. *restat.* [83]) Mo. 3 *circa.* [84]) Deest in Mo. 2. [85]) Sic Vi., licet solus, cum in aliis pariter scriptum invenias *vigoris.* [86]) Omittit Mo. 3. [87]) Deest in Mo. 2. [88]) Desunt haec

nisi ubi ei permissum invenitur, ut in canonibus poenitentialibus, non autem in poenalibus [89]), ut depositionis [90]), quod intelligas [91]), sententia lata [92]), nimirum pro crimine deponendum [93]) suspendere potest, ceterum lata sententia super crimine, statutam [94]) in legibus vel canonibus poenam [95]) ei debet irrogare, ut Dig. ad SCtum Turpill. L. 1 [96]) et ar. Dig. ad municipalem *Ordine* (L. 15). Dispensatio alia [97]) praecipitur, alia permittitur, alia prohibetur; praecipitur, ut Di. L. *Ut constitueretur* (c. 25), permittitur, ut Di. L. [98]) *Si quis presbyter* (c. 22), prohibetur, ut C. I. qu. 1 *Erga simoniacos* (c. 110); circa homicidium autem voluntarium [99]) nullam dispensationem cum [100]) clerico ad retinendum [101]) ordinem invenimus [102]). Sunt autem tria quae suadent, et tria quae dissuadent [103]), fieri dispensationem. Suadent pietas, necessitas et utilitas; pietas, ut C. I. qu. 7 *Tanta* (c. 11), *Si qui* (c. 12); necessitas, ut C. I. qu. 7 *Necessaria* (c. 6), *Quod* (c. 7), *Quoniam* (c. 13), *Etsi illa* (c. 23); utilitas, ut ar. C. VII. qu. 1 *Non autem* (c. 12). Dissuadent similiter tria, enormitas personae, enormitas [104]) rei, et cautela mali exempli; de prima [105]) legitur Di. LV. *Si evangelica* (c. 13), de secunda C. I. qu. 1 *Erga simoniacos* (c. 110), de tertia C. XXIII. qu. 4 *Est iniusta* (c. 33). Fit autem [106]) erga simoniacum dispensatio triplex, scil. magna, maior et maxima; magna, ut ecce [107]) erga [108]) eum, qui dedit pecuniam et sic est adeptus ecclesiam, post poenitentiam fit dispensatio, ut in alia ecclesia [109]) in suo ordine remaneat; item maior, ut etiam in eodem remaneat [110]), sed in minoribus ordinibus; item maxima, ut [111]) in eadem maiores ordines [112]) exequatur, non tamen habeat praelationem, ut C. I. qu. 5 [113]) *Quicunque* (c. 1);

in Ha. [89]) Omittunt ista Li. et Vi.; in Mo. 3 et Pa. deest *autem*. [90]) Ha. *depositionibus*. [91]) Mo. 2 *intelligo*, Mo. 3 *intelligat*. [92]) Sic omnes excepto Mo. 2, qui habet *sine illata culpa*. [93]) Sic Mo. 3; ceteri *deponendus*. [94]) Ha., Li. et Mo. 2 *statuta*. [95]) Omittit Mo. 2. [96]) Neque L. 1 cit. neque L. 2, ad quam in Mo. 2 praeterea remittitur lector, quidquam mihi ad rem facere videtur. [97]) Pa. et Mo. 3 hic et mox *alias*. [98]) In Li. deest *Di. L.* [99]) Li. et Mo. 2 *cum homicida (dio) voluntario*. [100]) Deest in Codd. omnibus. [101]) Sic Ha., Li. et Vi.; Mo. 1 et 2 atque Pa. *remittendum;* Mo. 3 *remittenda ad ordinem*. [102]) Mo. 2 *invenio*. [103]) Deest in eodem. [104]) Li. praemittit *et*. [105]) In Pa. librarius, quippe quod inverso ordine *rei enormitatem* praeposuerit, suo marte addidit *scil. de enormitate personae*. [106]) Ha. *enim*. [107]) Sic Mo. 1 et Vi., quorum fidem sequor, licet ceteri omnes non habeant *magna ut*, sed sic pergant: *ecce enim etc.*, quod quidem ultimum verbum solo in Mo. 3 deest. [108]) Ha. *circa*. [109]) Repetit hic Ha. *post poenitentiam*. [110]) Exciderunt in Mo. 3 *item maior etc.* usque ad *sed*. [111]) Mo. 3 *ut etiam*, Li. *si etiam*. [112]) Omittit Pa. [113]) In qu. 4, ad quam omnes remittunt Codd., non extat, quod sic incipiat capitulum. [114]) Mo. 3 habet *simoniacum* omittitque *vero*. [115]) Li. *percipit*, Vi. *suscepit*.

erga eum vero, qui simoniace [114]) ordinem percepit [115]), in ipso ordine retinendo non recolo me invenisse [116]) dispensationem, quin potius invenies [117]) depositionem [118]), ut C. I. qu. 1 *Statuimus decretum* (c. 107), nisi hoc factum est ordinato [119]) ignorante, ut infra eod. *De symoniace* (c. 18; - Gr. c. 22. V. 3).

§ 7. Illud in summa notandum, quod [120]) qui vendit vel emit annexum spirituali simoniam committit, quia [121]) neutrum invenditum derelinquit, ut C. I. qu. 3 *Si quis obiecerit* (c. 7). — § 8. Illud [122]) item notandum, quod nulla ecclesiae consuetudine [123]) a simonia [124]) defenditur, qui pro aliquo spirituali ante vel post [125]) aliquid duxerit [126]) exigendum [127]), ut C. I. qu. 3 c. ult. et inf. eod. *Cum in ecclesiae* (c. 8; Gr. c. 5 ib.); ceterum si sponte aliquis dare [128]) voluerit, accipere, potes [129]), quia nullam maculam ingerit, quod non ex ambientis petitione processit, ut C. I. qu. 2 *Sicut episcopum* (c. 4); hic enim non est emtio [130]), sed oblatio, ut in Authent. de sacros. episcop. § *Si quis autem* (Nov. 134. c. 3).

Multa praeterea de simoniacis in nostrorum doctorum [131]) summis [132]) poteris invenire; sed his ad praesens supersedeamus, ne auditoribus vel [133]) lectoribus fastidium generemus.

TITULUS III.

Ne praelati vices suas vel ecclesias aliis sub annuo censu [1]) concedant [2]).

Hic titulus oritur ex superiori. Audivimus de simonia in genere; nunc in specie audiamus, puta cum praelatus [3]) vices suas [4]) pretio concedit, quod ideo [5]) fieri non debet, quia [6]), cum praelati potestas sit de iure spirituali, et eius vices obtinere est spirituale,

[116]) Ha. cum Li. *recolo meminisse*. [117]) Sic Ha.; Mo. 3 *invenisse*, alii *inveniens;* in Li. neutrum occurrit. [118]) Ha. *depositiones;* Mo. 3 *despensationem*. [119]) Pa. *ordinario*. [120]) Mo. 2 addit *ille*. [121]) Mo. 3 *quoniam*. [122]) Deest in Vi. [123]) Ha. *consuetudo*. [124]) Li. *asymoniaca*. [125]) Omittitur *post* in Mo. 1, *ante vel post* in Vi. [126]) Pa. *dixerit*, Mo. 3 *induxerit*. [127]) Ad marginem haec in Mo. 2 sunt adiecta: *accipere enim est quandocunque accipere, ut e. ut I. qu. 1. eos qui per peccunias*. [128]) Sequor Li., licet omnes alii habeant *aliquid*. [129]) Sic itidem Li., necnon Ha. et Mo. 2; alias *potest*. [130]) In Mo. 3 pro *emtio* occurrit *eae;* Vi. omittit *est*. [131]) Pa. *virorum doctorum*, Li. *nostrorum decretorum*. [132]) Li. *summa*. [133]) Idem *et*.

Tit. 3. — [1]) Mo. 1 et 3 atque Li. *precio*. [2]) Mo. 3 *tradant*. [3]) Ha. *spoliatus*. [4]) In Pa. et Mo. 1 deest *suas*. [5]) Li. omittit. [6]) Mo. 3 *quoniam*.

ideoque habere per pecuniam vicariam potestatem non distat a crimine simoniae. Videamus igitur, quid[7]) hic vicaria potestas, quid pretium dicatur, quid census appelletur, et an ecclesia sub annuo censu concedi possit.

§ 1. Vicaria potestas est, quae locum et vices tenet[8]) ordinariae potestatis, de qua supra de offic. vicarii in ipso textu[9]) poteris invenire. — § 2. Pretium est, quod pro re emenda offertur[10]); census est quaedam pensio, quam pro re ab alio[11]) possessa ei saepius dare teneris. Hoc ergo inter pretium et censum interesse videtur, quod proprie[12]) pretium semel tantum datur, census autem pluries; item per pretium[13]) res efficitur tua, per censum remanet[14]) aliena. — § 3. Constat autem, quod ecclesia sub annuo censu concedi potest, cum hodie multae inveniantur ecclesiae censuales, ut inf. eod. c. ult. (Gr. c. 4. V. 4) et C. I. qu. 3 *Quaesitum* (c. 4) et supra de censibus *Prohibemus* (c. 7; - Gr. c. 7. III. 39), *Praeterea* (c. 8; - Gr. c. 8 ibid.). Nec obstat, quod dicitur infra eod. c. 3 (Gr. c. 3. V. 4), ne sub annuo pretio aliquis ad ecclesiae regimen[15]) statuatur; non enim hic prohibetur ecclesia[16]) fieri censualis, sed ne ipsa praelatio vel administratio sub annuae pecuniae mercede[17]) conferatur; hoc enim simoniacum esse constat, et est ratio diversitatis, quia huiusmodi pretium est onus personae[18]), census vero est[19]) onus rei. Nec iterum[20]) te moveat, quod hic[21]) improprie pretium[22]) dicitur, quod pluries praestatur, et ponitur loco mercedis; in[23]) ultimo etiam huius tituli capitulo (c. 4; - Gr. c. 4 ibid.) improprie dicitur census, quaedam scil. annua praestatio in ecclesiastici reditus loco succedens[24]); saepe namque[25]) propter vocabulorum

[7]) Ha. addit *sit.* [8]) Omittit Mo. 2. [9]) Horum verborum loco in Pa. ipse, ut mihi videtur, librarius posuit *in primo libro;* Li. et Mo. 2 *praetextu* pro *textu,* quod in Mo. 3 deest. [10]) Sic Ha., Li. et Mo. 2; in aliis *confertur.* [11]) Mo. 2 *pro re aliqua.* [12]) Idem omittit. [13]) Mo. 3 *item repretium.* [14]) Deest in Ha. et Pa. [15]) Mo. 3 addit *alibi* omittitque *ad ecclesiae.* [16]) Deest in Li. [17]) Sic legendum esse coniicis; praeter Mo. 3, qui *continua* ponit loco *annua,* et Li., qui habet *annua praestatione,* omnes Codd. *sub annua pecuniae mercede.* [18]) Deest in Ha. [19]) Pa. omittit. [20]) Pa. *Sem.* [21]) Ha., Li. et Mo. 3 omittunt; Pa. *hi9* i. e. *huius.* [22]) Desideratur in Mo. 3. [23]) Deest in Li. [24]) Ita ex coniectura legere malim, quam unius alteriusve codicis ad litteras sequi auctoritatem; variae etenim sunt lectiones, quarum tamen nulla cap. 4 citati contextui per omnia respondet. Pro *in* omnes habent *quae,* solo excepto Mo. 3, in quo legitur *et;* quae sequuntur *ecclesiastici redditus* idem exhibet solus, nam in Pa. legitur *ecclesiis,* in Mo. 1, Ha., Li. et Vi. *ecclesiasticis,* in Mo. 2 *in ecclesiasticis,* atque loco *reditus* aeque in omnibus occurrit *redditur;* pro *succedens,* alias ubique obvium, Ha. et Pa. habent *successionis.* [25]) Mo. 2 *nam saepe,* unde patet, vitiose in Mo. 1 et Li. *saepe* a librariis ad

penuriam cogimur[26]) dictionem ponere extra proprium sensum et ab originali recedere impositione[27]).

TITULUS IV.

De magistris et ne aliquid exigant[1]) pro licentia docendi.

Diximus, qualiter spiritualia pretio[2]) prohibeantur acquiri; nunc videamus de his, quae spiritualium instar habentur[3]), scil. de magistris et licentia docendi.

§ 1. Magisterium etenim sive[4]) docendi licentia[5]) nec vendenda est nec emenda, ne[6]), quod[7]) absit, vilescat dignitas magistrorum[8]) aut[9]) discipulorum profectus impediatur. Erat[10]) autem quaedam[11]) prava consuetudo, scil.[12]) ut ille, qui magister scholarum dicitur et ad quem alii[13]) magistri tamquam ad suum praelatum habent recursum, nemini daret[14]) licentiam docendi, nisi ille[15]) pro re tam honesta sibi[16]) pretium largiretur, quod quidem lege Iulia repetundarum[17]) improbatum videtur, ut ar. Dig. ad Leg. Iul. repetund. L. 3 et 4, quod etiam et[18]) bonis moribus contrarium et divinae sententiae putatur[19]) adversum, dicenti[20]): „Gratis accepistis, gratis date“[21]), ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2. V. 5). — § 2. Debent autem in claustris constitui magistri eisque[22]) beneficium ecclesiasticum[23]) assignari, ut minores et imperitos[24]) clericos scholasticis imbuant[25]) disciplinis, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1 ibid.) et Di. XXXVII. *De quibusdam* (c. 12).

antecedentia esse relata, quippe qui scripserint *succedens saepe. Namque etc.* [26]) Mo. 3 *namque vocabulorum penuria cogit;* pro *cogimur* Li. ponit *coguntur,* et pro *vocabuli verborum* loco *vocabulorum.* [27]) Vi. *positione.*

Tit. 4. — [1]) Li. *exigatur.* [2]) Mo. 3 *precibus.* [3]) Li. *habent.* [4]) In Pa. pro *etenim sive* occurrit *et est suum,* in Mo. 3 *ecce.* [5]) Desunt quae praecedunt in Li. [6]) Idem *neque.* [7]) Deest in Pa. [8]) Ha. *magisterii.* [9]) Mo. 3 *ac.* [10]) Li. *est.* [11]) Omittitur in Ha. et Li., necnon in Mo. 2 et 3. [12]) Ha. *videlicet.* [13]) Deest in Ha. [14]) Idem *dare.* [15]) Deest in Mo. 2. [16]) Omittit Pa. [17]) Mo. 3 *repugnandarum.* [18]) Li. *in.* [19]) Mo. 2 *videtur.* [20]) Cf. Evang. Matth. c. 10. v. 8. [21]) Li. *da* pro *date.* [22]) Ha. *et eis.* [23]) Deest in Li. [24]) Li. *imperfectos,* Mo. 3 *peritos.* [25]) Li. *induant.*

TITULUS V.

De Iudaeis et Sarracenis et eorum servis.

Egimus de his, qui spiritum sanctum per simoniam blasphemant[1]); nunc[2]) de his agamus, qui Deum[3]) male colendo[4]) inhonorant, ut sunt Iudaei, Sarraceni et haeretici, sed prius de Iudaeis, Sarracenis et eorum servis[5]). Videamus ergo[6]), qui dicantur Iudaei et unde, qui[7]) Sarraceni et unde, qualiter[8]) sint[9]) invitandi ad fidem, et qualiter sint a christianis tractandi, deinde visuri, quid iuris sit de[10]) eorum servis, si iam sunt vel fieri volunt[11]) christiani.

§ 1. Iudaei dicuntur, qui legem mosaicam ad litteram tenent[12]), se circumcidendo et alia legalia faciendo, dicti[13]) Iudaei a nomine dignioris tribus, scil. a[14]) tribu Iudae patriarchae, quae inter alias[15]) bellicosior erat[16]) et in bellis primam aciem[17]) et regni[18]) privilegium obtinebat, ita[19]) ut de ea sola rex crearetur, sicut ex tribu Levi sacerdotes; prius autem dicebantur Hebraei ab Heber, cuius familia[20]) cultum tenuit unius Dei, ceteris idololatria[21]) foedatis. § 2. Sarraceni vero[22]) dicuntur, qui nec vetus nec novum recipiunt testamentum, qui non se ab Agar, Abrahae ancilla[23]), de qua eorum[24]) fuit origo, Agarenos vocari voluerunt[25]), sed potius a Sarra[26]), eiusdem uxore et libera, se Sarracenos appellaverunt[27]). Sunt tamen inter[28]) Sarracenos quidam, qui quinque Moysis libros receperunt, sed prophetas respuerunt, qui Samaritani a Samaria civitate[29]) dicuntur, et ideo, quia prophetas respuerunt, dicitur in evangelio[30]): „Non coutuntur Iudaei Samaritanis.“ — § 3. Debent autem tam Iudaei quam Sarraceni auctoritatibus, rationibus et[31]) blandimentis potius, quam asperitatibus ad christianam fidem

Tit. 5. — [1]) Mo. 2 *blaffemant.* [2]) Li. *ergo.* [3]) Mo. 3 *dominum.* [4]) Pa. *colentes.* [5]) Mo. 3 *sectis;* Ha. addit *dicamus.* [6]) Ha., Li. et Mo. 2 *igitur.* [7]) Li. *et qui.* [8]) Pa. *et qualiter.* [9]) In Mo. 3 additur *a christianis.* [10]) Mo. 2 *visuri de,* omissis intermediis. [11]) Pa. *voluerint.* [12]) Deest in Li. [13]) Ha., Li. et Mo. 2 *dicuntur,* adiecto *autem* vel *enim* vel neutro. [14]) Omittit Mo. 2 tam *tribus* quam *a.* [15]) Li. *alios.* [16]) In solo Li. occurrit *erat,* in quo aut librarius aut alius quis verbo *fuit* prius scripto atque deleto superscripsit *erat.* [17]) Mo. 3 *imbellis persona post aciem.* [18]) Ha. *regis;* in Li. deest. [19]) Vi. et Mo. 2. 3 *scil.* [20]) Pa. *qui,* omisso *familia.* [21]) Mo. 2 *idolatris.* [22]) In Li. et Vi. deest. [23]) Mo. 3 *ancillae.* [24]) Omittit Pa. [25]) Idem *Agareni* et *voluerint.* [26]) Sic Codd., praeter Mo. 2 et 3, qui et per totum titulum scribunt *Saraceni* vel *seni.* [27]) Ha. *appellant.* [28]) Mo. 2 *praeter.* [29]) Deest in Li. [30]) Cf. Evang. Ioann. c. 4. v. 9. [31]) Omittunt Ha. et Vi. [32]) Mo. 3 *perceperunt.*

provocari, non autem compelli, quia coacta servitia Deo non placent, ut Di. XLV. *Qui sincera* (c. 3), *De iudaeis* (c. 5); si tamen prius coacti perceperint[32]) sacramentum baptismi et postea de nolentibus facti sunt[33]) volentes, si postea[34]) recesserint a nostra fide, compellendi sunt redire, ut in praedicto capitulo *De iudaeis* habetur[35]). — § 4. Sic[36]) autem erga eos debent se christiani habere. Primo cum Iudaeis manducare non debent, ut C. XXVIII. qu. 1 *Nullus* (c. 13), *Omnes* (c. 14); cum Sarracenis[37]) tamen possumus manducare, ut C. XI. qu. 3 *Ad mensam* (c. 24); ratio diversitatis est[38]), quia Iudaei per abusionem scripturarum et contemtum ciborum nostrorum magis fidem nostram impugnant[39]). Item inter christianos seculares dignitates vel officia publica habere non debent, ne occasionem habeant in christianos[40]) saeviendi, ut Di. LIV. *Nulla* (c. 14). Item nec ut medici[41]) a christianis infirmis sunt vocandi, ut C. XXVIII. qu. 1 *Nullus* (c. 13); sed neque christianae mulieres fiant nutrices[42]) Iudaeorum vel Sarracenorum[43]), ne subvertantur a fide[44]), ut infra eod. *Iudaei sive* (c. 5; - Gr. c. 5. V. 6). Sarracenis quoque[45]) arma dare vel mittere prohibemur[46]), ut infra eod. *Ita* (c. 6; - Gr. c. 6 ibid.), quia nostris armis nos impugnare solent[47]), sicut pro dolor nostris temporibus cognovimus[48]) evenisse ex Ierosolimitani[49]) regni desolatione. Possumus tamen[50]) eos[51]) inter nos habitantes gravare onere pensionis, ut C. XXIII. qu. 6 *Iam vero* (c. 4), sed et[52]) ab eis usuras[53]) exigere non prohibemur[54]), ut C. XIV. qu. 4[55]) *Ab illo* (c. 12). Praeterea nullus clericus consanguineo suo Iudaeo vel pagano testamento relinquere potest, ut infra tit. prox. *Si quis* (c. 8), *In eos* (c. 9; - Gr. c. 5. 6. V. 7). Item non debemus eos[56]) prohibere a ritibus et sollemnitatibus suis, vel eorum destruere synagogas; non tamen novas facere sunt permit-

[33]) In Ha. deest *sunt.* [34]) Vi. *et postea,* Mo. 2 *postea si.* [35]) Sic Mo. 1 cum Vi. et Mo. 3; Li. *ut I. e(od.) de iudeis,* Ha. *ut I. c. de iud.,* Pa. *ut impedimento cap. de iud.,* Mo. 2 *ut I. in tit. de iud.* [36]) Li. *si.* [37]) Mo. 3 *Samaritanis.* [38]) Pa. *racione diversitatis quia.* [39]) Li. *repugnant,* qui et mox omittit *item.* [40]) Mo. 3 *in nos.* [41]) Sic Li., Mo. 1 et 3 atque Vi.; in aliis deest *ut.* [42]) Pa. *meretrices.* [43]) Mo. 3 *nutrices eorum.* [44]) Desunt in Ha. [45]) Omittit Mo. 3. [46]) Ha., Pa., Mo. 2 et Vi. *prohibentur,* at minus bene; Mo. 3 *promittere* habet loco *mittere.* [47]) Li. *armis non impugnant.* [48]) Sic Li., Vi. et Mo. 2; ceteri *agnovimus.* [49]) Pa. *Ierosolimitana.* [50]) Vi. *autem.* [51]) Mo. 3 *nos eos;* in Mo. 2 deest *eos.* [52]) Sic solus Mo. 2. [53]) Excidit in Ha. [54]) Sic Mo. 2; in aliis omnibus occurrit *prohiberi,* quod, licet defendi possit, tamen seponere ratius duxi. [55]) Li. ad C. XXIII. qu. 5, Mo. 3 ad C. XXIV. qu. 3, ceteri omnes ad C. XIV. qu. 3 remittunt; sed huius C. qu. 4. cap. ult. unicum est in toto Gratiani decreto, quod istis verbis incipiat. [56]) Deest in Li.

tendi, sed veteres reficere[57]) vel retinere, ut infra eod. *Iudaei* (c. 4; Gr. c. 3. V. 6) et Di. XLV. *Qui sincera* (c. 3). — § 5. Restat agere[58]) de servis eorum, qui vel sunt vel volunt fieri christiani. Siquidem iam sunt christiani[59]), in libertatem sunt eripiendi, datis ab ecclesia vel a quolibet[60]) christiano pro quolibet bono mancipio XII solidis, ut infra eod. *Praesenti* (c. 1; - Gr. c. 1 eod.); similiter servi haereticorum impune[61]) dominos[62]) relinquere et ad[63]) ecclesiam possunt confugium habere, ut Cod. de haeret. et manich. *Manichaeos* (L. 4) in fine. Si vero servi Iudaeorum vel paganorum nondum sunt christiani, sed[64]) fieri desiderant christiani[65]), distinguo[66]), sint vernaculi, an emtitii[67]), et si emtitius[68]), an sit[69]) emtus ad sibi serviendum, an[70]) ad revendendum; vernaculus tuus[71]) dicitur, qui[72]) de ancilla tua natus est. Si ergo sit[73]) vernaculus, redimetur pretio XII[74]) solidorum, ut infra eod. c. 1; idem[75]) dico, si Iudaeus vel paganus eum emit ad sibi serviendum, quod quidem tunc licebat, cum[76]) servus nondum esset christianus; quod enim dicitur[77]) Di. LIV. *Fraternitatem* (c. 15) in fine, ut nullus eum[78]) emat, non intelligitur hic emtio, sed quaedam[79]) in libertatem ereptio[80]), dato tamen pretio supradicto, quod siquidem non proprie pretium, sed quaedam potest redemtio appellari. Si vero emit eum dominus[81]) ad revendendum, datur[82]) ei spatium trium mensium, ut eum revendat, sed[83]) alicui christiano dumtaxat; quod si eum[84]) ultra tres menses retinuerit, praesumitur, quod eum comparavit ad sibi serviendum, et dabuntur[85]) ei XII solidi; si vero infra illos[86]) tres menses instat servus et vult omnino fieri christianus, dabitur domino pretium, quo[87]) servus[88]) fuerat emtus vel boni viri arbitratu, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 eod.), et ita intelligo cap. illud Di. LIV. *Fraternitatem*.

---

[57]) Pa. *restituere*; in Li. desunt quae inde a *facere* praecedunt. [58]) Vi. *videre*. [59]) Deest in Li. et Mo. 2. [60]) Praeter Li., qui habet *ab aliquo*, cum omnes ponant *quolibet*, nolui isti verbo aut illud aut *quocunque* substinere, licet hoc in cap. 1 cit. occurrat. [61]) Li. *impunes*. [62]) Mo. 3 addit *suos*. [63]) Deest in Pa. [64]) Ha. et Mo. 1 habent *si*. [65]) In Li. omnia ista exciderunt, in Mo. 3 et Vi. *christiani*. [66]) Mo. 2 *distingue*. [67]) Sic Mo. 1 et 2 atque Vi.; Pa. et Mo. 3 *an sint* .... *an*, Li. *utrum* ... *an*, Ha. *utrum* ... *vel*. [68]) Ha. *empticii*. [69]) Pa. *aut si*. [70]) Omittit Li. [71]) Deest in Mo. 2. [72]) Vi. *qui tibi*. [73]) Omittitur in Pa. [74]) Mo. 3 *pro pretio*; Pa. *duorum*. [75]) Li. *item*. [76]) Idem *dum*. [77]) Li. *quod habetur*; in Mo. 3 ista exciderunt. [78]) Deest in Ha. [79]) Quae hinc sequuntur desunt in Mo. 3 usque ad *potest redemtio*. [80]) Li. *exceptio*. [81]) Pa. omittit *dominus*. [82]) Li. *detur*. [83]) Mo. 3 *non revendat nisi*. [84]) Deest *eum* in Mo. 2 et Vi. [85]) Deest in Li. [86]) Mo. 3 omittit, qui et mox *eum* habet pro *omnino*. [87]) Ha. et Pa. *quod si*. [88]) Omittit Li.

§ 6. Illud in summa notandum, quod nullus christianus, sive servus sive liber, cum eis debet ad serviendum commorari, ut infra eod. c. ult. (c. 7; - Gr. c. 4 ibid.).

TITULUS VI.

De haereticis[1]).

Diximus de Iudaeis et paganis, qui per infidelitatem Deum[2]) inhonorant; nunc agendum est de haereticis, qui apostatando a fide[3]) in spiritum sanctum[4]) peccare[5]) videntur. Videamus ergo[6]), quot[7]) modis dicatur haereticus, qualiter hic accipiatur[8]), qua poena feriatur, qualiter ab haeresi rediens recipiatur[9]).

§ 1. Quatuor modis dicitur haereticus. Dicitur enim[10]) haereticus errans a fide, unde sic diffinitur: haereticus est, qui falsam de[11]) fide opinionem gignit vel sequitur[12]); gignit[13]), ut haeresiarcha, ut Arrius, Sabellius; sequitur, ut qui[14]) haeresiarcham imitatur, velut[15]) Arriani et Sabelliani, ut C. XXIV. qu. 3 *Haereticus est* (c. 28)[16]). Item dicitur haereticus perversus expositor sacrarum[17]) scripturarum, ut C. XXIV. qu. 3 *Haeresis* (c. 27); dicitur etiam haereticus a sacramentis ecclesiae[18]) divisus, ut est excommunicatus[19]), ut C. IV. qu. 1 *Quid autem* (c. 2); praeterea dicitur haereticus perversor sacramentorum, sicut ille, qui ecclesiastica vendit vel emit sacramenta[20]), ut simoniacus, ut C. I. qu. 1 *Quisquis per pecuniam* (c. 5). — § 2. Hic vero accipitur haereticus in prima significatione, scil. de eo[21]), qui errat in articulis[22]) fidei. § 3. Punitur autem haereticus excommunicatione, depositione, re-

---

Tit. 6. — [1]) In Mo. 3 denuo occurrit *de Iudaeis* rubrica. [2]) Idem habet *dominum*. [3]) Omittit Ha. [4]) Li. *spiritu sancto*. [5]) Omittit Mo. 3. [6]) Mo. 2 *igitur*. [7]) Deest in Pa.; bis occurrit in Ha. [8]) Mo. 3 *dicatur*. [9]) Mo. 2 *recipiantur*, omisso *rediens*. [10]) Ha. non habet *dicitur enim*. [11]) Li. *in fide*. [12]) In Mo. 2 tam hic quam mox verbo *sequitur* additum est *gignentem* sive potius *gingentem*. [13]) Codd. in iis, quae sequuntur, neque omissionibus carent neque mendis; desunt enim in Ha. *gignit ut*, in Li. *gignit*, in Mo. 3 *haeresiarcha* ... *ut qui*, in Mo. 2 *qui haeresiarcham* ... *velut*; in Pa. vero pro *haeresiarcha(m)* legitur *hr̄ (habetur) Si archa(m)*. Genuinum contextum servatum habemus in Mo. 2 et Vi. [14]) Ha. et Pa. pro *ut qui* habent *quod*. [15]) Vi. *sicut*. [16]) Quae sequuntur, tam in Li. quam in Mo. 3 a librariis, quos bina ad C. XXIV. qu. 3 remissio induxisse videtur, sunt omissa, sed ita, ut illius scriptor cap. 28, hic vero cap. 27 nullam fecerit mentionem. [17]) Mo. 2 *sanctarum*. [18]) Ha. *dicitur autem a sacramento divisus*. [19]) In Mo. 2 supra linea additum est *et non curat*; Mo. 2 omittit *et*. [20]) Ha. omittit *ecclesiastica*, Mo. 2 *sacramenta*. [21]) Desunt in Pa. *in prima* ... *de eo*. [22]) Mo. 2 *articulo*.

rum ablatione et militari persecutione; excommunicatione, ut C. XXIV. qu. 3[23]) *Notandum* (c. 37) et infra eod. *Sicut* (c. 6; Gr. c. 8. V. 7); depositione, ut C. XXIV. qu. 1 *Qui contra* (c. 32) et infra eod. *Ad abolendam* (c. 11; - Gr. c. 9 ibid.); rerum ablatione[24]), ecclesiasticarum, ut Di. VIII. *Quo iure* (c. 1), rerum suarum, ut infra eod. *De braibantionibus*[25]), *In partibus* (c. 7 et 10; Gr. n. p.); militari persecutione, ut in eisdem[26]) capit. et cap. *Ad abolendam* (c. 11) invenitur. Item punitur haereticus, quod[27]) in[28]) testimonium admitti non debet, nisi contra alium haereticum[29]), ut C. II. qu. 7 *Si haereticus* (c. 26) et Cod. eod. *Quoniam* (L. 21); quamquam enim alias[30]) eius sit testimonium improbandum, est tamen hic litigatore dignum[31]). — § 4. Redeuntes autem[32]) ab haeresi non recipiuntur[33]) absque[34]) iuramento, quo scil. haeresis abiuratur et fides catholica[35]) ad mandatum ecclesiae tenenda[36]) promittitur et confirmatur[37]), ut C. I. qu. 7 *Quo iure* (c. 1) et infra eod. *Ad abolendam* (c. 11). Recipiuntur autem clerici ab haeresi revertentes[38]) ex dispensatione in ordinibus suis, ut C. I. qu. 1 *Omnis*[39]) (c. 112) et qu. 7 *Saluberrimum* (c. 21).

TITULUS VII.

De schismaticis et ordinatis ab eis et alienationibus factis [1]).

Diximus de haereticis; sed quia[2]) schisma inducit haeresim[3]), ideo consequenter de schismaticis agamus[4]). Videamus igitur[5]),

[23]) Quae sequuntur, in Li. hinc usque ad c. *qui contra* desunt, in Mo. 3 inde a c. *sicut* usque ad c. *ad abolendam*. [24]) Mo. 3 *oblatione*. [25]) Sic Ha. tam in Summa quam in ipsa collectione; Mo. 1 *brabathyonibus*, Pa. *brabaconibus*, Li. *brabis oibus*, Mo. 2 *braibusconibus*, Vi. *braibanthonibus*, Mo. 3 *debi ambenonibus*. [26]) Li. et Mo. 2 *eodem*; ceteri Codd. *eis*. [27]) Mo. 3 et Vi. *quia*, Ha. *qui*. [28]) Li. *ad*. [29]) Ha. plurali numero per totam utitur periodum. [30]) Ha. et Pa. *aliter*. [31]) Mo. 3 *litigatorie*, Li. *aliud testimonium improbandum est hic litigatorem*. [32]) Omittit Mo. 1. [33]) Li. et Mo. 1 *recipientur*. [34]) Pa. *sine*. [35]) Ha. *ecclesia*. [36]) Mo. 2 *revertendum*. [37]) Pa. *permittitur*; Mo. 1, Li. et Vi. *firmatur*; Mo. 2 *infirmatur*, omisso *et*. [38]) Li. *redeuntes*. [39]) Sic Mo. 1 et 3 et recte; ceteri C. I. qu. 1. c. *Causae*, quale vero neque in qu. cit. neque alibi invenitur capitulum.

Tit. 7. — [1]) Vi. pro *ordinatis ab eis* habet *ordinationibus*; Mo. 3 omittit *et alien. factis*; ceterum omnes habent *scismatici etc.* [2]) Mo. 2 et 3 cum Vi. *quoniam*. [3]) Vi. *in haeresim*. [4]) Ha. et Pa. *videamus*, Vi. *dicamus*. [5]) Pa.

quid sit schisma et unde dicatur, in quo ab haeresi differat, qua poena schismatici feriantur, et de ordinationibus et alienationibus factis ab eis[6]).

§ 1. Schisma est illicita dissensio[7]) eorum, inter quos unitas esse debet; vel ita: schisma est illicitus ab unitate[8]) dissensus[9]); ideo dixi „illicitus", quia triplex est dissensus ab unitate[10]). Est enim dissensus pietatis, opinionis et praesumtionis; pietatis, ut Di. XCIII. *Miratus* (c. 2); opinionis, ut Di. XXXI. *Nicaena* (c. 12); praesumtionis, ut Di. VIII. *Quae contra* (c. 2); duo priores sunt liciti, tertius illicitus. — § 2. Dicitur autem[11]) schisma a scissura[12]), quia per schisma fit ab unitate scissura, ut C. XXIV. qu. 1 *Schisma* (c. 34). — § 3. Differt[13]) autem ab haeresi, scil.[14]) in initio sui[15]); cum vero iam creverit, incipit dicere[16]) congregationem suorum ecclesiam[17]), et ita videtur cadere in haeresim[18]) et peccare in illo[19]) articulo fidei, scil.: „Credo sanctam[20]) ecclesiam catholicam," ut C. XXIV. qu. 3 *Inter haeresim* (c. 26). — § 4. Puniuntur autem schismatici graviter a Domino, quia grave est schismatici[21]) crimen, ut C. VII. qu. 1 *Factus* (c. 5), *Novatianus* (c. 6), *Denique* (c. 9); item puniuntur pecuniariter[22]), ut C. XXIII. qu. 7 *Quid autem* (c. 3); item manu militari, ut C. XI. qu. 1[23]) *Petimus* (c. 19); item spiritualiter, ut per excommunicationem vel depositionem, ut Di. XXIII. *In nomine Domini* (c. 1) et infra eod. c. ult. (Gr. c. 1. V. 8). — § 5. Ordinationes a schismaticis factae de iure debent[24]) irritari, maxime si contra Romanam ecclesiam illud schisma processit, ut infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) et 2 (Gr. c. 1. V. 8). — § 6. De ordinatis autem[25]) ab haereticis vel[26]) schismaticis sic tenere solemus Distingue, utrum[27]) ordinator accepit ultimam manus impositionem in

ergo, Mo. 2 *itaque*. [6]) Vi. *eo*. [7]) Sic Li., Mo. 3 et Vi.; Ha. *dissentio*, Mo. 1 *discensio*, Pa. *dessensio*, Mo. 2 *dissessio*. [8]) Mo. 1 et hic et mox, Mo. 3 vero hic tantum *ab universitate*. [9]) Sic omnes praeter Li., qui habet *discessus*, quod alii forte maluerint, nec tamen communi lectioni praeponere ausus sum. [10]) Mo. 3 omittit *ideo dixi ... ab unitate*. [11]) Deest in Mo. 2. [12]) Ha. omittit *a scissura*, Pa. habet *scisura*, atque mox *cisura*; quae sequuntur usque quo redit istud verbum desunt in Mo. 2. [13]) Ha. *differunt*. [14]) In Li. deest *autem* et *scil.* [15]) Ha. nil habet nisi *scil.* et *sui*, lacuna interiecta. [16]) Pa. *ducere*, Li. *habere*. [17]) Mo. 2 et 3 *ecclesia*, Li. *in ecclesia*. [18]) Ha. *ecclesiam*. [19]) Deest *illo* in Ha., Pa. et Mo. 1. [20]) Praemittit *in* Ha. [21]) Mo. 1 *scismaticis*, Vi. *schismatis*; in Mo. 3, qui et omittit *a Domino*, legitur *geñe est schisma*. [22]) Li. et Mo. 2 *pecunialiter*. [23]) Ad qu. 3 Codd. fere omnes remittunt; ibi vero non invenies can. *Petimus*, quippe qui in sola qu. 1, ad quam Pa. remittit, occurrat, neque tamen quidquam ad rem faciat; Mo. 3 pro *petimus* habet *pecuniis*, sed nec eiusmodi ullibi extat capitulum. [24]) Mo. 2 *possunt*. [25]) Deest in Li., Ha. habet *item* moxque omittit *autem*. [26]) Pa. *vel a*. [27]) Vi. *an*.

ecclesia [28]), an [29]) non, i. e. fuit quondam [30]) catholicus [31]) episcopus, an non. Nam si fuit quondam catholicus episcopus, factus [32]) haereticus vel schismaticus, dat ordinem, sed non ordinis executionem; si vero non accepit ultimam manus impositionem in ecclesia, i. e. [33]) si numquam fuit catholicus episcopus [34]), nec ordinem dat nec executionem, unde ab eo ordinatus ex dispensatione poterit ordinari ad eundem ordinem, tamquam qui nihil ab eo accepit [35]), ut C. I. qu. ult. *Daibertum* (c. 24) et infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) et c. 2 (v. s.); et licet [36]) non sit exemplis, sed [37]) legibus iudicandum, quia tamen Romana ecclesia [38]) in speculum [39]) est et exemplum [40]), ut Di. XIX. *Enimvero* (c. 4), ab ipsa huius rei sumamus [41]) auctoritatem. Tempore Domini Alexandri III. [42]) fuit vir quidam nobilis schismaticus a schismatico ordinatus in diaconem [43]) et cardinalem, immo carpinalis [44]) adversae partis effectus; demum [45]) pace inter ecclesiam et imperium Venetiis [46]) facta, et schismate illo penitus annullato [47]), praefatus vir canonicam regularem intravit, quem postea Dominus Urbanus [48]) de novo ordinari concessit, dicens [49]), eum a schismatico ordinatore nihil accepisse, cum ipse ordinator numquam catholicus episcopus fuisset [50]). Hinc potes in similibus sumere formam [51]) et auctoritatem, ut ar. C. XVI. qu. 3 *Licet* (c. 5) et Cod. de legib. et constit. *Si imperialis* (L. 12). — § 7. Alienationes autem rerum ecclesiasticarum ab intrusis vel schismaticis factae non valent et debent ad ecclesiam [52]) sine onere revocari, ut infra eod. c. 2 et C. XII. qu. 2 *Alienatores* (c. 37).

---

[28]) Omittit Li. quae sequuntur, usque quo repetitur *an non*. [29]) Ha. tam hic quam infra *aut*. [30]) Mo. 2 *si quondam fuit*, Mo. 3 *fuit quando*. [31]) Omittit Mo. 3 quae sequuntur, usque quo repetitur verbum *catholicus*. [32]) Deest *episcopus* in omnibus praeter Li., in quo tamen *factus* desideratur et *fuerit* legitur. [33]) Li. perperam omittit. [34]) Deest in Mo. 2. [35]) Pa. *acceperit*. [36]) Deest *et* in Pa. [37]) Mo. 3 habet *et* pro *sed*. [38]) Li. addit *nobis tii*. [39]) Sic Mo. 3 et cap. 4 a Bernardo citatum; alii Codd. *speculo*; Vi. atque Mo. 2 et 3 praemittunt *nobis*. [40]) Li. et Mo. 3 repetunt *in*; Mo. 2 habet *et magistra exemplum*. [41]) Mo. 2 *serie sumamus*, Li. *sumamus scire*, Ha. *serie servamus vel sumamus*. [42]) Loco *domini*, quod deest in Li. et Mo. 3, tam Mo. 1 quam Vi. habent *Pp.* (papae). [43]) Sic Codd. omnes. [44]) Quid sibi ista velit vox, nescio; eam exhibent Codd. omnes, excepto Mo. 3, ubi *turpinalis*. [45]) Pa. *deinde*. [46]) Li. *veneficiis*. [47]) Pa. *adnichilato*, Vi. *reciso*. [48]) Mo. 1 et Vi. hoc quoque loco ponunt *papae*. [49]) Sic Pa., cuius lectionem ei, quam ceteri habent, scil. *sciens*, praeferendam esse censeo. [50]) Li. *fuit*. [51]) Mo. 2 *exemplum*. [52]) Ha. *ab ecclesia*.

TITULUS VIII.

De apostatis et reiterantibus baptisma [1]).

Egimus de haereticis et schismaticis. Sed quoniam utrique cadunt in apostasiam, merito consequenter [2]) de ipsa tamquam utrisque [3]) communi [4]) videamus [5]); item quia reiterantes baptisma et haeretici et [6]) apostatae dici possunt, etiam de ipsis [7]) subiiciamus [8]). Videamus igitur, quid sit apostasia, quae eius species, qua poena apostatae, qua reiterantes baptisma feriantur.

§ 1. Apostasia est temerarius recessus a statu fidei, obedientiae vel religionis [9]), et dicitur apostasia quasi post statum [10]) i. e. retrogradus status. — § 2. Est autem triplex apostasia, scil. perfidiae, et inobedientiae [11]), et irregularitatis; perfidiae, qua quis recedit a fide, ut Iulianus apostata [12]); de hac legitur C. II. qu. 7 *Non potest* (c. 24); inobedientiae, qua quis transgreditur spontanea voluntate praeceptum, ut Adam et [13]) Eva, et qui sacris nolunt canonibus obedire; de hac habes C. III. qu. 4 *Alieni* (c. 1) et supra de maiorit. et obedient. *Si quis, In libro* (c. 3 et 4; - Gr. c. 2. I. 33); apostasia irregularitatis, qua quis a statu religionis assumtae [14]) recedit, ut apostata monachus, clericus [15]) vel conversus. De qualibet habes Di. XLVII. *Quantumlibet* (c. 9) et C. XVI. qu. 1 *Legi* (c. 36) et C. III. qu. 4 *Beatus* (c. 2), *Si quis* (c. 3); haec vero [16]) ultima fit pluribus modis [17]), scil. [18]) tonsuram vel coronam dimittendo [19]), uxorem accipiendo, vestem religionis abiiciendo [20]), ad seculum redeundo [21]), ut C. XX. qu. 3 c. 1. 2 et 3 et C. XXVII. qu. 1 *Omnes* (c. 36) et infra eod. c. 1 (Gr. n. p.) et 2 (Gr. c. 1. V. 9). § 3. Poena [22]) vero apostatarum est, ut interim ab accusatione et testimonio [23]) removeantur, ut C. II. qu. 7 *Alieni* (c. 23) et C. III. qu. 4 *Beatus* (c. 2), *Si quis* (c. 3); item interim ad dignitatem eligi

---

Tit. 8. — [1]) In Li. haec occurrit rubrica: *De apostasia*; in Mo. 3 haec: *De apostatis revertentibus*. [2]) Deest in Vi. [3]) Mo. 2 et 3 *utriusque*. [4]) Mo. 3 *comiti*. [5]) Vi. *subiiciamus*. [6]) Deest in Li. [7]) Mo. 3 *ipsa*. [8]) Vi. *dicamus*. [9]) Desunt *et religionis* in Mo. 2. [10]) Ha. *status*. [11]) Mo. 2 et 3 *violentiae*. [12]) Mo. 3 *Iuliani apostatae*. [13]) Idem *ut*, in quo et mox legitur *volunt*. [14]) Mo. 3 *transsumtae*. [15]) Deest in Ha. [16]) Li. omittit. [17]) Sic omnes praeter Ha. et Pa., ubi *multis*. [18]) Omittit Ha.; Li. *scil. vel*. [19]) Ha. *cor. demittendo*, Mo. 2 *comam dim.* [20]) Ha. *adiciendo*. [21]) Mo. 3 *revertendo*. [22]) Idem *praeterea*. [23]) Vi. *et a testim.*

non potest, ut C. XVI. qu. 1 *Legi* (c. 36); praeterea[24]) clericus apostata, si admonitus[25]) non se correxerit, est deponendus, ut C. XXI. qu. 4 *Sine* (c. 4), *Praecipimus* (c. 5) et Dig. de re militari *Non omnes* (L. 5); item interim caret[26]) privilegio clericali, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 1 ibid.). Hae poenae[27]) pro apostasia irregularitatis inferuntur. Pro apostasia inobedientiae repellitur[28]) interim a testimonio et[29]) infamis efficitur et excommunicatur, ut C. III. qu. 4 *Si quis a suo* (c. 3) et C. XI. qu. 3 *Si autem vobis* (c. 11) et Dig. de re milit. *Milites* (L. 13) § *Irreverens* (§ 4). Pro apostasia[30]) perfidiae omnino tamquam infamis repellitur[31]), ut C. II. qu. 7 *Non potest* (c. 24) et C. VI. qu. 1 *Infames* (c. 17) et de cons. Di. III. *Celebritatem*[32]) (c. 22); item res eorum publicantur et amittunt[33]) factionem testamenti, ut Cod. eod. L. 1. 3 et 4. — § 4. Restat videre, qua poena feriantur reiterantes baptisma; et certe clerici deponi debent, ut ar. de cons. Di. IV. *Qui bis* (c. 117), *Eos quos* (c. 118), laici excommunicari et gravi poena puniri, ut in eisdem[34]) capit. habetur; sed nec possunt ordinari, ut C. I. qu. 7 *Qui in qualibet* (c. 10).

TITULUS IX.

De his qui filios occiderunt [1]).

Post illa crimina, quae committuntur in Deum, restat agere[2]) de his, quae committuntur in hominem, in quibus, quia homicidium[3]) gravius reputatur, de ipso dicendum est[4]). Sed quia inter omnia homicidia parricidium[5]) et filicidium[6]) gravius reputatur[7]), de ipso prius videamus[8]), attendentes, qua poena[9]) tales plectantur, et quae circa eos[10]) dispensatio fiat.

---

[24]) Mo. 2 *postea.* [25]) Deest *admonitus* in Li., in Mo. 2 *si.* [26]) Pa. *carent.* [27]) Mo. 2 cetera omittens sic pergit: *aposta per apostasiam inobedientiae*, similiterque Mo. 3, ubi vero non adest *aposta* atque *pro apostasia* legitur. [28]) Mo. 1 tam hoc loco quam inferiori *repelluntur.* [29]) Deest in Mo. 1 et 2 atque Vi. [30]) Ha. *per apostasiam.* [31]) Mo. 1 et 2 cum Vi. *repelluntur*, Mo. 3 *repellendi*, unde et in *istis infames.* [32]) In Mo. 1 ipse scriptor *ebrietatem* in *celebritatem* correxit. [33]) Mo. 3 *amittit.* [34]) Sic Li., Mo. 3 et Vi.; alias deest *in.*

Tit. 9. — [1]) Sic Mo. 1 et 2 necnon ipsa compilatio; in ceteris *occidunt.* [2]) Deest in Li. [3]) Itidem omittit Li. [4]) Omittunt Mo. 1 et Vi. [5]) Licet in Codd. praevaleat scribendi formula *patricidium*, tamen, cum librarii sibi ipsi non fuerint constantes, ubique *parricidium* ponere malui. [6]) Mo. 2 et Vi. *vel* habent pro *et*, Mo. 3 *fratricidium* pro *filicidium.* [7]) Mo. 1. 2. 3 et Vi. *invenitur;* sed magis placuit ista in Ha., Pa. et Li. obvia lectio. [8]) In Mo. 3 deest

§ 1. Lege Pompeia de parricidiis tenentur, qui filii parentes vel econtra, et qui fratrem vel sororem[11]) voluntarie perimit[12]), ut Dig. eod. L. 1; item qui emit venenum, ut patri daret, etsi dare non potuit; sed et creditor[13]) eadem lege tenetur, qui sciens ad tale scelus filio vel patri pecuniam[14]) ministravit, ut Dig. eod. *Si sciente* (L. 7). Poena talium secundum leges est, ut insuantur culeo i. e. sacco cum cane, gallo[15]), vipera et simia, et in proximum mare vel flumen[16]) proiiciantur, ut Dig. eod. L. penult. et Cod. eod. L. 1. Secundum canones autem[17]), quia Deus non vult[18]) mortem peccatoris[19]), sed ut convertatur et vivat, impoenitentes[20]) excommunicantur, poenitentes in[21]) monasterium ad agendam poenitentiam includuntur[22]), vel si id commode[23]) fieri nequit, in suis domibus poenitentiam agant vel peregre sub poenitentis habitu sanctorum visitent loca, ut ar. infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1 et 2. V. 10). § 2. Fit tamen erga[24]) eos dispensatio, ut, si iuvenes sint[25]) et incontinentes, etiam[26]) uxores accipere[27]) permittantur, ut infra eod. c. 1; quae autem sit talibus[28]) poenitentia imponenda, legitur C. XXXIII. qu. 2 *Latorem* (c. 15).

TITULUS X.

De homicidio voluntario vel casuali [1]).

Egimus de quadam specie homicidii; nunc generaliter de homicidiis agamus. Videamus igitur, quid sit homicidium, quae eius species, qua poena homicidae puniantur, et quae dispensatio fiat erga[2]) clericum homicidam.

---

de ipso, in Mo. 2 *prius;* Pa. habet *primo dicamus.* [9]) In Pa. bis. [10]) Mo. 1 et 3 cum Vi. repetunt *tales.* [11]) Codd. multimodas exhibent lectionum varietates. Loco *qui filii parentes*, quae exhibent Vi. atque Mo. 1 et 3, licet hic ordine paulisper mutato, scil. *filii qui par.*, in Mo. 2 occurrit *qui filios par.*, et in Ha., Pa. et Li. *qui liberos par.*, in quibus et mox loco *vel econtra*, quod ceteri habent omnes, legitur *vel eiusmodi.* Pro *et qui fratrem* Mo. 3 habet *insuper qui fratrem*, Vi. autem atque Mo. 1 *vel (et) frater qui fratrem.* [12]) Mo. 2 et 3 atque Vi. *peremit.* [13]) Li. *conditor.* [14]) Deest in Mo. 3. [15]) Pa. praemittit *et.* [16]) Pa. *vel in fluvium.* [17]) Deest in Mo. 3. [18]) Sic Mo. 1. 2. 3, Li. et Vi.; Ha. et Pa. *quia dicitur: Nolo mortem etc.* [19]) Mo. 1 et 3 cum Vi. *peccatorum* indeque *convertantur etc.* [20]) Pa. *inde non penitentes*, Ha. *penitens excommunicatur, penitens etc.* [21]) Mo. 3 *ad.* [22]) Idem *includantur*, Ha. *includetur.* [23]) Li. *commodum.* [24]) Idem et Mo. 3 *circa.* [25]) Mo. 3 *sunt.* [26]) Pa. *non*, Li. *et.* [27]) Sic Mo. 1 et 3 atque Pa.; Vi. *ducere;* Ha., Li. et Mo. 2 *habere.* [28]) Ha. et Pa. *in talibus.*

Tit. 10. — [1]) Mo. 1 *casuario*, Mo. 3 *necessario.* [2]) Li. et Vi. *circa.*

§ 1. Homicidium est hominis occisio ab homine vel ab hominibus facta; nam si quatuor vel plures [3]) homines aliquem vulneraverint [4]) et ipse [5]) inde mortuus fuerit, omnes qui eum vulneraverint [6]) homicidae reputantur, ut C. XXIII. qu. ult. *Si quatuor* (c. 34) et Dig. ad L. Aquil. *Item Mela* (L. 11) § 2. — § 2. Species homicidii plures sunt. Est enim [7]) homicidium actus et est homicidium voluntatis [8]), unde super illud Apostoli [9]) „plenos homicidiis" [10]) dicit expositor: „Ideo dicit pluraliter plenos [11]) homicidiis, quia est homicidium actus et est homicidium [12]) voluntatis;" nam [13]) qui vult et laborat occidere, licet [14]) opere non occidat, voluntate tamen dicitur homicida, ut C. VI. qu. 1 § *Verum* (dict. Grat. ad c. 21) et Dig. ad L. Corn. de sicariis L. 1 et infra eod. *Sicut* [15]) (c. 6; Gr. c. 6. V. 12). Item est homicidium corporale et est homicidium spirituale; corporale, quo homo occiditur corporaliter, spirituale, quo spiritualiter et quadam fictione [16]) iuris quasi occidi videtur, quod fit pluribus modis, odiendo [17]), detrahendo [18]), opprimendo [19]), male consulendo, nocendo, victum subtrahendo [20]); de quinque [21]) primis habes de poen. Di. I. *Homicidiorum* (c. 24), *Omnis* (c. 25), *Noli* (c. 27), *Homicidium* (c. 28), de sexto legitur Di. LXXXVI. *Non satis* (c. 14) in fin. et Dig. de agnoscend. liberis *Necare* (L. 4) [22]). Reus autem homicidii dicitur [23]) quis [24]) facto, praecepto, consilio et defensione [25]), ut Di. L. *Si quis viduam* (c. 8); item occasione [26]), ut C. XXIII. qu. 5 *Cum homo* (c. 19) et Dig. ad L. Corn. de sicar. *Nihil* (L. 15). Homicidii vero [27]) corporalis quatuor sunt species, quia fit [28]) quatuor modis, iustitia, necessitate, casu [29]) et voluntate;

[3]) Omittit Ha. *vel plures*, Vi. *quatuor vel.* [4]) Quae sequuntur usque quo redit istud verbum in Ha. exciderunt atque in Mo. 3. [5]) Mo. 2 omittit *ipse*, et mox *eum.* [6]) Desiderantur in Vi. *qui eum vulneraverint.* [7]) Mo. 3 *etenim*, in quo nec repetitur *est.* [8]) In Li. sequentia desunt usque quo redit verbum *voluntatis.* [9]) Cf. Pauli epist. ad Rom. c. 1. v. 29. [10]) Quae hinc sequuntur, non exhibet Mo. 1, incuria certe scriptoris, quem repetitio verborum *plenos homicidiis*, uti saepius fit, induxisse videtur. Ceterum quis sit ille expositor, cuius auctoritate istam distinctionem confirmandam curaverit Bernardus, peritioribus relinquo. [11]) Deest *plenos* in Mo. 3 et Vi. [12]) Omittit Mo. 2. [13]) Mo. 3 *et.* [14]) Li. addit *hoc.* [15]) Mo. 2 omittit. [16]) Ha. et Mo. 2 *per quandam fictionem*, Li. *per quandam factionem.* [17]) Li. *occidendo.* [18]) Idem *decontrahendo.* [19]) Ha., Li. et Mo. 2 *comprimendo.* [20]) Deest in Li. [21]) Sic Pa.; ceteri Codd. *quibus*, quod tamen, quia mox de sexto loquitur Bernardus, reiiciendum esse patet; in Vi. legitur *de his habes.* [22]) Locum istum, licet ad eum soli Mo. 2 et 3 atque Vi. remittant, recipere non dubitavi, utpote contextui congruum. [23]) Pa. *est.* [24]) Mo. 2 et Ha. *qui.* [25]) Ha. vitiose sic habet: *dicitur qui de praecepto et de concessione occidit.* [26]) Li. et Mo. 2 *accusatione*, sed vitiose, uti ex c. et l. cit. apparet. [27]) Li. *de sic. Nichilominus vero homicidii corporalis etc.* [28]) Li. *fiunt.* [29]) Excidit in Ha. [30]) In eodem deest *cum*, in Li. *ut.* [31]) Li. *eum.*

iustitia, ut cum [30]) iudex vel minister reum [31]) iuste condemnatum occidit; necessitate, ut dum [32]) instante latrone vel hoste occidis eum, ne occidaris ab eo; casu, ut [33]) dum alii operi [34]) instas [35]), casu aliquis superveniens occiditur [36]), ut dum arbor [37]), quam praecidis, ruit super aliquem et eum occidit [38]), vel dum iacis lapidem ad avem [39]) et interficis hominem; voluntate, ut dum tua sponte aliquem occidis. — § 3. Circa illud homicidium, quod fit iustitia sic distinguendum puto. Cum [40]) minister iudicis occidit reum, aut condemnatum aut non condemnatum, scil. ad mortem; item [41]) ubi condemnatum, aut id facit [42]) amore iustitiae aut livore [43]), et ubi [44]) amore iustitiae aut est iussus hoc facere aut iniussus [45]). Si occidit non condemnatum, reus est homicidii [46]), quia nimis festinavit, ut ar. C. XI. qu. 3 *Eorum* (c. 76) [47]) et ar. C. VIII. qu. 4 *Nonne* (c. 1) et ar. C. XXIII. qu. 4 *Illud* [48]) (c. 46); si vero [49]) condemnatum occidit livore, similiter est reus homicidii, ut ar. C. XXIII. qu. 4 § *Potest* (Grat. dict. ad c. 26) et qu. 5 *Officia* (c. 16), *Non est iniquitatis* (c. 17); si autem [50]) condemnatum occidit amore iustitiae et iussus, non peccat, alioquin peccat [51]), ut C. XXIII. qu. 5 *Miles* (c. 13), *Cum minister* (c. 14), *Lex aeterna* (c. 15). — § 4. Circa illud homicidium, quod fit necessitate [52]), sic distinguendum videtur. Qui occidit ex [53]) necessitate, aut sua culpa pervenit in necessitatem aut non, item si non [54]) sua culpa, aut aliter potuit [55]) evadere aut non [56]). Siquidem [57]) sua culpa [58]) pervenit in necessitatem, sibi [59]) debet imputare [60]) et est homicidii reus, ut ar. Di. VI. *Testamentum* (c. 1) et Di. L. *Clericum* (c. 5), *De clericis* 1 (c. 6) et 2 (c. 36) [61]) et C. XXII. qu. 4 *Inter cetera* (c. 22) et C. XI. qu. 3 *Excellentissimis* (c. 102) et ar. Dig. si quis caution. L. 2 § *Quod* (§ 6) et Dig. de action. et oblig. L. 1 § 1; si vero sine culpa sua

[32]) Ha. *de.* [33]) Deest in Li. [34]) Ibidem *alicui operis.* [35]) Mo. 3 *instans.* [36]) In Ha. exciderunt quae praecedunt, inde a *ut dum alii.* [37]) Idem habet *de arbore.* [38]) Li. *occidis.* [39]) Ha. *amnem.* [40]) Mo. 3 *puta cum.* [41]) Deest in Ha. [42]) Mo. 3 *vel facit.* [43]) Pa. et hoc loco et inferiori addit *vindictae;* Mo. 3 ponit *vel* pro *aut.* [44]) Vi. *si* loco *ubi.* [45]) Mo. 3 *non iussus.* [46]) Omittit Mo. 1. [47]) In Mo. 3 desideratur iste locus. [48]) Ha., Li. et Mo. 2 *C. VIII. qu. 4. Illud*, omissis quae intercedunt; Mo. 3 vero omittit *illud* et quae sequuntur usque ad *§ potest.* [49]) Ha. *non.* [50]) Vi. *vero.* [51]) Mo. 3 non habet *alioquin peccat.* [52]) Ha. *ex necessitate.* [53]) Vi. *in* atque mox *ad.* [54]) Sic Ha. et Mo. 3; Mo. 2 *sine*, Mo. 1 *sint*, Pa. *sn̄*, Vi. *si.* [55]) Mo. 3 *aut poterit.* [56]) Quae antecedunt, Li. sic reddit: . . *aeterna. Qui occidit necessitate distinguendum videtur. Circa illud homicidium quod fit necessitate sic a sua culpa venit aut non. Siquidem etc.* [57]) Pa. *si quis.* [58]) Omissis ceteris, Ha. habet *item si non sua culpa.* [59]) Li. *sic.* [60]) Vi. *imputari.* [61]) Isti loci non laudantur in

et[62]) potuit[63]) aliter evadere, i. e. si necessitas fuit evitabilis, ei homicidium imputatur, ut infra eod. *Suscepimus* (c. 11; - Gr. c. 10. V. 12), alioquin non est imputandum, ut ar. Di. L. § *Quod vero* (Grat. dict. ad c. 35) et infra eod. *Qui sine* (c. 3; - Gr. n. p.), *Interfecisti* (c. 4). § 5. Circa illud[64]), quod fit casu, distingue, an[65]) ille qui casu[66]) occidit instabat licito operi et adhibuit illam diligentiam, quam[67] debuit, aut[68]) non; primo casu non imputatur sibi, sed casui et fato et fortunae[69]), ut Di. L. *Hi qui* (c. 49), *Saepe* (c. 50), *Si duo* (c. 51)[70]) et Cod. ad L. Corn. de sicar. L. 1; alioquin si vel non instabat operi licito vel non adhibuit illam diligentiam, quam debuit[71]), sibi debet imputari, ut Di. L. *Eos vero* (c. 42), *Si qua foemina* (c. 43), *Si quis voluntarie* (c. 44) et infra eod. *Continebatur* (c. 9; - Gr. c. 8 ibid.), nec obloquitur sequens hic capitulum, scil. *Lator*[72]) (c. 10), quia hic culpa occidentis, ibi culpa occisi mors intervenit[73]). De his hos versus habe[74]):

Si licitus, cautus[75]), non est culpabilis actus;
In reliquis culpam reor et pro crimine[76]) mulctam.

Item[77]) si sine ullo[78]) opere alicui invito et imprudenti[79]) telum[80]) manu fugit[81]) et alium peremit[82]), non est[83]) ei imputandum, ut C. XXIII. qu. 5 *Si homicidium* (c. 41). — § 6. Circa voluntarium homicidium non est distinctio facienda, quia constat, eum qui sic occidit omnino homicidii reum, ut Di. L. *Si quis voluntarie* (c. 44). § 7. Poena homicidii iusti non invenitur, nec etiam credimus imponendam[84]). De homicidio necessitatis evitabilis, vel ad quam[85]) occisor sua culpa pervenit, credo, talium[86]) poenam vel poenitentiam[87]) relinquendam esse[88]) arbitrio iudicantis[89]). De homicidio

Mo. 2 et Vi. [62]) Mo. 1 omittit *et*, quod recentiori manu supra linea additum videbis; in Mo. 3 deest *sua*. [63]) Mo. 3 et Li. *poterit*, quorum hic mox omittit *si*, ille vero habet *evitabilis*. [64]) Li. addit *homicidium*. [65]) Mo. 3 *aut*. [66]) Li. omittit, nec fortassis iniuria. [67]) Quae sequuntur, in Li. excidere fecit librarius, atque sic pergit: *sibi debuit imputare, ut Di. L. Eos vero etc.* [68]) Pa. et Mo. 2. 3 *an*. [69]) Ha. *et facto fortune*, Vi. *et facto et fortunae*, Mo. 2 *facto et fortunae*, Mo. 3 *vel facto vel fortunae*. [70]) Ad solum cap. 49 remittitur in Mo. 2. [71]) Mo. 3 *potuit vel debuit*. [72]) Idem perperam *scil. continebatur*. [73]) Pa. *intervenerit*. [74]) Sic Ha., Pa., Mo. 1 et 3 necnon Vi., nisi quod in hoc *habetur* occurrit pro *habe*; Mo. 2 *unde versus*; Li. *de his versiculos habeto*. [75]) Ha. et Pa. perperam *casus*. [76]) Li. *culpabil'* repetit, *pro crimine*. [77]) Deest in Li. [78]) Ha. *aliquo*. [79]) Pa. et Li. *impudenti*. [80]) Mo. 2 *celum*. [81]) Pa. *manus*; Mo. 1 *figit*. [82]) Ha. et Pa. *perimit*. [83]) Omittit Pa. [84]) In Mo. 1 et Vi. desunt ista, quae emblema redolere nolim negare, nec tamen contra tot Codd. auctoritatem reiicienda esse putavi. [85]) Li. *quem*. [86]) Codd. omnes habent *talem*, cuius verbi aut reiectione aut emendatione opus esse mihi videbatur. [87]) In Li. et Pa. *pónam* tantummodo occurrit. [88]) Deest in Mo. 2 et Vi. [89]) Pa. et Mo. 3 *iudicis*. [90]) In Pa., si recte viderit filius, *cnali* i. e. *carnali*.

casuali[90]) potest secundum leges agi lege Aquilia, scil.[91]) ad pecuniariam poenam[92]), ut Dig. ad L. Aquil. L. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10[93]), non tamen[94]) poterit[95]) agi ad poenam corporalem, ut Cod. ad L. Cornel. de sicar. L. 1 et L. *Eum* (L. 5); si tamen quis[96]) per lasciviam occidit[97]), in quinquennium relegatur[98]), ut Dig. ad L. Corn. de sicar. L. 4. § 1; secundum canones autem quinquennii[99]) est poenitentia imponenda, ut Di. L. *Eos vero* (c. 42), *Si quis voluntarie* (c. 44); clericus pro casuali homicidio deponetur[100]), nisi dispensative toleretur, ut Di. L. *Clerico* (c. 37) et infra eod. *Continebatur* (c. 9). Poena vero homicidii voluntarii est secundum leges, ut sublimiores deportentur omnibus bonis ademtis, minores capite puniantur[101]), ut Dig. ad L. Corn. de sicar. L. 3 § *Legis* (§ 5) et L. penult.; secundum canones autem clericus deponitur, laicus excommunicatur[102]), ut Di. L. *Si quis viduam* (c. 8), *Si quis voluntarie* (c. 44). — § 8. Fit autem[103]) cum clerico[104]) homicida circa homicidium iustum[105]) haec dispensatio, scil. ut in ipso[106]) ordine[107]) toleretur[108]), non tamen[109]) ultra promoveatur, ut ar. Di. LI. *Aliquantos* (c. 1). Circa homicidium necessitatis datur ei consilium, ut ab officio cesset[110]), ut Di. L. *De his clericis* (c. 6 et 36); non tamen deponitur, sed in suo[111]) ordine toleratur, ut infra eod. c. 3 (Gr. n. p.) et 4 (Gr. c. 1 ibid.). Circa homicidium casuale fit[112]) dispensatio magna, maior et maxima; magna, ut promotus ad maiorem gradum non in ipso[113]), sed in inferioribus toleretur, ut[114]) infra eod. *Continebatur* (c. 9)[115]); maior, ut etiam[116]) in ipso[117]) gradu toleretur, ut Di. L. *Clerico* (c. 37)[118]); maxima, ut etiam promoveatur, ut infra eod. *Lator* (c. 10; - Gr. c. 9 ibid.), vel dicas, ut praediximus, illud capit. *Continebatur* intelligi, ubi occi-

[91]) In Mo. 3 interseruit nec delevit scriptor *lege*. [92]) Vi. *causam*. [93]) Omnes istae leges in Codd. enumerantur, licet non omnes in omnibus. [94]) Mo. 3 *enim*. [95]) Ha. et Vi. *potest*. [96]) Li. *sed tamen si quis*. [97]) Mo. 3 *occiderit*. [98]) Li. *reddigetur*, Mo. 2 *religatur*. [99]) Quae antecedunt inde a *in quinquennium* desiderantur in Mo. 3, qui mox habet *poena*, non *poenitentia*. [100]) Mo. 1 *deponitur*. [101]) Pa. *muniantur*, Mo. 2 et Vi. *puniuntur*. [102]) Li. *deponatur* et *excommunicetur*. [103]) Omittit Mo. 2; Mo. 3 habet *aut*. [104]) Vi. *in clerico etc.*; Mo. 2 et 3 *circa (erga) clericum homicidam*; de Pa. cf. not. 108. [105]) Omittit Ha. [106]) Li. *ppò* i. e. *proprio*. [107]) Mo. 2 omittit. [108]) Pa. ita: *Si autem clericus homicida c. hom. iust. h. disp. fit ut*. [109]) Mo. 2 *sed non*. [110]) Quae praecedunt inde a *promoveatur* exciderunt in Li. [111]) Mo. 3 *eo* pro *suo*. [112]) Deest in Mo. 3. [113]) In Li. hoc loco excidit *in*, in Mo. 3 post *sed*. [114]) Desiderantur in Mo. 3 quae succedunt, ut statim ad Di. L. *Clerico* transeat contextus nec reddat intermedia. [115]) Li. non hunc locum profert, sed ad c. *clerico* Di. L. remittit. [116]) Deest in Pa. [117]) Li. *suo* habet pro *ipso*. [118]) Huius can.

soris culpa mors[119]) intervenit, hoc vero[120]) capit. *Lator,* ubi non occisoris culpa, sed occisi[121]). Circa homicidium voluntarium nullam invenio dispensationem, sed potius depositionem, ut Di. L. *Miror* (c. 4), *Si quis viduam* (c. 8).

§ 9. Illud in summa notandum, quod, si iudex male iudicavit aliquem ad mortem, ipse est homicidii reus, ut Dig. ad L. Corn. de sicar. L. 1; similiter tam accusator quam testis, qui calumniose et falso crimen[122]) mortis in aliquem iniecerit[123]), ut in eadem L. § 1[124]) et infra de crimine falsi c. 1 (Gr. n. p.). — § 10. Item[125]) illud notandum, quod non est omnino liber a culpa homicidii, qui potuit aliam[126]) liberare a morte et non liberavit, ut infra eod. *Sicut* (c. 7; - Gr. c. 6 ibid.) § *Illi autem* et ar. Di. LXXXVI. *Facientis* (c. 3) et C. XXIII. qu. 3 *Non in inferenda* (c. 7), *Qui potest* (c. 8) et qu. 5 *Reos* (c. 7) et ar. Dig. de re milit.[127]) *Omne* (L. 6) § ult. et Dig. locati[128]) *Item quaeritur* (L. 13) § *Exercitu* (§ 7).

TITULUS XI.

De torneamentis [1]).

Diximus[2]) de homicidiis; sed quia[3]) ex torneamentis saepe homicidium nascitur, ideo de ipsis agamus[4]), videntes, quae hic dicantur torneamenta et de poena pugnantium in eis.

§ 1. Torneamenta dicuntur quaedam nundinae vel feriae, scil. pugnae non inter hostes, sed ad instar hostium[5]) factae, scil. ad ostentationem[6]) virium et audaciam[7]) experiendam. Quia vero[8]) exinde mortes et alia mala provenire solent, ideo a sacris[9]) cano-

loco Li. ad *infra eod. c. 3 et 4* remittit. [119]) In Ha. et Mo. 2 deest *mors;* in Mo. 1 supra linea adiecit scriptor. [120]) Pa. *si vero.* [121]) Mo. 2 sic habet: *et dicas, ut praedix. in illo cap. Continebatur, ubi intelligitur occ. culpa interv., in hoc vero cap. scil. Lator ut non occ. c. sed. occ.* [122]) Ha. *false,* Mo. 3 *falso crimine.* [123]) Ha. *iniecerint,* Pa. et Mo. 3 *iniecerunt.* [124]) Li. et Mo. 2 *infra eod. § 1.* [125]) Mo. 3 *et* pro *item.* [126]) Li. et Mo. 2 *aliquem.* [127]) Ha. et Mo. 1. 2 et 3 *de iure mil. (militum),* Li. *de iure civili,* Pa. *inter nullus.* [128]) Codd. fere omnes *legati* aut *de legati* habent; atvero quin ad *locati* titul. remiserit Bernardus, si ipsam L. 13. § 7 et gl. *factori habendus* ad L. 6 Dig. de re mil. inspexeris, non dubitabis; confirmatur per Mo. 3, ubi *locati* scriptum invenies.

Tit. 11. — [1]) Mo. 2 per totum titulum, uti in rubrica, habet *torniamentis;* in Mo. 3 *detormentis.* [2]) Mo. 3 *Egimus.* [3]) Li. et Mo. 3 omittit, quorum hic non *ex torn.* ponit, sed *in.* [4]) Li. *dicamus.* [5]) Mo. 3 et Vi. *hostilium.* [6]) Pa. *ostensionem,* Li. *ad hostium rōnē (rationem).* [7]) Mo. 1 et 2 *audientiam,* quod tamen illic in *audatiam* ipse librarius correxisse videtur. [8]) Pa. *sed quia.* [9]) Deest in Ha. [10]) Ha. ad *c. 2,* Pa. et Mo. 2 ad *c. 2 et 3* remittunt. [11]) Ha.

nibus prohibentur, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 13) et c. 2 (Gr. n. p.)[10]). — § 2. Poena vero pugnantium ibi[11]) est, quod, qui occidit, reus homicidii erit[12]), quia noxius ludus in culpa est, ut Dig. ad L. Aquil. *Nam* (L. 10); qui autem ibi occisus fuerit, carebit[13]) ecclesiastica sepultura, ut infra eod. c. 1 et 2. Secundum leges autem poena legis Aquiliae non tenetur[14]), ut Dig. ad L. Aquil. *Qua actione* (L. 7) § *Si quis* (§ 4).

TITULUS XII.

De clericis pugnantibus in duello [1]).

Quia ex duello saepe[2]) provenit homicidium, de quo praediximus, ideo de duello subiungamus. Videamus itaque[3]), quid sit duellum, an[4]) fieri debeat, qua poena feriatur[5]) clericus ibi pugnans.

§ 1. Duellum est singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis[6]), ita videlicet, quod ille, qui vicerit[7]), probasse intelligatur, et dicitur duellum quasi duorum bellum; dicitur etiam iudicium, eo quod[8]) ibi Dei iudicium[9]) expectatur; dicitur et[10]) monomachia, monos[11]) enim unus, machia pugna, inde[12]) monomachia[13]) i. e. unica vel[14]) singularis pugna, scil. ubi unus cum uno[15]) pugnat. — § 2. Non autem fieri debet; nam licet David et Golias[16]) duellum[17]) commiserint, non tamen est pro lege sumendum[18]), ut C. II. qu. 5 *Monomachiam* (c. 22), cum et[19]) privilegia paucorum legem communem facere non possint[20]), ut C. XXVI. qu. 2 *Non exemplo* (c. 4). Quaeri solet, an laici in huiusmodi pugna mortaliter peccent? quod si est, peccat ergo[21]) sacerdos, qui pugna-

vitiose addit *reus.* [12]) Li. et Vi. *est.* [13]) Mo. 2 *caret.* [14]) Mo. 2 et 3 *tenent.*

Tit. 12. — [1]) Verba *in duello* in Mo. 3 desunt, in Li. verba *clericis pugnantibus in.* [2]) Deest in Mo. 3. [3]) Pa., Li. et Mo. 2 *igitur.* [4]) Li. *et an.* [5]) Pa. *puniatur vel feriatur.* [6]) Sequentia desunt in Mo. 3 usque ad *et dicitur etc.* [7]) Pa., Li. et Mo. 2 *vincit.* [8]) Mo. 2 *quia* pro *eo quod.* [9]) Pa. *quod iudicium ibidem,* Mo. 1 *quod ibi d' iudicium.* [10]) Ha. *etiam et.* [11]) Sic Mo. 3, alias *monus.* [12]) Mo. 3 *unde.* [13]) Omnia ista nec Ha. et Pa. exhibent, nec Mo. 2 et Vi., quae tamen pro emblemate habere non licet, cum saepius Bernardus simili modo graecorum verborum det interpretationem. [14]) Desunt *unica vel* in Vi. et Mo. 2 et 3, quorum hic verba *i. e. singularis pugna* bis habet, scil. hoc loco et ante *monos enim.* [15]) Mo. 3 *alio.* [16]) Deest *et Golias* in Mo. 3, unde mox legitur *commiserit.* [17]) Li. *proelium.* [18]) Pa. *suscipiendum vel sumendum.* [19]) In Li. scriptor *etc.*' posuit et sic ad antecedentia traxisse videtur. [20]) Ha. *non possunt;* in Mo. 3 supra linea adiectum est *non.* [21]) Deest

turis dat [22]) poenitentiam et arma benedicit; ceterum [23]) quidam eos excusant [24]), et pugnatores [25]) et sacerdotes, quadam consuetudine generali et [26]) quasi iure gentium [27]), ar. C. XXXII. qu. 4 *Obiiciuntur* (c. 7), nam eo usque [28]) res [29]) processit, ut in Lombardia [30]) lex de [31]) talibus sit statuta. Alii autem distinguunt, utrum quis offerat, an suscipiat [32]) duellum, et ubi [33]) suscipit, utrum [34]) sponte, an delatum a iudice; dicunt [35]) enim, eum qui sponte [36]) offert et eum qui sponte [37]) suscipit mortaliter peccare, eum vero qui suscipit iudice compellente non peccare, quia non sponte id [38]) facit, sed invitus, a simili eius, quod habes [39]) de milite vel [40]) ministro, ut C. XXIII. qu. 5 *Miles* (c. 13); haec sententia rationabilior videtur [41]). Notandum vero [42]), quod haec probatio iudici fidem facere non debet, quia qui vincitur non sponte confitetur, et ideo condemnari non debet [43]) ar. C. XV. qu. 6 *Si quandoque a sacerdotibus* [44]) (c. 1), unde et in ipsa lege Lombardorum [45]) Imperator [46]) dixisse legitur [47]): „Multos vidimus iustam causam foventes uno sub clipeo suam iustitiam amisisse." — § 3. Poena vero [48]) clericorum pugnantium in duello est, ut deponantur; si tamen exinde nec mors nec membrorum sit diminutio subsecuta, poterit erga eum [49]) suus episcopus dispensare, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 14) et c. 2 (Gr. c. 1. I. 20).

§ 4. Illud in summa notandum, quod si quis [50]) aliquem in duello occiderit [51]), reus homicidii erit, nisi se defendendo id fecit [52]), cum duellum non potuit evitare; quo in casu non aliter tenetur, quam ille, qui occidit inevitabili necessitate, de quo supra diximus [53]) in titulo de homicidio voluntario vel casuali [54]).

---

in Ha. [22]) Pa. *dans* omisso *qui*, quod tamen post *et* receptum est. [23]) Mo. 3 *ceterum autem*. [24]) Mo. 2 *accusant*, quod Mo. 1 librarius primum quidem scripserat, sed mox ipse correxit. [25]) Pa. *pugnantes*. [26]) Pro *et quasi* in Li. occurrit *q*. [27]) Mo. 3 *generali*. [28]) Mo. 2 *nam usque adeo*. [29]) Li. *lex*. [30]) Sic Ha., Pa. et Vi.; Mo. 1 et 2 *Lombarda;* Li. et Mo. 3 *Longobardia*. [31]) Mo. 1 et Vi. *pro;* in Pa. desunt *de talibus*. [32]) Ha. *offert* et *suscipit;* in Mo. 3 *aut* pro *an*. [33]) Li. *qui* pro *ubi*. [34]) Mo. 1 addit *si*. [35]) In Mo. 2 desunt *enim ... offert et*. [36]) Omittit Ha. [37]) Ha. *cum quis* omisso *sponte;* Pa. *offert et sponte suscipit*. [38]) Vi. *hoc*. [39]) Li. *habemus*. [40]) Ha. *et*. [41]) Li. *hoc nam rationabiliter videtur*. [42]) Deest in Li. [43]) Desunt ista inde a *quia* in Pa., Li. et Mo. 3. [44]) In Codd. Decreti saepius desiderari verba *quandoque a*, et adnotat Boehmerus ad c. 1 cit., et confirmant Summae libri manuscripti, quorum nullus ad istud cap. remittit, nisi verbis *Si sacerdotibus*. [45]) Li. *Longobardorum*. [46]) Mo. 2 *imperatorem*. [47]) Ha. *legimus*. [48]) Deest in Pa. et Li. [49]) Ha. *eos*. [50]) Idem *aliquis*. [51]) Pa. *occidit*. [52]) Sic praeter Li. et Pa., ubi *fecerit*, omnes Codd., nisi quod in Mo. 1 et Vi. deest *se*, Ha. vero *hoc* habet loco *id*. [53]) Deest in Mo. 2. [54]) In Vi. tit. rubrica omittitur; Pa. non habet *voluntario vel*.

TITULUS XIII.

De adulterio et stupro [1]).

Quia in decalogo Mosaico post homicidium statim [2]) moechia i. e. adulterium prohibetur, recte post tractatum de crimine [3]) homicidii de adulterio agendum videtur [4]). Videamus igitur, quid sit adulterium, quid [5]) stuprum, quis de adulterio accusare [6]) possit, quis non, quibus in casibus [7]) maritus de adulterio accusare [8]) non possit, quae sit poena adulterii et quae stupri, et ad quem spectet [9]).

§ 1. Adulterium est alieni thori violatio; cum enim uxor thoro mariti fidem [10]) servare debeat et econtra, quisquis [11]) eorum cum alio [12]) commixtus [13]) fuerit, coniugalem [14]) thorum intelligitur [15]) violare, unde in sacrificio zelotypiae dicebatur [16]): „Si non es polluta deserto mariti thoro [17]) etc.," ut C. II. qu. 5 § *Hoc autem* (Grat. dict. ad c. 30); hinc et Iuvenalis [18]):

> Antiquum et vetus [19]) est, alienum, Posthume, lectum
> Concutere atque sacri genium [20]) contemnere fulcri.

§ 2. Stuprum [21]) est illicita defloratio virginitatis; improprie tamen stuprum cum vidua dici solet, ut Dig. eod. *Inter* (L. 6) § 1. Sic ergo [22]) fornicatio fit cum soluta, stuprum cum virgine, adulterium cum coniugata, cum consanguinea vel affine incestus; de his habes [23]) in C. XXXII. qu. 5 *Non moechaberis* (c. 15) et qu. 7 § *Sunt enim* (Grat. dict. ad c. 10) et c. *Adulterii* (c. 11). — § 3. Accusare autem de adulterio potest quilibet, quia hoc crimen publicum est, ergo populicum [24]), scil. ut [25]) ad ipsum accusandum quilibet de populo admittatur [26]), ut Dig. de public. iudic. L. 1 et in Instit. de public. iudic. § 1; ceterum prius admittuntur propinquiores et [27])

Tit. 13. — [1]) Sic Ha.; Mo. 2 *et ipsa collectio*, Mo. 3 *de adulteriis*, Li. *de adulteriis et stupris*, Mo. 3 et Vi. *de adulteriis et stupro*. [2]) Omittit Ha. [3]) Ha., Pa. et Vi. *tractatum homicidii*. [4]) Mo. 3 *est*. [5]) Pa. addit *fit*. [6]) Li. *quis adulterium;* Mo. 3 *peccare* habet, non *accusare*. [7]) Mo. 3 *causis*. [8]) Omittit Pa. [9]) Ha. et Li. *spectat*. [10]) Li. *mariti thorum servare*. [11]) Ha. *quisque*, Vi. *ut uterque*. [12]) Mo. 3 *aliquo*. [13]) Ha. *mixtus*. [14]) Li. et Ha. *coniugale*. [15]) Mo. 1 et Vi. *dicitur*. [16]) Deest in Ha. [17]) Pa. *est* pro *es*, Ha. *caro* pro *thoro*. [18]) Cf. Satyr. 6. v. 21. [19]) Li. *reus*. [20]) Sic Li.; Ha. *sacrilegum*, ceteri *sacrilegium;* Pa. omittit, quae post *concutere* sequuntur. [21]) Li. *scriptum*. [22]) Li. et Mo. 2 *vero;* in Mo. 3 loco *sic* scriptum est *sicut*. [23]) Idem *habemus*. [24]) Sic Li., Mo. 1 et Vi.; alii Codd. repetunt *publicum*. [25]) Pa. *c'*. i. e. *cum*, Li. *sed ad;* in Mo. 2 deest *ut*. [26]) Ha. et Li., cum *ut* omittant, habent *admittitur*. [27]) Solus Mo. 2 non habet *et*, atque melius fortasse aut reliciendum esset aut

ad quos magis iniuria [28]) spectat, ut Cod. eod. *Quamvis* (L. 30). Omnibus autem praefertur maritus [29]), ut infra eod. *Maritus* (c. 5; Gr. c. 4. V. 16) et Dig. eod. L. 1 § ult.; praeterea maritus duplici iure [30]) accusare potest, scil. [31]) iure communi ut ceteri, et iure singulari i. e. iure mariti [32]), scil. [33]) sine inscriptione et sine metu calumniae et ex sola suspicione, et hoc infra [34]) LX [35]) dies utiles, i. e. in quibus est copia [36]) iudicis adeundi, ut C. IV. qu. 4 § *Aliquando* (Grat. dictum ad c. 2) et Cod. eod. *Iure* (L. 6), *Quamvis* (L. 30). Praeterea sponsus de adulterio accusare potest; nam in sponsa committitur adulterium, ut C. XXVII. qu. 2 *Qui desponsatam* (c. 12), *Quapropter* (c. 37) et Dig. eod. *Si uxor* (L. 13). — § 4. Non autem potest quis accusare eum, quem [37]) quis iam de eodem adulterio [38]) accusavit [39]), nisi doceat de praevaricatione prioris accusatoris [40]), ut Cod. de accusat. *Si quis homicidii* (L. 11) [41]) et Dig. de praevaric. L. 3. Praeterea post quinquennium adulterii accusatio non admittitur, ut Cod. eod. *Adulter* (L. 5) et Dig. eod. *Mariti* (L. 29) § *Praeterea* (§ 5 med.), § *Hoc et* (§ 6) [42]), § *Quinquennium* (§ 7), nisi per vim stuprum vel adulterium sit commissum, ubi non obstat praescriptio quinquennalis, ut Dig. eod. [43]) § ult. et L. *Quinquennium* (L. 31). — § 5. Sunt etiam [44]) sex casus, in quibus vir uxorem de adulterio [45]) non permittitur accusare; primo, si et [46]) ipse fuerit fornicatus, ut C. XXXII. qu. 6 *Nihil* (c. 1) et Dig. eod. *Si uxor* (L. 13) § *Iudex* (§ 5) et Dig. soluto matrim. *Viro* (L. 39), *Cum muliere* (L. 55); secundo, cum ei dederit [47]) fornicandi occasionem, ut C. XXVII. qu. 2 *Si tu abstines* (c. 24) et in Authent. Ut liceat matri et aviae § *Quia vero* in fin. Coll. VIII. (Nov. 112. c. 13); tertio, cum ipsa credebat virum mortuum et alii nupsit, ut C. XXXIV. qu. 2 *Si virgo* (c. 5) et Dig. eod. *Miles* (L. 11) § *Mulier* (§ 12); quarto cum ipsa fuerit [48]) vi oppressa, ut C. XXXII.

in *ut* commutandum. [28]) Deest in Pa.; Li. *iniuriae* indeque *spectant*. [29]) Omittit ista Mo. 2. [30]) Pa. *duplici de iure*. [31]) Mo. 2 *scil. ut*. [32]) Li. loco *i. e.* habet *al'i;* Mo. 3 omittit, et pro *singulari* habet *singulorum*, necnon *maritali* pro *mariti*. [33]) Li. *i. e.* [34]) Li. *ita infra*. [35]) Sic Mo. 1 et 3 atque Vi., idque recte, uti ex cap. cit. apparet; ceteri Codd. habent *XL*. [36]) Pa. *copula*, quod tamen ipse librarius correxit. [37]) Ha. *qua*. [38]) Pa. *de eodem crimine acc. scil. de adulterio*. [39]) Ha. *accusat*, Li. et Mo. 3 *accusaverit*. [40]) Ha. *accusationis*. [41]) Desideratur iste Cod. locus in Mo. 2. [42]) Istum locum non allegat Pa. [43]) Siglam »infra", quam Ha., Li. atque Pa. exhibent, in Mo. 1 ipse librarius in Dig. siglam reformavit. [44]) Ha. et Li. *autem*. [45]) Li. omittit *de adult.* [46]) Pa. et Ha. non habent *et;* in Mo. 3 legitur *et si*. [47]) Pa., Li., Mo. 1 et 2 *dedit*. [48]) Pa. *fuit*. [49]) Li. *ipsa ea*, Mo. 2 *ea*. [50]) In Mo. 2 deest *secum;*

qu. 5 *Lucretiam* (c. 4. § 1) et Dig. eod. *Si uxor* (L. 13) § *Si quis* (§ 7); quinto cum aliquis sub mariti specie cum ipsa [49]) ignorante dormivit, ut C. XXXIV. qu. 2 *In lectum mariti* (c. 6); sexto, cum eam secum retinuit [50]), ex quo eius adulterium manifeste cognovit, ut C. XXXII. qu. 1. c. 1 et Cod. eod. *Crimen adulterii* (L. 11). § 6. Poena adulterii alia canonica, alia legalis. Canonica poena [51]) est, ut si clericus fuerit [52]), deponatur, si laicus [53]), excommunicetur, ut Di. LXXXI. *Si quis clericus* (c. 10), *Clericus* (c. 20) [54]) et ar. C. VI. qu. 1 *Illi qui* (c. 3) et C. XXII. qu. 1 [55]) *Praedicandum* (c. 17) et de cons. Di. II. *Si non sunt* [56]) (c. 15), *Si quis intrat* (c. 18). Poena vero legalis est [57]), ut adulter capite puniatur, ut Cod. eod. *Quamvis* (L. 19), adultera verberetur et [58]) in monasterium retrudatur [59]), ut in Authent. ut nulli iudicum liceat habere § *Si quando vero* [60]) (Nov. 127. c. 10). — § 7. Poena vero [61]) stupri est, ut si violenter quis aliquam oppressit, si coniugatam vel alias [62]) solutam, non virginem, excommunicetur [63]), vel si clericus est, deponatur, ut C. XXXVI. qu. 2 c. 1 et 4; si autem virginem, accipiat eam in [64]) uxorem, si patri [65]) mulieris placuerit, vel dotet [66]) eam secundum quod convenit mulieri, ut ar. C. XXXVI. qu. 2 *Tria* (c. 8) et ar. infra eod. *Pervenit* (c. 2; – Gr. c. 2. V. 16); alioquin si neutrum fieri possit [67]), flagellabitur et in monasterium retrudetur [68]), ut colligitur ex eodem capit. infra eod. *Pervenit* [69]). Secundum leges autem, qui sine vi stuprum [70]) commiserit [71]), honestior punitur [72]) publicatione dimidiae partis suorum bonorum, humilis flagellatur et relegatur [73]); si vero per vim stuprum fecit [74]), capite punitur [75]), ut in Inst. de public. iud. § 1 et § *Item L. Iulia* (§ 8) et Cod. de raptu

Mo. 3 habet *postea secum dormivit*. [51]) Omittit Ha. [52]) Pa. et Li. *est*. [53]) Ha. addit *est*. [54]) Hunc alterum locum, licet nonnisi in Mo. 1 et Vi. occurrat, tamen retinere placuit. [55]) Qui praecedunt, in Li., qui sequuntur, in Pa. omnes desiderantur loci; ibi enim sic: *ar. VI. qu. 2 praem.*, hic vero: *ut Di. LXXII. praedicandum*. [56]) Codd. omnes *si vero sunt*, sed neque datur istiusmodi capit. in Di. cit., neque alias in toto Decreto, et quodammodo c. 15 huc potest referri. [57]) Pa. omittit. [58]) In Vi. pro *verberetur et* scriptum est *vero*. [59]) Ha., Pa. et Mo. 1 *detrudatur*, at meo quidem iudicio aliorum lectio scil. *retrudatur* praeferenda est. [60]) In Codd. omnibus falso *si quis vero*. [61]) Deest in Mo. 2, qui et mox habet *oppresserit*. [62]) Ha. et Mo. 3 *aliam*. [63]) Pa. praemittit *si laicus est*, sicque pergit: *si clericus, deponatur*, omisso tam *est*, quam *vel*, quod nec in Li. occurrit. [64]) Omittit Mo. 3. [65]) Sic Vi.; sed solus, cum ceteri omnes praeter Mo. 3, in quo legitur *si mulieri placuerit*, habeant *parti*. [66]) Mo. 3 *decet*. [67]) Idem *si neutrum fit*. [68]) Ha. *detrudatur*, Mo. 1 et Vi. *intrudetur*. [69]) Omnia ista exciderunt in Li. [70]) Ha. omittit *sine vi;* Pa. habet *qui in virginem*. [71]) Mo. 3 et Vi. *commisit*. [72]) Li. tam hic quam infra *puniatur* atque mox *flagelletur* et *relegetur*. [73]) Deest in Pa. [74]) Ha. *commiserit*. [75]) Mo. 3 *pu-*

virgin. L. 1 in princ. — § 8. Pertinet autem poena talium canonica ad episcopos, ut infra eod. *Perniciosa* (c. 4; - Gr. n. p.), legalis autem ad iudicem secularem, ut C. XXIII. qu. 5 *Rex* (c. 40).

§ 9. Illud in summa notandum, quod [76]) de crimine adulterii potest agi et [77]) criminaliter et civiliter, item criminaliter duobus modis, alias [78]) ad poenam corporalem, alias ad divortium postulandum; nam pro adulterio uxoris maritus ab uxore et pro adulterio mariti uxor a viro [79]) separari potest [80]), non tamen licet separatis alii [81]) copulari, ut C. XXXII. qu. 1 *Dixit* (c. 2) et qu. 5 *Christiana* (c. 23) et qu. 7 fere per totum [82]). — § 10. Item illud in summa [83]) notandum, quod si mulier coniugata fuerit [84]) cauponae ministra, ita ut vina potantibus ministret, non potest maritus eam vel eius [85]) amasium [86]) de adulterio accusare, quia lex eam non putat dignam legum observatione, ut Cod. eod. *Quae adulterium* (L. 29). — § 11. Sed et [87]) illud notandum, quod maritus pro certa adulterii suspicione potest uxorem de adulterio accusare et ab ea divortium postulare [88]), ut C. XXXII. qu. 1 *Dixit dominus* (c. 2). — § 12. Illud etiam [89]) non est praetermittendum, quod si quis [90]) simul [91]) duas uxores habet, est excommunicandus et infamis habetur, ut C. XXIV. qu. 3 *An non* (c. 19) et Cod. eod. *Eum qui* (L. 18) et Dig. de his qui not. infam. L. 1 [92]) et *Quid ergo* (L. 13) § 1 et 2.

TITULUS XIV.

De raptoribus et praedonibus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum [1]).

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Sit labor ut facilis, ut recrectur homo [2]).

---

niatur. [76]) Deest in Li. [77]) Vi. omittit. [78]) Pro *alias*, quod habent Mo. 1 et Vi., in Ha., Li., Mo. 2 et 3 *aliquando;* in Pa. *vel* legitur, quod et in Mo. 3 altero occurrit loco; num forte Bernardus scripserit *aut?* [79]) Loco istorum *et pro adulterio etc.* Mo. 2 habet *et econtra.* [80]) Ha. *separatur*, Mo. 2 *separari possunt.* [81]) Sic Mo. 1 et Vi.; Ha., Li. et Mo. 2 *separato*, quod et Mo. 3 habet, sed omisso *licet;* Pa. *separato alii marito.* [82]) Desideratur haec generalis ad qu. 7 remissio in Vi. [83]) Omittunt Ha. et Mo. 3 *item*, Mo. 2 *in summa.* [84]) Ha. et Pa. *fuit.* [85]) Pa. perperam post *maritus* addit *eius;* Ha. pro *eam vel eius* habet *aliqua causa;* Li. *aliq. cā. eius.* [86]) Mo. 2 *amasius.* [87]) Mo. 1 et Li. *sed illud*, Pa. *est et illud.* [88]) Omittuntur haec in Pa. [89]) Mo. 2 *tamen.* [90]) Mo. 3 *aliquis.* [91]) Deest in Li., qui et mox *est* omittit. [92]) Idem ad *L. 2* remittit.

Pessima turba coit [3]); surgat vir [4]) armaque sumat,
Prosternat pravos [5]) incutiatque [6]) metum.
Sed tamen omisso [7]) quaeramus seria ludo;
Exutus [8]) puerum se sciat esse virum.

Inquiramus igitur, quis dicatur [9]) raptor, quae eius poena, quis incendiarius, quae eius poena [10]), quis sacrilegus, quae eius poena.

§ 1. Raptor dicitur duobus modis [11]); dicitur enim raptor rerum et raptor hominum, et praecipue foeminarum [12]); dicitur autem [13]) proprie rapina rerum, et raptus mulierum [14]). Raptus autem duplex invenitur; est enim [15]) raptus coitus violenter ereptus [16]), ut C. XXXVI. qu. 1 *Raptus* [17]) (c. 1), et est [18]) raptus violenta abductio mulieris non [19]) desponsatae ab eo, ut C. XXXVI. qu. 1 *Lex illa* (c. 2) et qu. 2 *De puellis* (c. 4), *Si quis virginem* (c. 5). § 2. Poena vero raptoris rerum est secundum leges, quod intra annum punitur in quadruplum, post annum in [20]) simplum, ut Dig. de vi bonor. raptor. L. 1 et 2 et Inst. de vi bon. rapt. in princ.; in quadruplo autem ipsa res continetur [21]), ut ibidem habetur. Poena vero canonica est, ut excommunicetur, non solum a suo episcopo, sed etiam ab illo [22]), in cuius episcopatu [23]) rapinam fecit, sicut et [24]) praedo, ut C. VI. qu. 3 *Placuit* (c. 4) et infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1 et 3. V. 17). Poena vero raptoris mulierum [25]) est secundum leges, ut capite puniatur [26]), ut ar. C. XXXVI. qu. 1 *De raptoribus* (c. 3) et Cod. de raptu virg. L. 1 iuxta princ.; si tamen huiusmodi poena ecclesiastico iudici sit a seculari potestate commissa [27]), ipse ecclesiasticus, quia non debet iudicium [28]) sanguinis agitare, iubebit raptorem [29]) vel [30]) incarcerari vel flagellari vel pecuniaria poena mulctari, ut infra eod. *In archiepiscopatu* (c. 3; Gr. c. 4 ibid.). Poena vero canonica raptoris mulierum [31]) est, ut

---

Tit. 14. — [1]) Ha. *De incediariis etc.;* Vi. non habet *et praedonibus*, nec Li. *et de violat. etc.* [2]) Li. *amans.* [3]) Mo. 2 *cogit.* [4]) Sic Mo. 1; Ha. et Li. *vis*, Pa. cum ceteris *ius.* [5]) In Codd. omn. *p̄vos.* [6]) Mo. 3 *iniiciatque.* [7]) Vi. *obmisso.* [8]) Ha. et Pa. *exitus*, Li. *exitus et.* [9]) Mo. 2 *sit.* [10]) Desunt ista in Pa. et Li. [11]) Mo. 1 omittit *modis.* [12]) Mo. 3 loco *enim* habet *autem*, et pro *praecipue foeminarum* ibi occurrit *raptor mulierum.* [13]) Pa. *etiam.* [14]) Desunt ista in Mo. 2 et 3. [15]) Ha. et Li. *autem.* [16]) Ha. *violentus ereptus*, Mo. 2 *violenter obductus.* [17]) Pa. *de raptoribus*, qui tamen c. 3 minus ad rem pertinet. [18]) Idem *est etiam* habet pro *et est.* [19]) Ha. *nondum.* [20]) Deest in Mo. 3. [21]) Ha. librarius satis confuse scripsit *in quadruplum post annum autem, ut etc.* [22]) Mo. 3 *alio.* [23]) Li. *in cuius parochia episcopatus.* [24]) Deest in Ha. [25]) Sic Ha. et Mo. 2. 3; Mo. 1 et Vi. *raptorum mulierum*, Pa. *raptoris mulieris*, Li. *raptoris est mulieris.* [26]) Mo. 1 necnon Ha. *puniantur.* [27]) Ita Mo. 1 et 3 atque Pa., praeter quod hic pro *sit* legit *fuerit;* Ha., Li. et Mo. 2 *ecclesiastico iudici sive seculari potestati.* [28]) Mo. 2 *poenam.* [29]) Idem *latronem.* [30]) Deest in Li. [31]) Pa. *raptorum* atque hinc *excommunicentur*, Li. *mulieris.*

excommunicetur cum fautoribus suis, ut C. XXXVI. qu. 2 c. 1 et 4. § 3. Praedo vero duobus modis dicitur; dicitur enim praedo, qui[32]) alios iniuste[33]) praedatur[34]), ut sunt illi qui viatoribus[35]) auferunt sua; est etiam praedo miles, qui ultra debitum stipendium quaerit[36]), sive sit[37]) de armata militia sive[38]) inermi, ut C. XXIII. qu. 1 *Militare* (c. 5). — § 4. Poena vero praedonis eadem est, quae et[39]) raptoris, cum uterque raptor dici possit; quos enim par facinus coinquinat[40]) et aequat, poena debet similis comitari[41]), ut C. XV. qu. 3 *Sane* (c. 4). — § 5. Incendiarius dicitur, qui domum alienam incendit absque iussu eius, qui habet potestatem indicendi[42]) bellum; quis autem ille sit[43]), habetur C. XXIII.[44]) qu. 2 per totam quaestionem[45]). — § 6. Poena incendiarii est secundum leges, ut qui dolo id fecit[46]) igne cremetur aut capite puniatur, ut Dig. de incend. ruina naufr.[47]) *Qui aedes* (L. 9) et L. penult. et ult., et Dig. de poenis *Capitalium* § *Incendiarii* (L. 28. § 12) et Dig. ad L. Corn. de sicariis *Si quis dolo* (L. 10). Secundum canones[48]) excommunicatur, nec absolvitur, nisi damno secundum leges resarcito et iuramento[49]) praestito, quod ulterius ignem non apponet, ut C. XXIII. qu. ult. *Pessimam* (c. 32). — § 7. Sacrilegus sive ecclesiae[50]) violator dicitur, qui ecclesiasticam[51]) violat immunitatem; sacrilegium autem est sacrae rei usus iniuriosus[52]), dictum[53]) sacrilegium quasi sacrilaedium, quia sacrum laedit[54]). Committitur autem sacrilegium ex re, loco et persona; ex re, ut faciendo iniuriam in re sacra vel sacro[55]) usui deputata; ex loco, ut violando ecclesiam vel ecclesiae aut[56]) coemeterii immunitatem, de quo[57]) diximus supra de immunitate eccles.; ex persona, cum fit iniuria in ecclesiastica[58]) persona[59]), vel sine iniectione manuum,

---

[32]) Li. *primo enim dicitur quia.* [33]) Ha. cum Li. *iuste.* [34]) Pa. *depraedatur.* [35]) Li. *raptoribus.* [36]) Mo. 2 *petit.* [37]) Deest in Ha. [38]) Mo. 2 *sive de.* [39]) Deest *et* in Mo. 1 et 2, Vi. atque Li. qui insuper omittit *est.* [40]) Mo. 3 *inquinat,* qui etiam mox habet *et poena.* [41]) Li. *comitare,* Pa. *poena scelus simile debet etc.* [42]) Ha. *incendendi bellum.* [43]) Li. *scit* pro *ille sit.* [44]) Codd. omnes ad C. XXXIII remittunt, sed plane falso, unde et in Mo. 1 quis delendum curavit primum X. [45]) Ha. et Li. *per totum.* [46]) Pa. *hoc facit;* Mo. 3 nec *id* nec *hoc* habet, atque omittit *cremetur.* [47]) Pa. *de incend. IIII. qu. X nam Qui etc.* [48]) Li. addit *autem.* [49]) Sic Mo. 2 et 3; in ceteris deest *et.* [50]) Ha. *ecclesiarum.* [51]) Pa. *ecclesiae,* Mo. 3 *ecclesiam.* [52]) Omittit Mo. 3. [53]) Li. *dictum est.* [54]) Ista omittit Li.; in Mo. 3 pro *sacrilaedium* scriptum est *sacrum laesum,* Mo. 2 vero repetit *sacrilaedium* post *quia.* [55]) Mo. 3 *sancto.* [56]) Deest in Pa. [57]) Pa. *quibus,* Ha. *qua.* [58]) Mo. 3 *ecclesiasticam personam.* [59]) In Li. quae sequuntur ita leguntur: *si interiectionem manuum, ut XXXVII. qu. 4 Si quis suadente sicut qui vel manuum iniectionem, ut XVII. qu. 4 Si quis*

ut C. XVII. qu. 4 *Sicut qui* (c. 12), vel cum manuum iniectione[60]), ut C. XVII. qu. 4 *Si quis suadente diabolo*[61]) (c. 29), de quo sacrilegio dicetur infra de sentent. excommun. Qui ergo[62]) tollit sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro[63]), sacrilegium facit, ut C. XVII. qu. 4 § *Sacrilegium* (dict. Grat. ad c. 20) et c. *Quisquis* (c. 21). — § 8. Poena vero[64]) sacrilegii secundum leges talis est; quod si personae ecclesiasticae in ecclesia[65]) atrox[66]) iniuria[67]) fiat[68]), sacrilegus capite punitur, ut Cod. de episc. et cleric. *Si quis in hoc* (L. 10), alias[69]) autem iudicis arbitrio reservatur, pro qualitate personae, rei, temporis et loci diversitate moderanda, ut Dig. ad L. Iul. peculatus *Lege* (L. 4) § 2 et L. *Sacrilegii* (L. 6). Secundum canones autem duplex eius poena invenitur, pecuniaria scil.[70]) et spiritualis i. e. excommunicationis, ut C. XVII. qu. 4 § *Sacrilegium* et c. *Quisquis;* de pecuniaria vero, qualis[71]), quanta et cui sit persolvenda, diximus[72]) supra de immunitate ecclesiarum.

TITULUS XV.

De usuris.

Diximus de raptoribus. Sed quoniam usura non multum distat a rapina, ut C. XIV. qu. 4 *Si quis usuram* (c. 10), non immerito consequenter[1]) agendum est de usuris. Videamus igitur, quid sit usura, unde dicatur, et gratia[2]) eius quid dicatur superabundantia[3]), et[4]) quid turpe lucrum, quae species usurae, et de his quae fiunt in fraudem usurarum, quomodo usurarius[5]) et eius heres ad reddendas usuras compellatur[6]), qua etiam poena usurarii puniantur.

§ 1. Usura est ex mutuo lucrum pacto debitum[7]) vel exactum[8]); nec enim[9]) sum adeo usurae improbus persecutor[10]),

---

Si quis suadente de quo etc. [60]) Ha. *vel qui manum iniecerit.* [61]) Omittunt locum istum Mo. 2 et 3. [62]) Non habet Li. [63]) Non eandem servant seriem, sed ipsam distinctionem habent Codd. omnes. [64]) Deest *vero* in Mo. 2, itidemque mox *talis.* [65]) Desunt *in eccl.* in Ha. et Mo. 3. [66]) Omittit Li. [67]) Mo. 2 *iniurium.* [68]) Ha. *fit.* [69]) Ha., Li. et Mo. 2 *aliter.* [70]) Deest in Li. [71]) Mo. 2 omittit. [72]) Mo. 3 vitiose *ut diximus.*

Tit. 15. — [1]) Deest in Vi. [2]) Mo. 1 et Vi. *in gratiam.* [3]) Ha. *abundantia.* [4]) Deest *et* in Vi. [5]) Ha. *usurarii.* [6]) Ha., Li. et Mo. 3 *heredes* et *compellantur.* [7]) Sic Mo. 3; Pa. *praeter sortem ex pacto debitum,* Ha. et Li. *lucro pactum debitum,* Mo. 1 et 2 *lucrum pactum debitum.* [8]) Mo. 3 *actum.* [9]) Deest in Ha. et Mo. 3. [10]) Li. *nec enim sunt adeo usurae in quibus executor*

ut[11]) usuram credam, cum[12]) praeter sortem aliquid sponte creditori nec paciscenti nec exigenti donatur, ut C. XIV. qu. 3 *Usura* (c. 4); nec enim suscipienti[13]) maculam ingerit[14]), quod non ex ambientis petitione processit, ut C. I. qu. 2 *Quam pio* (c. 2), *Sicut* (c. 4). § 2. Dicitur autem usura[15]) quasi usuera[16]), quia ex usu aeris i. e. pecuniae[17]) procedit, cum[18]) quidquid homines habent[19]) nomine pecuniae contineatur[20]); constat ergo, quod usura tam in speciebus quam in denariis fieri potest, scil.[21]) mutuando[22]) tres sextarios grani[23]) vel tres[24]) corbes[25]) vini pro quatuor ad certum tempus, ut C. XIV. qu. 3 *Usura* (c. 4) et qu. 4 *Nullus* (c. 6). — § 3. Superabundantia vero[26]) dicitur, quod[27]) in alia specie plus requiritur, quam datum sit, verbi gratia, mutuasti decem et subiectus est tibi ager loco pignoris[28]) et sub usu pignoris, ut vulgariter loquimur[29]), vel nomine cautionis, i. e.[30]) ut provenientes fructus inde[31]) percipias[32]) praeter sortem; hoc superabundantia dici potest[33]), ut C. XIV. qu. 3 *Putant* (c. 2)[34]), sed certe nulla manifestior usura[35]), ut C. XIV. qu. 3 *Putant* (c. 2), *Plerique* (c. 3). — § 4. Turpe vero lucrum dicitur, quod quidem[36]) non est usura, sed fit cum quadam improbitate[37]), verbi gratia[38]), emis vile, ut serves et carius vendas[39]), ut C. XIV. qu. 4 *Quicunque* (c. 9). Ut autem haec omnia plenius[40]) intelligantur, sciendum, quod lucrum aliud ex[41]) commodato, aliud ex locato, aliud ex artificio, aliud ex mutuo, aliud ex negotiatura. Ex commodato, ut commodavi[42]) tibi equum de Bononia usque[43]) Placentiam[44]) pro X; ex locato, ut locavi tibi domum pro C[45]) in anno; ex artificio, ut scripsi librum et

---

ut etc. [11]) Omittit Mo. 1. [12]) Ha. et Mo. 3 *ubi*, Li. *si*, Mo. 2 *si tibi.* [13]) Mo. 2 *suscipienti*, Ha. *suscipiens.* [14]) In Pa., praemisso loco isto *Usura* post *exactum* ceterisque omissis, sic redditur textus: *sed si creditori non pac. vel exig. datur aliquid praeter sortem, non est usura, cum maculam non ingerit etc.* [15]) Deest in Mo. 2. [16]) Idem *usueri.* [17]) Li. *pede*, Mo. 3 *ex pecunia.* [18]) Sic Pa. et Mo. 2; Mo. 1 et 3, Ha. et Vi. falso *ergo* addunt, Li. *igitur.* [19]) In Li. deest *homines;* in Mo. 2 omnia exciderunt inde ab *usu aeris.* [20]) Ha. et Mo. 2 *continetur.* [21]) Li. *si.* [22]) Pa. *mutando.* [23]) Idem *fru(menti).* [24]) Mo. 3 *sex;* in Mo. 2 neutrum. [25]) Pa. *corbos.* [26]) Omittit Pa. [27]) Pa. *ut*, Li. *quia.* [28]) Quae sequuntur, desiderantur in Mo. 2. [29]) Ha. *locavimus*, Li. *loquitur*, Mo. 3 *loquar.* [30]) Pa. *scil.;* Mo. 3 sic: *vel non caut. posuit ut etc.* [31]) Deest *inde* in Li., Mo. 2 et 3 atque Vi. [32]) Ha. *percipiat.* [33]) Mo. 2 *haec ... possunt.* [34]) Quae hinc sequuntur usque ad c. *Plerique*, omissa sunt in Ha., Li. et Mo. 3. [35]) Vi. *sed certe manifesta est usura.* [36]) Deest in Ha. [37]) Pa. *cum quadam improbe cupiditatis.* [38]) Deest in Mo. 3, in quo et pro *ut* legitur *et.* [39]) Pa. *vendis.* [40]) Sic Ha. cum Li. et Mo. 2; ceteri *planius.* [41]) Ha. hic et mox habet *in.* [42]) Mo. 3 *commodo.* [43]) Pa. *a Bolonia ad.* [44]) Ha. *Mutinam.* [45]) Ha., Mo. 2 et Li. *X*, quorum in illo praeterea legitur *in annum.* [46]) Ha. et Li. *scriptum librum vendidi tibi*, Mo. 3 *scripsi tibi.* [47]) Ha. addit

vendidi[46]) pro C; haec[47]) tria lucra licita[48]) sunt et honesta. Ex mutuo fit lucrum aliud[49]) paciscendo vel[50]) extorquendo, et tunc in usurae nomen et vitium cadit; aliud[51]) gratis a debitore offertur[52]) et tunc donum appellatur, quod, ut dixi, non arbitror[53]) reprehendendum. Ex negotiatura[54]) fit lucrum aliud[55]) honestum, aliud turpe; honestum, ut si emas species Alexandriae pro vili pretio et ducas Bononiam, ut carius vendantur[56]); turpe vero est, ut supra dixi[57]); praeterea non[58]) tantum turpe, sed etiam puniendum lucrum invenitur, quod fit ex prohibita negotiatione, ut Cod. de monopol. L. 1 et de commerciis et mercator. per totum titulum. Quamquam autem negotiatio laicis permittitur[59]), clericis tamen[60]) firmiter inhibetur, ut Di. LXXXVIII. *Negotiationem* (c. 8), *Fornicari* (c. 9) et C. XIV. qu. 4 *Clerici* (c. 1) et supra ne clerici vel monachi *Sed* (c. 3; - Gr. c. 4. III. 5), nisi in casu, quando videl. clericus est pauper et rei emtae suum artificium vel laborem adiungit[61]), puta si emat cartas et librum scribat et vendat, vel emtum pullum nutriat et revendat, ut ar. Di. XCI. *Clericus victum*[62]) (c. 2), *Clericus quilibet* (c. 3) et ar. C. XXI. qu. 3 *Placuit* (c. 3) et supra qui cler. vel mon. c. 1 (Gr. c. 1 ibid.). — § 5. Sciendum autem[63]), quod, licet omnimodis[64]) usura prohibeatur, in duobus tamen[65]) casibus permissa videtur; primo, ut exigatur[66]) ab eo cui iuste arma inferuntur, ut Sarraceno[67]), ut C. XIV. qu. 4 *Ab illo* (c. 12); secundo, ubi[68]) laicus habet ecclesiae beneficium[69]), possunt clerici fructus illius beneficii percipere ultra sortem, quod mirum videtur, ut infra eod. c. 1 et c. *Conquestus* (c. 10; - Gr. c. 1 et 8. V. 19), sed hoc non fit lucri causa, sed ut res eo modo[70]) a manu[71]) laici redimatur, ut infra eod. c. 1. — § 6. Species usurae duae sunt,

---

autem. [48]) Mo. 2 *omnimodo licita.* [49]) Pa. et Mo. 3 *vel*, Mo. 2 *alias.* [50]) Li. pro *vel* habet *alias.* [51]) Li. et Mo. 2 *alias*, Mo. 3 *alia.* [52]) Mo. 2 *confertur*, Mo. 3 *offeruntur.* [53]) Ha. omittit *arbitror;* Mo. 2 habet *non est repreh.* [54]) Mo. 1, Pa. et Vi. *negociaturis.* [55]) Mo. 2 *alias.* [56]) Sic Ha. et Li., necnon Pa. et Vi., nisi quod hic habet *vendatur*, ille *vendas;* Mo. 1 et 2 *ubi car. venduntur*, Mo. 3 *ubi car. vendantur.* An forte legendum sit, *ut ibi car. vend.?* [57]) Ha. et Li. omittunt *est*, Mo. 3 *supra.* [58]) Pa. pro *non* habet *autem.* [59]) Mo. 1 et 3, Ha. et Vi. *permittatur.* [60]) Deest in Pa. [61]) Pa. *rem emptam suo artificio ... reddit meliorem;* Vi. pro *adiungit* habet *apponit.* [62]) Omittit istum locum Mo. 2. [63]) Mo. 2 *tamen.* [64]) Sic Li., Mo. 1 et Vi.; Ha. et Mo. 3 *omnimodo*, Pa. *omnimode*, Mo. 2 *omnino.* [65]) Omittit Pa. [66]) Ha. *exigantur.* [67]) Mo. 3 *a Saraceno.* [68]) Sic Li. cum Mo. 2 et 3, nisi quod hic *ut si* pro *ubi;* Ha. *ab illo servo ubi*, Pa. *ab illo sacerdo ut quando;* in Mo. 1 et Vi. *ab illo ubi.* [69]) In Mo. 3, ubi et *habeat* et *beneficiorum* legitur, haec adduntur: *quod nullo iure unquam possideri potest.* [70]) Ha. pro *eo modo* habet *eorum;* in Pa. deest. [71]) Li.

una quae potest dici prima vel [72]) simplex, alia quae potest dici secunda vel duplex, i. e. usura usurarum [73]), quae improbum foenus appellatur. Item usura est corporalis, de qua hic dicitur [74]), et est usura spiritualis, de qua in evangelio [75]) Dominus ad servum: „Nonne oportebat [76]) dare pecuniam meam [77]) nummulariis [78]), et [79]) ego veniens cum usuris exegissem eam;“ de hac [80]) etiam habemus Di. [81]) XLVI. *Sicut* (c. 10). — § 7. Restat agere [82]) de his, quae fiunt in fraudem usurarum. Sciendum est [83]) igitur, quod usurae nomen, non lucrum plerique vitantes, varias formas inveniunt ad excusandas excusationes in peccatis, contractui [84]) in fraudem usurarum [85]) facto nomen negotiationis, doni [86]) vel poenae vel aliud [87]) imponentes [88]), ut recte de eis [89]) dici possit [90]):

„Quo teneam nodo [91]) mutantem [92]) Prothea vultum“ [93])?

Ceterum quidquid sorti accedit, subaudi per pactum vel exactionem, usura est, quodcumque nomen sibi imponas, ut C. XIV. qu. 3 *Plerique* (c. 3), quia non est dubium, eum in legem [94]) committere, qui verba legis amplexus [95]) contra legis [96]) nititur voluntatem, ut Cod. de legib. et constit. *Non dubium* (L. 5). In mercato autem triplex usurarius [97]) contractus occurrit; primo de eo, qui X [98]) et runcinum [99]) suum vel aliam speciem valentem V [100]) dat tibi pro XX [101]) usque ad VI menses; secundo de eo, qui vendit [102]) merces [103]) valentes nunc XX [104]) pro XXX usque ad certum diem [105]); tertio de eo, qui emit [106]) granum ad futuras messiones [107]) vel vinum ad futuras vindemias longe viliori pretio, quam tunc [108]) vendantur. In primo [109]) igitur [110]) casu dico, quod id [111]) videtur factum in fraudem usurarum, nisi speretur, quod runcinus tantum valiturus esset [112]) tunc

et Mo. 2. 3 *de manu.* [72]) Li. *et.* [73]) Deest *usurarum* in Ha. [74]) Omittit Mo. 2. [75]) Cf. Evang. Matth. cap. 25. v. 27. [76]) Pa. *oportuit.* [77]) Omittit Li. [78]) Vi. *ad mensam*, Ha. *ad mensam nummulariis*, Pa. *in mulariis.* [79]) Pa. *ut et.* [80]) Pa. *de qua.* [81]) Ha. *etiam hec secundi.* [82]) Li. *videre.* [83]) Haec et quae sequuntur usque ad *facto nomen* exciderunt in Li. [84]) Sic Pa. et Vi.; Ha. et Mo. 1. 2 *contractu*, Mo. 3 *contractum.* [85]) Mo. 2 *canonis usurarii.* [86]) In Mo. 3 hic lacuna obvia est. [87]) Ha. et Mo. 3 *vel aliud et aliud*, Pa. *vel aliud aliud*, Vi. *vel aliud vel aliud*, Mo. 2 *vel aliud nomen.* [88]) Mo. 2 *imponat.* [89]) Pa. *eisdem.* [90]) Cf. Horatii Epist. Lib. I. ep. 1. v. 90. [91]) Mo. 2 *nodi.* [92]) Vi. et Mo. 2 *nutantem.* [93]) Li. *vultus.* [94]) Ha. *in lege;* in Mo. 2 deest *eum.* [95]) Mo. 3 *complexus.* [96]) Pa. *legum.* [97]) Sic Ha.; ceteri *et usitatus* s. *usitatior.* [98]) Mo. 3 *X vel;* in Li. neutrum. [99]) Ha. *roncinium*, Li. *roncinum*, Pa. *qui vendit equum.* [100]) Mo. 3 *X.* [101]) Li. *pro X.* [102]) Ha. et Mo. 2 *vendidit.* [103]) Li., Mo. 2 et 3 *mercedes.* [104]) In Mo. 2 additur *dat.* [105]) Ha. *certum terminum*, Mo. 3 *tertium diem.* [106]) Omittit Mo. 2. [107]) Praeter Mo. 1, qui habet *messes*, Codd. omnes *messiones.* [108]) Verbum istud, in solo Pa. obvium, recipere haud dubitavi. [109]) Ha. et Mo. 2 *proximo.* [110]) Li. *enim.* [111]) Ha. *hic dicitur*, Li. *hoc videtur.* [112]) Li. *sit.* [113]) Ha.

temporis [113]), quantum mutuo [114]) additur pro runcino, ut ar. infra eod. *In civitate* (c. 8; – Gr. c. 6. V. 19), *Consuluit* (c. 12; – Gr. c. 10 ibid.); in secundo vero casu dico contractum usurarium [115]) videri, nisi dubium sit, merces illas plus minusve [116]) solutionis tempore valituras, ut infra eod. *In civitate* [117]); in tertio vero casu dico non usurarium [118]) contractum propter incertum rei eventum, nisi forte nimis [119]) infra solitum [120]) pretium emisti, ita ut lucrum non videatur incertum, ut ar. Dig. de act. emt. et vend. *Si iactum* (L. 12) et Dig. de contr. emt. et vend. *Nec emtio* (L. 8) et Cod. de usuris *Si ea lege* (L. 17) et infra eod. *In civitate* (c. 8), maxime cum adversarius non esset [121]) contrarium postulaturus, ut Cod. de solut. L. penult. — § 8. Circa donum, quod pro [122]) mutuo fit creditori [123]), illud notandum, quod, si [124]) fiat gratis et sine ulla [125]) exactione vel extorsione creditoris, non habet, ut diximus, reprehensionem; si vero creditor exigat vel extorqueat, nolens debitori [126]) dare parabolam iuramenti, nisi [127]) sibi aliquid offeratur [128]), licet contractus non sit usurarius, non tamen est creditor immunis a culpa, immo tamquam reus usurarum [129]) in animarum iudicio i. e. [130]) in poenitentia iudicatur, ut C. XIV. qu. 3 *Putant* (c. 2), *Plerique* (c. 3) et infra eod. *Consuluit* (c. 12). — § 9. Circa poenas, quae in talibus apponi [131]) et exigi solent [132]), sic distinguendum videtur: refert, an sit poena [133]) iudicialis i. e. a iudice apposita, an conventionalis [134]) i. e. voluntate contrahentium inter [135]) ipsos statuta, et ubi conventionalis [136]), aut fit in fraudem usurarum, aut ut metu poenae [137]) ad diem statutum [138]) solvatur. Si exigatur poena iudicialis, non usurariam [139]) puto; sicut [140])

pro *tunc temporis* habet *ipsis.* [114]) Sic Ha., Li. et Mo. 3, quos sequor; Mo. 1 quid habeat ex correctura facta minus liquet, sed pro *pretium* equidem habuerim, quae occurrunt litterae; in Pa. legitur *quantum additur;* Vi. *quantum initio add.*, Mo. 2 *quant. nunc add.* [115]) Codd. omnes praeter Mo. 3 habent *usurarum.* [116]) Pa. *plus vel minus.* [117]) Ha. hic quoque ad c. *Consuluit* remittit. [118]) Li. cum Mo. 2 et 3 *usurarum.* [119]) Li. et Mo. 2 *minus.* [120]) Sic Mo. 1 et 3 atque Vi.; Pa. cum Li. et Mo. 2 *solutum;* in Ha. legitur *minus solutorum pretium.* [121]) Pa. *adversariis*, Ha. *erat*, Li. et Mo. 2 *est.* [122]) Deest in Mo. 3. [123]) In Pa. *credito;* in Vi. deest. [124]) Vi. non habet *si.* [125]) Ha. *absque ulla*, Mo. 3 *sine iusta.* [126]) Pa. et Mo. 2 *creditori.* [127]) Pa. *ut.* [128]) Vi. *offert.* [129]) Li. et Mo. 3 *usurae*, in Vi. neutrum extat. [130]) Pro *i. e.*, quod Vi. omittit, in Mo. 2 occurrit *et.* [131]) Ha. *opponi.* [132]) Li. habet *poenam quae ..., solet.* [133]) In Mo. 1 et Vi. abest *an*, in Mo. 3 *sit;* Mo. 2 sic habet: *refert largiter poena etc.* [134]) Li. *posita* et *conditionalis.* [135]) Idem *ante.* [136]) Sequentia usque ad *non usurariam puto* desunt in Li. [137]) Sic Pa. atque Mo. 3; Mo. 1 et Vi. *metu poenae ut;* in Ha. et Mo. 2 plane omittitur *ut.* [138]) Sic Mo. 3; alii *am.* [139]) Itidem sequor Mo. 3 et Pa., cum in Ha. et Mo. 2 legatur *usurarium*, in Mo. 1, Li. et Vi. *usurarum.* [140]) Li. et Mo. 2 vitiose *sic.*

enim[141]) iuste possidet, qui auctore[142]) praetore possidet[143]), ut Dig. de acq. poss. *Iuste* (L. 11), sic, qui auctore iudice exigit, iuste exigere videtur, ar. Dig. de reg. iur. *Qui auctore* (L. 117). Si vero exigatur poena conventionalis in fraudem usurarum apposita, incidit in crimen usurarum[144]), ut ar. C. XIV. qu. 3 *Plerique* (c. 2) et Cod. eod. *Cum allegas* (L. 15)[145]), *Cum non frumentum* (L. 16) et Dig. eod. *Poenam* (L. 44) et Dig. de act. emt. et vend. *Iulianus* § *Ibidem Papinianus*[146]) (L. 13. § 26). Praesumitur autem in fraudem usurarum apponi, cum nomine mutato instar sequitur usurarum, ut illa, quam creditores Bononiae[147]) scholaribus ultramontanis apponere[148]) consueverunt, videl.[149]) ut[150]), si ad proximas nundinas[151]) pecunia soluta non fuerit, solvet pro singulis marcis singulas uncias nomine poenae, et sic in reliquis nundinis secuturis; similis est et illa[152]), quam quidam apponunt, ut si ad diem statutum[153]) pecunia[154]) soluta non fuerit, abinde, quantum ultra terminum steterit, dabit[155]) per singulos menses singulas marcas nomine poenae. Si vero apponatur poena[156]) conventionalis ad hoc, ut metu poenae statuto[157]) die solvatur, ea commissa[158]), non puto usurarium[159]), si exigatur, maxime[160]) si intererat creditoris eam solvi[161]), ar. Di. XXIII. *Quamquam* (c. 6) in f. § 10. Tam autem usurarius, quam heres[162]) eius ad reddendas usuras per canones compelluntur[163]), ut infra eod. *Tua* (c. 11; Gr. c. 9. V. 19), quia turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda, ut ar. C. I. qu. 5 c. 1 et C. XII. qu. 2 *Episcopus qui* (c. 58) et C. XIII. qu. 2 *Illud* (c. 5) et C. XVI. qu. 6 *Si episcopum* (c. 3)[164]) et Dig. de calumniat. *In heredem* (L. 5) et Dig. quod metus causa *Quod diximus* (L. 16) § ult. et Dig. de reg. iur. *Sicuti* (L. 38). § 11. Puniuntur autem usurarii, quod non admittuntur[165]) ad communionem altaris, nec eorum oblatio est a sacerdote recipienda[166]), licet quidam avari sacerdotes dicant nummum non peccasse[167]);

[141]) Mo. 3 *sicut qui.* [142]) Codd. omnes et hic et mox *actore*, quod tamen in Mo. 1 *u* superposito correctum videas. [143]) In Mo. 3 et Li. exciderunt *poss. qui auct. praet.* [144]) Desiderantur in Mo. 1 et Vi. verba: *app. inc. in cr. usur.* [145]) In Mo. 2 et Vi. qui sequuntur loci desiderantur omnes. [146]) Codd. omnes falso habent *Idem*, sed in Ha., Mo. 3 atque Li. additur *pp* i. e. *Papinianus.* [147]) Mo. 3 *Bononensium.* [148]) Mo. 2 *illae quae ... apponi.* [149]) Mo. 2 *scil.* [150]) Deest in Pa. et Vi. [151]) Li. *vindemias*, qui tamen ipse mox habet *nundinis.* [152]) Mo. 3 *ista.* [153]) In Mo. 1 et 3 atque in Vi. deest. [154]) Mo. 2 omittit. [155]) Ha. *dabis.* [156]) Pa. non habet *poena.* [157]) Mo. 2 et 3 *statuta.* [158]) Mo. 2 *omnissa.* [159]) Pa. *usura.* [160]) Ha. *in gñe Si etc.* [161]) Vi. *solvere.* [162]) Ha. et Li. *heredes.* [163]) Vi. *compellitur.* [164]) In Mo. 2 qui proxime, in Vi. omnes, qui sequuntur loci, omittuntur. [165]) Pa. *recipiuntur.* [166]) Mo. 2 *a sacerdotibus accipiuntur.* [167]) Praeter Mo. 1 et Vi., qui habent *sacerdotes inde*

praeterea usurarius ecclesiastica sepultura privatur[168]), ut infra eod. *Quia in omnibus* (c. 2; - Gr. c. 3 ibid.). Item si clericus est usurarius, ab officio suspendetur[169]) et nisi resipuerit, deponetur[170]), laicus autem[171]) excommunicabitur[172]), ut Di. XLVII. *Episcopus* (c. 1) et infra eod. *Praeterea* (c. 9; - Gr. c. 7 ibid.); unde illud quasi vulgare[173]): „Clericus usurarius aut cesset aut deponatur," et illud: „Clericus vinolentus aut cesset aut deponatur," et illud: „Clericus aleator aut cesset aut deponatur," unde versus:

Stans usura, merum, deponit et alea clerum,

„stans" i. e. perseverans.

§ 12. Illud[174]) in summa notandum, quod fructus pignoris et id, quod est pro[175]) usura acceptum, totum debet in sortem[176]) computari, ut infra eod. *Plures* (c. 1; - Gr. c. 1 ibid.), *Quoniam* (c. 4; Gr. c. 2 ibid.), *Nihilominus* (c. 6; - Gr. n. p.)[177]). — § 13. Item et illud notandum[178]), quod legibus non improbatur[179]) contractus usurarum[180]), tamen veteri[181]) novoque testamento penitus prohibetur[182]), ut infra eod. *Super* (c. 4; - Gr. c. 3 eod.). — § 14. Illud etiam notandum[183]), quod si[184]) debitor iuravit, se soluturum usuras, debet eas solvere et suum iuramentum servare; sed postea creditor ad eas restituendas[185]) est compellendus, ut supra de iureiurando *Ad nostram* (c. 3; - Gr. c. 7. II. 24). Praeterea de recipiendis[186]) usuris non est sub seculari iudice litigandum, ut C. XIV. qu. 2 *Quid dicam* (c. 11); ceterum[187]) cum hoc crimen sit[188]) eccle-

non peccasse (se non peccare) putent, omnes nostram exhibent lectionem, nisi quod Pa. pro *dicant* habet *asserunt.* [168]) Vi. *punitur atque privatur.* [169]) Ha. et Vi. *suspenditur*, quorum hic omittit *et.* [170]) Li. *deponatur*, Vi. *deponitur.* [171]) Vi. *vero.* [172]) Ha. *excommunicetur*, Li. *excommunicatur.* [173]) Usurarii clerici in omnibus Codd., vinolenti tantum in Pa., Li. et Vi., aleatoris tantum in Ha. atque Mo. 1 et 3 mentio fit; solus Mo. 2 tam de aleatore, quam de vinolento agit clerico, eiusque fidem tum propter illas varietates, tam intuitu versiculi, in omnibus libris manuscr. obvii, sequi eo minus displicuit, quod et Mo. 1 ex additione interlineari in triplici forma illud reddit quasi vulgare. [174]) Notabilium, quae sequuntur, Ha. et primum et secundum omittit, Pa. vero tertium versiculo isto praemittit. [175]) Deest in Mo. 3. [176]) Li. et Mo. 3 *sorte.* [177]) Pa. non habet duos postremos locos. [178]) Deest in Mo. 2 et Pa. *Item et*, additurque ibi *in summa.* [179]) Sic Mo. 1; alii *improbetur;* Pa. *prohibetur.* [180]) Pa. *usura cum tamen.* [181]) Pa., Mo. 2 et Vi. *in veteri.* [182]) Li. sic reddit istud notabile: .. *quod licet legibus non improbetur talis contractus, usura tamen veteris et novi testamenti penitus prohibetur.* Ceterum in Mo. 2 occurrit *inhibetur* atque in Pa. *penitusque.* [183]) Mo. 2 *Item notandum*, Mo. 3 *Idem in summa not.*, Mo. 1 *In summa not.* [184]) Li. addit *fide.* [185]) Vi. *reddendas.* [186]) Sic Mo. 1 et 2, Li. et Vi.; Pa. et Mo. 3 *repetendis*, Ha. *retribuendis.* [187]) Solo excepto Pa., ubi *tamen* occurrit, cum omnes Codd. habeant *ceterum*, nolui alia coniunctione uti, licet mihi *sed* probabilior videatur. [188]) Sequentia usque ad

siasticum, semper[189]) est in huiusmodi ad ecclesiasticum iudicem recurrendum[190]), ut ar. supra de iudiciis *Relatum* (c. 4; – Gr. n. p.).

TITULUS XVI.

De crimine falsi[1]).

Egimus de crimine usurarum, quo sua debitori[2]) manifeste auferuntur; nunc agendum est de crimine falsi, quo falsarius occulte[3]) diripit aliena[4]). Videamus igitur, quid sit falsitas, qualiter hoc crimen committatur, qua poena falsarius puniatur.

§ 1. Falsitas est commutatio[5]) veritatis[6]), ut in Authent. de fide instrum. in princ. (Nov. 76 pr.) — § 2. Committitur autem crimen falsi[7]) dictis et factis; dictis, ut libertus se ingenuum[8]) mentiendo, similiter[9]) testis falsum testimonium dicendo, iudex falsam sententiam ferendo[10]); factis, ut scribendo vel scienter utendo falso instrumento[11]), falsam monetam faciendo, nummos tondendo[12]) vel circinando[13]), auro vel argento aliud metallum ad decipiendum immiscendo; similiter qui falsas claves, falsumque[14]) sigillum[15]) aut falsam[16]) mensuram fecerit, quae omnia plene[17]) in Dig. eod. tit. poteris invenire. — § 3. Poena vero falsi est deportatio[18]) et[19]) omnium bonorum publicatio, et hoc[20]) in libera persona; servus autem ultimo supplicio[21]) afficietur[22]), ut Dig. eod. L. 1. § ult.; si autem falsis legibus vel decretis[23]) quis utatur, interdicitur ei aqua et ignis[24]), ut Dig. eod. L. ult. Secundum canones autem[25]) clericus deponitur, laicus excommunicatur, ut Di. L. *Si episcopus presbyter* (c. 7) et infra eod. *Ad haec* (c. 3; – Gr. n. p.).

---

huiusmodi omisit in Pa. librarius, indeque post *recurrendum* addit *est.* [189]) Li. *et semper.* [190]) Vi. *decurrendum.*

Tit. 16. — [1]) Mo. 3 *De falso crimine.* [2]) Ha. *creditori.* [3]) Mo. 2 *false et occulte.* [4]) Vi. *quo sua occulto diripiuntur a falsario.* [5]) Sic solus Li., cum ceteri omnes Codd. habeant *mutatio,* quorum tamen numero et fidei eam lectionem praeponendam esse putavi, quae ipsius Nov. cit. fulciatur auctoritate. [6]) Huius verbi loco in Mo. 3 occurrit lacuna. [7]) Mo. 3 *falsis.* [8]) Pa. *in ingenuum* omisso *se.* [9]) Mo. 3 hic falso habet *factis ut.* [10]) Li. *proferendo,* Ha. et Pa. *faciendo.* [11]) Li. *iurando falsum instrumento.* [12]) Pro *nummos tondendo* in Pa. haec occurrunt, *non in ostendendo vel in cudendo.* [13]) Pa. *circurtundo.* [14]) Mo. 1 et Vi. non addunt *que,* Mo. 2 et 3 habent *falsumve.* [15]) Li. *circulum.* [16]) Mo. 3 *falsamve.* [17]) Deest in Ha. et Mo. 2. [18]) Li. *in exilium deportatio.* [19]) Li. addit *est.* [20]) Mo. 2 omittit *et* neque post *poena* habet *vero.* [21]) Mo. 3 *suppositio.* [22]) Ha. *punietur.* [23]) Ha. *falso decreto.* [24]) Mo. 2 *igni,* alii *ignis.* [25]) Deest in Mo. 2 et 3. [26]) Ha. *in.* [27]) Vi. omittit. [28]) Quae

§ 4. Illud in summa notandum, quod de[26]) crimine falsi potest agi et[27]) civiliter et criminaliter, ut Cod. eod. L. penult. et ult.; item[28]) notandum, quod huius criminis accusationi[29]) sicut et aliorum[30]) obiici solet praescriptio XX annorum, ut Cod. eod. *Querela* (L. 12).

TITULUS XVII.

De sortilegis[1]).

Diximus de crimine falsi, quo quis falso utitur[2]) pro vero[3]); nunc dicamus de crimine sortilegii[4]), quo falso et illicite futura divinantur[5]). Videamus igitur[6]), quid sit sors, quae species divinationis, quae divinatio prohibita, quae permissa, qua poena sint sortilegi puniendi.

§ 1. Sors est divinandi ars; divinatio autem[7]) proprie in mala significatione vel parte[8]) accipitur, prophetia vero in bona[9]), ut C. I. qu. 1 *Iudices*[10]) (c. 23). — § 2. Sunt autem[11]) multae species divinationis; alia per spiritum diabolicum, ut pythonissa, quae praedixit de morte Saulis; alia in igne, quae dicitur pyromantia a pyr. quod est ignis[12]), et mantice[13]), quod est divinatio; alia in aëre[14]), quae dicitur aërimantia[15]); alia in aqua, quae dicitur hydromantia ab hydor[16]), quod est aqua; alia in terra, quae dicitur geomantia a geon[17]), quod est terra[18]); alia in mortuis animalibus, quae dicitur nigromantia[19]); alia in avibus, quae dicitur auspicium, cuius[20]) tres sunt species, scil. ex gestu[21]), ex volatu, ex garritu vel cantu[22]); ex gestu avigerium, ex volatu propeti-

---

antecedunt inde a *summa* exciderunt in Pa.; Li. hic quoque addit *in summa.* [29]) Ha. *accusationibus,* Pa. *accusatori.* [30]) Desunt ista in Li. et Vi.

Tit. 17. — [1]) Mo. 1 addit *et sortibus,* Mo. 2 et 3 habent *sortilegiis.* [2]) Pa. *quid utatur.* [3]) Mo. 3 *puro.* [4]) Mo. 2 *agamus ... sacrilegii.* [5]) Mo. 3 *derivantur.* [6]) Idem omittit, nec mox habet *quae permissa.* [7]) Omittunt Pa. et Mo. 3. [8]) Sic Mo. 1 cum Ha.; Li. et Mo. 2 illo, Pa. cum Mo. 3 et Vi. hoc tantum utuntur verbo. [9]) Pa. addit *parte* omittitque *vero.* [10]) Li., Mo. 1 et Ha. *Duces,* Pa. *putetur.* [11]) Mo. 1 et Vi. non habent. [12]) Li. *igne.* [13]) Ha. *machie,* Li. *mantia,* Mo. 3 *manstos.* [14]) Ha. *aqua.* [15]) Idem *arerimancia,* Pa. *aerinantica.* [16]) Ha. *ab idor,* Pa. *ab ydor vel idor,* Mo. 1—3 et Vi. *dic. ydrom. ab ydro vel ydor.* [17]) Ha. *geo,* qui et omittit verba *in terra,* Mo. 3 *age.* [18]) In Li. desunt *a geon etc.* [19]) Sic Codd. omnes. [20]) Transverso ordine, sed plane vitioso Pa. *nigromantiae* post *auspicium* mentionem facit, et quae sequuntur hoc modo adnectit: *illius quae fit in avibus tres etc.* [21]) Mo. 3 *gesto.* [22]) Mo. 1 et 3 cum Li. et Vi. hoc loco omittunt *garritu vel,* licet mox habeant;

tium[23]), ex garritu vel cantu augurium[24]) dici solet. Item fit divinatio sortibus, ut Achitophelis, Absalonis, Apostolorum[25]); item sternutationibus[26]) et aliis quibusdam modis magis cognitis Arabicis[27]) et Hispanis, quam nobis[28]), qui talibus fidem nullatenus[29]) adhibemus[30]), quia:

Si quaeris sortem, dabit hoc animae tibi mortem;
Augurium quaeris, sic sine fine peris[31]).

§ 3. Omnes autem[32]) huiusmodi divinationes sacris canonibus sacrisque legibus prohibentur, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 21) et 2 (Gr. n. p.) et C. XXVI. qu. 5 fere[33]) per totum et Cod. de maleficis et mathemat. *Nemo* (L. 5). — § 4. Permittitur autem[34]) illa[35]), quae fit per astronomiam, arithmeticam et[36]) geometriam; ceterum per arithmeticam et geometriam[37]) non vidi[38]) fieri divinationem[39]), per astronomiam vidi[40]) in astrolabio; fallit tamen[41]) propter varia[42]) terrarum climata[43]) et incessantem motum astrorum; permitti tamen[44]) videtur, ut Di. XXXVII. *Si quis grammaticam* (c. 10) et Cod. de malef. et mathem. L. 2. — § 5. Poena vero huiusmodi sortilegorum[45]) et divinatorum[46]) est, ut excommunicentur, ut C. XXVI. qu. 5 fere per totum, nec ad accusationem[47]) admittantur, ut C. II. qu. 8 *Quisquis* (c. 3). Secundum leges autem[48]) capite puniuntur[49]), ut Cod. de malef. et mathem. *Nemo* (L. 5).

Mo. 2 hic exhibet, mox vero omittit. [23]) Ha. et Li. *perpeticium*, Mo. 2 *propetinum*, Mo. 3 *propentium*. [24]) Omissis omnibus, quae inde a *cantu* sequuntur, Pa. habet *quod augurium*. [25]) Achitophelis atque Apostolorum in omnibus aeque Codd. mentio fit; in verbo medio variant, cum Ha. et Li. atque Mo. 2 Salomonem recitant, non Absalonem. De Matthia, Apostolis per sortem annumerato (cf. Acta Apost. c. 1. v. 26), quin Bernardus hoc loco loquutus sit, indubiam certe est; rerum autem Vet. Test. haud satis peritum me esse confiteor, ut, quae sit inter varias istas lectiones pro recta veraque habenda, decidere nolim. [26]) Li. *item sr̄ divinationibus*. [27]) Idem *Arabis*. [28]) Mo. 2 *a nobis*. [29]) Idem et Pa. *non*. [30]) Cod. Li. scriptor, aliam eamque plane contrariam de huiusmodi rebus fovens opinionem, sic Bernardum scribere fecit: *quod nobis proderit si talibus fidem adhibemus*. [31]) Alterius versus alteri parti in Mo. 3 lacuna a scriptore relicta est. [32]) Sic Mo. 1—3 et Vi.; deest in ceteris, quorum Li. perperam habet *omnibus*. [33]) Omittit Mo. 3. [34]) Deest in Li. [35]) Mo. 3 *ista*. [36]) Mo. 2 et 3 *vel*, tam hic quam mox, ubi et in Vi. *vel* occurrit. [37]) In Mo. 2 desunt, quae inde a *ceterum* praecedunt. [38]) Quae sequuntur usque *in astrolabio*, exciderunt in Pa. [39]) Mo. 3 *divinationes*. [40]) Idem *et*. [41]) Pa. *falli potest*, quae librarius cum verbis *in astrolabio* perinde coniunxisse videtur, atque Li. scriptor, ubi legitur: *In astrolabio fallit propter etc.*; in Mo. 2 desunt *fallit tamen*. [42]) Loco *varia* in Ha. occurrit *diversarum* et in Pa. *diversa*; pro *terrorum* in Mo. 1 et Vi. scriptum invenis *testarum*, quorum et ille *dimarca*, hic *climarca* habet, non *climata*. [43]) Ha. et Pa. *incessante motu*. [44]) Pa., Li., Mo. 3 et Vi. *autem*. [45]) Pa. et Mo. 3 *sortilegiorum*. [46]) Codd. plerique *sortilegorum divinorum*, sed falso; in

§ 6. Illud in summa notandum, quod observationes dierum ad[50]) huiusmodi sortilegia spectare videntur, et ideo prohibentur[51]), ut C. XXVI. qu. 7 c. antepenult. et penult.

TITULUS XVIII.

De collusione.

Quia in[1]) accusationibus criminum, de quibus diximus, saepe[2]) colluditur[3]), quid sit collusio, qualiter fiat[4]), quae poena colludentis, breviter videamus, ut ad ulteriora[5]) velocius[6]) transeamus.

§ 1. Collusio est quaedam illicita pactio inter actorum et reum, per quam alter se malitiose in iudicio superari permittit. — § 2. Fit autem in causa criminali, et in causa status, et in causa spirituali[7]); in criminali[8]), veluti si[9]) accusator vera crimina abscondat[10]), vel in totum[11]) ab accusatione desistat non impetrata abolitione[12]), ut C. II. qu. 3 *Si quem* (c. 8) et infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1 et 2. V. 22) et Dig. ad SC. Turpillianum L. 1 § *Praevaricatorem* (§ 6); in causa status, ut si dominus accepta pecunia vel alias malitiose permittat[13]) se a servo suo[14]) in iudicio status superari, quae collusio detegenda est, et datur praemium detegenti, ut Cod. eod. L. 1 et 2 et Dig. eod. L. 1; in causa spirituali, veluti cum super ecclesiastico beneficio quis malitiose sibi moveri[15]) controversiam facit, ut[16]) fit transactione interposita, vel[17]) in alium transfert beneficium ipsum, ut[18]) exinde praestet alii[19]) annuam pensionem, ut infra eod. *Audivimus* (c. 3; - Gr. c. 3 ibid.). — § 3. Poena[20]) colludentis in criminalibus est, ut deinceps accusare non permittatur, ut Dig. ad SCtum Turpill. *Qui destiterit* (c. 2); secundum canones[21]) etiam eum crederem[22]) excommunicandum, ut ar. C. IV. qu. 5 *Quisquis* (c. 1), nisi ei misericorditer parcatur, ut C. II. qu. 3 *Paulum* (c. 6).

Vi. plane deest. [47]) Li. *conversationem*. [48]) Deest in Pa. [49]) Ha. *punitur*. [50]) Mo. 3 *et*. [51]) Desunt ista in Mo. 3.

Tit. 18. — [1]) Deest in Li. [2]) Omittit Mo. 3. [3]) Pa. tam hic quam in seqq. *colliditur*. [4]) Mo. 2 omittit ista. [5]) Pa. *meliora*, Mo. 2 *altiora*, Mo. 3 *utiliora*. [6]) Vi. *velociter*. [7]) Pa., Li. et Mo. 2, omissis ceteris, *crim. et in c. spirituali*; in Vi. omittitur *et ... et*. [8]) Mo. 2 et 3 et Vi. repetunt *causa*. [9]) Pa. *ut*. [10]) Mo. 1 et Vi. *abscondit*, Pa. *abscondet*. [11]) Pa. *vel totus*. [12]) Ha. *absolutione*. [13]) Ha. *permutat*, Li. *permittit*. [14]) Deest in Mo. 3, qui et mox *est* omittit. [15]) Pa. *movere*. [16]) Idem et Mo. 3 *ut sic*, Mo. 2 *ut si*, Li. *veluti*. [17]) Ha. *ut*, Li. *et*. [18]) Ha., Pa. et Mo. 3 *vel*; in Mo. 2 exciderunt sequentia. [19]) Li. *illi*. [20]) Pa. et Li. addunt *vero*. [21]) Li. iterum addit *vero*. [22]) Mo. 2

Poena colludentis in causa status[23]) est, quod dominus privatur servo, et datur[24]) detegenti collusionem[25]), ut Dig. eod. L. 1. Qui vero super ecclesia vel super ecclesiastico beneficio collusit, ea vel eo perpetuo[26]) spoliandus est[27]), ut infra eod. *Audivimus* (c. 3).

TITULUS XIX.

De sagittariis.

Diximus de homicidio; sed quia sagittarii et balistarii[1]) saepe homicidium[2]) committunt, de ipsis subiiciamus, quia vitam hominum violant[3]) vel[4]) furantur. Eos autem tanto[5]) acrius persequitur ecclesia, quanto difficile est repellere[6]) consueta, et consuetis malis gravior est adhibenda medela, ut Di. LV. c. 2 et C. XV.[7]) qu. ult. *Cum multae* (c. 3). Videamus igitur, ubi[8]) liceat hoc officium exercere[9]) et qua poena tales puniantur.

§ 1. Hoc officium contra paganos et nostrae fidei persecutores christiani exercere possunt, contra christianos autem[10]) et[11]) catholicos[12]) nequaquam, ut hic. — § 2. Poena vero talium est, ut anathematizentur[13]), immo, quod est gravius, videtur esse canon[14]) datae sententiae, quia, ubi[15]) quis sub excommunicationis[16]) interminatione[17]) prohibetur, si contra fecerit, hoc ipso intelligitur excommunicatus, ut ar. Di. LXIII. *Salonitanae* (c. 24).

TITULUS XX.

De delicto puerorum.

Quia in delictis[1]) minoribus[2]) non subvenitur, ut Dig. de minorib. *Si ex causa* (L. 9) § *Nunc videndum* (§ 2), an et qualiter[3]) eorum delicta sint punienda, videamus.

---

credimus. [23]) Mo. 3 *colludentis in statu.* [24]) In Vi. ad marginem additum est *praemium.* [25]) Mo. 3 *collusio.* [26]) Li. omittit *super ecclesia vel* atque mox *ea vel;* in Mo. 3 deest *vero*, in Mo. 2 alterum *super.* [27]) In Mo. 1 *est* non adest, in Ha. adest *non est.*

Tit. 19. — [1]) Mo. 3 non habet *et balistarii.* [2]) Vi. *homicidia.* [3]) Mo. 2 et 3 *involant.* [4]) Pa. habet *et* pro *vel;* Vi. tantum habet *furantur.* [5]) Deest in Li. *autem*, in Mo. 3 *tanto.* [6]) Li. *difficillime pellere.* [7]) Codd. omnes perperam ad *C. XVI.* remittunt. [8]) Mo. 1 et Vi. *si*, Pa. *qualiter.* [9]) Ha., Mo. 1 et Vi. *exerceri.* [10]) Deest in Ha. [11]) Li. *vel.* [12]) Pa. *fideles.* [13]) Pa. *excommunicentur.* [14]) Sic omnes, praeter Li., qui habet *videtur in canonem incidisse datae etc.*, et Mo. 2, ubi legitur: *videntur canonum d. s. adnecti.* [15]) Pa. *sed si* pro *quia ubi.* [16]) Ha., Li. et Mo. 2 *anathematis.* [17]) Pa. *interlatione.*

§ 1. Sciendum est igitur, quod delicta in minoribus sunt punienda[4]), licet non adeo graviter, uti in maioribus, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 23); sed distingue, an sit[5]) doli capax[6]) vel[7]) non; nam doli capax aliquatenus punitur, infans autem nequaquam, ut ar. Dig. ad L. Aquil. *Sed et si quamcunque* (L. 5) § 2 et Dig. de dolo *Heredibus* (L. 13) § 1 et Dig. de iniur. *Illud* (L. 3) et Dig. de tributoria *Sed et si servus* (L. 3) § 1. — § 2. Poena vero in talibus moderanda[8]) est arbitrio[9]) iudicantis, cum non sit certa poena statuta[10]); est tamen[11]) casus, ubi propter aetatem poena non relevatur[12]), ut C. XXI. qu. 5 *Si quis cuiuslibet* (c. 3).

TITULUS XXI.

De clerico percussore.

Quia clericus non debet esse percussor, dicente Apostolo[1]): „Non percussorem," ut Di. XLV. fere per totum, ideo, quae sit poena percussoris clerici, videamus.

Sciendum est[2]) igitur, quod in talibus quatuor considerantur, persona[3]) verberantis, persona verberati, meritum verberandi et modus verberationis[4]). In persona verberantis tria considerantur, dignitas, animus et potestas; dignitas[5]), quia episcopus aliquem propria manu verberare non debet, ut Di. LXXXVI. *Non licet* (c. 25), potest tamen per alium id efficere, ut C. XXIII. qu. 5 *Circumcelliones* (c. 1); animus inspicitur, ut[6]) id faciat animo corrigendi, non damnandi[7]), ut C. XLV. *Quid autem* (c. 1), *Et qui emendat* (c. 11), *Vera* (c. 15); potestas inspicitur, ut[8]) super verberandum habeat potestatem, ut Di. XLV. *Et qui emendat* (c. 11). In persona verberati vel verberandi similiter tria[9]) considerantur, scil. aetas, ordo

---

Tit. 20. — [1]) Pa. *vi videlicet eis.* [2]) Mo. 1 et Pa. *minorum*, Vi. *puerorum.* [3]) Ita legendum esse coniicio; Codd. haec habent: Ha. *Nunc autem an et qualiter*, Li. *§ Nunc Id'o aū qualiter*, Mo. 1 et Vi. *Nunc iō qualiter*, Pa. *nunc qualiter*, Mo. 2 *nunc ideo autem qual.*, Mo. 3 *ideo an et qualiter.* [4]) Pa. nil habet, nisi *sunt igitur punienda;* in Mo. 3 desunt omnia hucusque. [5]) Pa., Li. et Mo. 3 *si sit*, Mo. 1 et 2 et Vi. *sit.* [6]) Quae sequuntur usque ad *aliquatenus* exciderunt in Pa. [7]) Mo. 3 *an.* [8]) Li. *adhibenda.* [9]) Ha. *secundum arbitrium.* [10]) Mo. 3 omittit *non*, Mo. 2 et Li. *certa.* [11]) Pa. *autem.* [12]) Li. *revelatur*, Mo. 2 *sublevatur.*

Tit. 21. — [1]) Cf. Epist. II. ad Timoth. c. 3. v. 3. [2]) Omittunt Mo. 2 et Vi. [3]) Mo. 2 et 3 praemittunt *scil.* [4]) Li. *meritum verberati*, *meritum verberandi verberationis.* [5]) Deest in Vi. [6]) Pa. *si.* [7]) Li. et Mo. 2 habent *non ut timeatur*, Pa. *vel odio.* [8]) Idem *ut si.* [9]) Deest *tria* in Pa., in Li.

et religio; aetas, quia puer facile, senex rarissime verberatur [10]), ut ar. Di. XLV. § *Salomon* (Grat. dict. ad c. 8); ordo, quia [11]) in minoribus constituti ordinibus possunt verberari, sacerdotes vero [12]) nequaquam, ut Di. XXXV. *Ante omnia* (c. 9); religio consideratur, quia monachi et alii religiosi, in quocunque [13]) sint ordine, verberantur i. e. [14]) regulari disciplinae subduntur [15]), ut Di. XLV. *Cum beatus* (c. 8). In merito vel culpa verberandi similiter [16]) tria considerantur, qualitas [17]) delicti, facilitas emendandi, pertinacia resistendi [18]); qualitas delicti, quia pro levioribus culpis parvuli, pro gravioribus solis maiores verberantur [19]), ut ar. Di. XLV. [20]) *Cum beatus* (c. 8); facilitas emendandi et pertinacia [21]) resistendi [22]), quia parcendum est facile emendanti [23]), pertinax vero et incorrigibilis est puniendus, ut ar. Di. XLV. *Licet* (c. 6) et C. II. qu. 5 *Quanto* (c. 8). In modo verberationis similiter tria considerantur, scil. ut sit verberatio levis, ut [24]) pro occulto crimine occulta [25]), et pro manifesto manifesta; ut sit levis [26]), ut Di. XLV. *Cum beatus* (c. 8) et C. XXIII. qu. 5 *Circumcelliones* (c. 1); ut pro occulto crimine occulta [27]), ut C. II. qu. 1 *Si peccavit* (c. 19); ut [28]) pro manifesto manifesta, ut C. V. qu. 6 *Quia iuxta* (c. 3). — § 2. Ex his colligere potes [29]), quae verberatio sit permissa et quae prohibita. Qui ergo contra canones [30]) percusserit [31]), si [32]) clericum [33]), erit [34]) ipso iure anathema [35]), ut C. XVII. qu. 4 *Si quis suadente* (c. 29), si laicum [36]), acerrime corrigatur, et si emendare noluerit, deponatur, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 25); si autem exinde [37]) mors vel membri amissio [38]) sit subsecuta [39]), deponatur, ut Di. L. *Studeat* (c. 39) et Di. LV. *Si evangelica* (c. 13); hinc versus [40]):

Quis, quem, qua causa, leniter [41]) tua verbera pensa [42]).

---

similiter. [10]) Mo. 3 omittit. [11]) Deest in Pa. [12]) Pa. *sacerdos*, Li. et Mo. 2 *autem.* [13]) Mo. 2 *in quo sint.* [14]) Pa. *in* pro *i. e.* [15]) Mo. 2 *subdantur.* [16]) Li. *s. i. e. scil.*, tam hoc loco quam infra. [17]) Codd. omnes uti hic, ita mox habent *quantitas*, solo excepto Li., in quo semel *qualitas* occurrit; ipsa vero Bernardi exempla docent, librariorum errori tribuendam esse istam lectionem. [18]) Quae antecedunt inde a *considerantur* desunt in Pa. et Vi. [19]) Pro *solis*, quod in Mo. 1 et 2 atque Vi. occurrit, Ha. et Pa. cum Mo. 3 habent *soli;* in Li. legitur *solent .. verberari.* [20]) Quae sequuntur usque ad *licet* omisit Li. scriptor. [21]) Vi. *pertinacitas.* [22]) Pa. *standi.* [23]) Ha. et Pa. *emendandi.* [24]) Li. *et.* [25]) Quae sequuntur usque ad *ut II. qu. 1 Si peccavit* exciderunt in Li. et Mo. 3. [26]) Quae antecedunt inde *a levis* omisit Pa. Cod. scriptor; in Vi. tantum desunt *ut sit levis.* [27]) Deest in Mo. 2. [28]) Li. hoc quoque loco habet *et.* [29]) Idem *poteris.* [30]) In Li. *canonicos* legitur pro *contra canones.* [31]) Mo. 2 *percussit.* [32]) Deest in Ha. [33]) Pa. repetendo addit *percussit;* Li. *si clericus erit.* [34]) Pa. *est.* [35]) Ha. *excommunicatus*, Li. *anathematizetur.* [36]) Li. *laicus.* [37]) Pa. *inde.* [38]) Vi. habet *membrorum* omittitque *amissio.* [39]) Sic Ha., Li. et Mo. 2; Pa. *fuerit subsecuta*, Mo. 1. 3

TITULUS XXII.

De clerico venatore.

Audistis de clerico percussore, in quo elatio reprehenditur [1]); nunc audiatis de clerico venatore, in quo lascivia notatur [2]). Videamus igitur [3]), quot modis dicatur venatio, quibus sit licita et [4]) quibus non, quare [5]) clericis prohibeatur venari, cum permittatur piscari, quae [6]) poena clerici venatoris.

§ 1. Venatio dicitur [7]) quatuor modis. Dicitur enim [8]) venatio oppressio aliorum [9]), ut Di. VI. § *His ita* (Grat. dict. ad c. 3); dicitur etiam venatio histrionum [10]), scil. venatio laudis, et dicitur [11]) venatio eorum, qui depugnant [12]) cum bestiis in arena; de his duobus [13]) habes Di. LXXXVI. [14]) *Qui venatoribus* (c. 8), *Qui venatori* (c. 9), *Vident* [15]) (c. 10); dicitur etiam quarto modo venatio ferarum, ut Di. LXXXVI. *Esau* (c. 11), *Quid prodest* [16]) (c. 12). — § 2. Tres priores sunt illicitae, quarta licita est et [17]) permissa; est autem venatio ista, scil. ferarum et avium, permissa [18]) non [19]) clericis, sed laicis. Quamquam enim sit [20]) licita, tribus tamen de causis efficitur [21]) illicita, scil. ex persona, ex causa, ex tempore; ex persona, ut clericis, ut Di. XXXIV. *Quorundam* (c. 14) et infra eod. c. 1 et 2 (Gr. c. 1. 2. V. 24); ex causa, ut si fiat causa [22]) voluptatis; ex tempore, ut si fiat tempore ieiunii sollemnis; de his duabus habes [23]) Di. LXXXVI. *Quid prodest* (c. 12). — § 3. Permittitur autem clericis et aliis religiosis piscari et non venari, quia piscatio fit cum silentio, venatio cum clamore, unde egregius ille [24]) poeta de venatore dixit [25]):

---

et Vi. *sit secuta.* [40]) Versus iste, quem Pa. omnino non exhibet, vitiose a Li. sic redditur: *Quisque q^e. cā lenit' et cā ŭba § pensa.* [41]) Vi. *leviter.* [42]) Mo. 3 *praesta.*

Tit. 22. — [1]) Pa. *deprenditur*, Li. *deprehenditur.* [2]) Li. *denotatur.* [3]) Mo. 3 *ergo.* [4]) Deest in Pa. [5]) Li. *et qualiter.* [6]) Idem addit *sit.* [7]) Deest in Pa. [8]) Neque id verbum habet Pa.; in Li. legitur *autem.* [9]) Pa. addit *hominum.* [10]) Omittit Mo. 3, sive potius lacunam exhibet. [11]) Ha. *dicitur etiam.* [12]) Pa. *pugnant.* [13]) Mo. 2 *duabus.* [14]) Quae sequuntur, in Mo. 3 desunt usque ad fin. § 1 v. *Quid prodest*, in Li. usque ad *Esau.* [15]) In Mo. 1 deest iste locus. [16]) In Pa. additur *et C. XXXIII. c. 1*, quod tamen capit. nihil plane facit ad rem. [17]) Li. omittit. [18]) Omnia ista inde a *permissa* desunt in Ha. [19]) Mo. 2 *non tamen.* [20]) Pa. pro *enim* habet *non*, Mo. 2 *autem;* in Ha. deest *sit;* in Li. legitur *quamquam autem tribus tamen etc.* [21]) Li., Pa. et Mo. 2 *fit.* [22]) Pa. *ex causa.* [23]) Deest in Pa. [24]) Omittit Vi. [25]) Cf. Virgilii Aeneis

Aut spumantis apri cursum clamore prementem [26]).

Pedicas autem vel laqueos aut alias artes facere ad capiendas feras, dum tamen eas non insequuntur [27]), prohibitum non inveni [28]), et [29]) quod prohibitum non invenitur, intelligitur [30]) esse [31]) concessum, quia cuncta licent nisi decreto vel lege vetentur [32]), ut ar. Di. V. *Baptizari* (c. 3) et supra de despons. impub. *Lex* (c. 1; Gr. n. p.). — § 4. Poena [33]) clerici venatoris est, ut si admonitus [34]) non cesset, ab officio suspendatur, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1); quod si nec sic [35]) cesset, deponatur, ut Di. XXXIII. *Quorundam* (c. 14).

TITULUS XXIII.

De clerico excommunicato vel deposito [1]) ministrante.

Quia nonnunquam in tantum prorumpit [2]) superbia clericorum, ut contemta pastoris [3]) sententia excommunicati vel depositi nihilominus praesumant officia [4]) celebrare, de ipsis non est reticendum [5]), sed videndum [6]), qua poena sint puniendi. Sciendum igitur, quod ille qui [7]) excommunicatus vel suspensus [8]) celebrat divina officia, hoc ipso est penitus deponendus, ut infra eod. *Clerici* (c. 3), *Latoris* (c. 4; - Gr. c. 3. 4. V. 27) et C. XI. qu. 3 *Si quis episcopus* (c. 7), *Placuit* (c. 9); qui vero depositus [9]) celebrat divina, debet anathematizari, et si non cesset, demum [10]) tradi [11]) iudici seculari, ut infra eod. *Si quis* (c. 2; - Gr. c. 2 ibid.).

TITULUS XXIV.

De non ordinato ministrante [1]).

Audivimus de poena excommunicati ministrantis; nunc audiamus de poena non ordinati ministrantis vel officia celebrantis.

Lib. I. v. 324. [26]) Li. *apri cū fūda more tenētē.* [27]) Li. *persequuntur,* Mo. 2 *prosequuntur.* [28]) Pa. *invenitur.* [29]) Ha. et Pa. omittunt *et.* [30]) Vi. *videtur.* [31]) In Pa. deest. [32]) Idem *vetantur.* [33]) Li. addit *vero.* [34]) Ha. adiicit *fuerit et.* [35]) In Ha. et Pa. deest *sic*, sed perperam.

Tit. 23. — [1]) Mo. 2 non habet *vel deposito.* [2]) Pa. *proscribit vel prorumpit.* [3]) Ha. *pastorali,* Mo. 2 *pastorum.* [4]) Mo. 3 omittit. [5]) Pa. *retinendum.* [6]) Desunt ista in Li. et Mo. 3. [7]) Li. *sciendum est quod si ille ... celebret.* [8]) Loco *suspensus* Mo. 2 habet *depositus.* [9]) In Vi. deest *depositus*, in Mo. 2 legitur *qui nondum depositus.* [10]) Pa. *debet deinde,* Mo. 2 *domum.* [11]) Mo. 3 *dari.*

Sciendum est [2]) igitur, quod tales sunt excommunicandi, si fuerint contumaces [3]), ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. V. 28); praeterea si erant in aliquo ordine ecclesiastico, sunt ab illo [4]) deponendi, ut ar. C. XI. qu. 3 *Privilegium* (c. 63) et C. XXV. qu. 2 *Sic decet* (c. 22) et infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 eod.), nisi [5]) de misericordia toleretur; non [6]) tamen umquam [7]) poterit promoveri, ut infra eod. c. 2.

TITULUS XXV.

De [1]) eo qui furtive ordinem recepit [1]).

Hic [3]) de iure debet ab illo ordine deponi nec unquam ulterius ordinari; si tamen [4]) transeat ad religionem, poterit [5]) in furtive suscepto [6]) ordine tolerari [7]), ut infra eod. [8]).

TITULUS XXVI.

De furtis [1]).

Sumta occasione a [2]) titulo praecedente, de furtis generaliter pertractemus. Videamus igitur, quid sit furtum, unde dicatur, de qua re fiat [3]), quae furti [4]) species, quis de furto agere [5]) possit, quae poena furis [5]).

§ 1. Furtum est contrectatio [7]) rei alienae invito domino; invitum autem accipere debemus ita, ut fur existimet [8]) invitum; si enim credit [9]) dominum permissurum, non furtum committit, quia furtum

---

Tit. 24. — [1]) Li. *de clerico non etc.,* ubi etiam sub hac rubrica sequentis tituli, et sub ea, quae ad illum spectat, huius tituli summa redditur. [2]) Deest in Mo. 3. [3]) Mo. 2 omittit *si fuerint etc.* [4]) Pa. addit *ordine.* [5]) Ha. *nec.* [6]) Pa. *nec.* [7]) Mo. 2 *ultra.*

Tit. 25. — [1]) In Pa. huius tituli summam, nullo interiecto spatio omissaque rubrica, cum tituli praecedentis textu coniunxit scriptor, rubricamque perperam posuit ad tit. de furtis; in Mo. 3 prorsus deest rubrica. [2]) Mo. 2 *suscepit,* Vi. *accepit.* [3]) Mo. 3 *sic* pro *hic.* [4]) Deest in Ha. [5]) Li. *potest.* [6]) Mo. 1 *sumpto*, omisso *furtive.* [7]) Pa. *remanere.* [8]) Deest remissio ista in Vi.

Tit. 26. — [1]) Mo. 3 de *furto.* [2]) Idem *de.* [3]) In eodem *et quare.* [4]) Pa. *sint.* [5]) Mo. 3 *arguere.* [6]) In eodem haec ad marginem alia manu adiecta inveniuntur: *nota, quod clericus furem rerum suarum retinere potest, spe recuperandi sua, ut XII. qu. 2 Fraternitas, XIV. qu. 6. c. 1; non tamen debet eum curiae tradere nec operam dare, ut tradatur.* [7]) Vi. *detrectatio.* [8]) Ha., Mo. 1 et 3 atque Vi. *aestimet;* Mo. 2 addit *dominum.* [9]) Li., Mo. 3 et Vi. *credat.*

non committitur[10]) sine affectu[11]) furandi, ut in Instit. eod. § *Furtum autem* (§ 6). — § 2. Dicitur autem furtum a furvo i. e. obscuro, quia:

„Fur latet in furvo, latro se praeparat ultro."

§ 3. Fit autem furtum de re mobili, sive ipsam rem furando sive usum eius, ut in Inst.[12]) eod. *Furtum est* (§ 1) et Dig. eod. L. 1; non autem[13]) fit de re immobili, quia fundi locive non fit furtum, ut in Inst. de usucap. § *Quod autem* (§ 3). — § 4. Duae sunt species furti, manifestum[14]) et non manifestum; manifestum, cum quo[15]) fur deprehenditur, non manifestum, cum[16]) quo non deprehenditur[17]). Item horum[18]) quaedam remanent[19]) in nomine generali, quaedam cadunt in nomen speciale[20]), veluti sacrilegium, quod dicitur furtum rei sacrae, peculatus, quod dicitur furtum de re publica, ut C. XXIII. qu. 4 *Quid ergo* (c. 3); sic[21]) et abigeatus, quod dicitur furtum gregis, ut Dig.[22]) de abigeis L. 1, sic et plagium, quod dicitur furtum hominis, ut Dig. ad L. Fabiam de plagiariis[23]) L. 1 et 2, et Cod. de plagiariis L. 2 et L. *Si fratrem* (L. 5) et *Liberum* (L. 15). — § 5. Is autem furti agit[24]), cuius interest non esse subreptum, scil. ex honesta causa, ut Dig. eod. *Is cuius* (L. 85), ergo dominus, creditor, fullo, sartor[25]), colonus in fructibus, usufructuarius[26]) et ceteri tales furti agere possunt, ut Dig. eod. *Itaque fullo*[27]) (L. 12), *Eum qui* (L. 14) § 1; ideo autem dixi: „ex honesta causa," quia si ex[28]) inhonesta, non habet is qui rem amisit furti actionem; nam licet intersit[29]) furis, rem sibi non subripi, non tamen fur[30]) furti agere potest, sicut nec violentus possessor, ut Dig. eod. *Itaque fullo* (L. 12). — § 6. Circa poenam furis sciendum[31]), quod agitur de hoc crimine criminaliter et civiliter, criminaliter ad poenam corporalem, civiliter ad pecuniariam[32]) poenam. Cum vero criminaliter agitur, non est fur sus-

---

[10]) Mo. 3 habet *non furtum committitur*, omissis intermediis *committit quia furtum non.* [11]) Ha. et Pa., Mo. 1 et 2 *effectu.* [12]) Sequentia usque ad *de usucap.* exciderunt in Li. [13]) Ha. *L. I. latrocinium fit etc.* [14]) In Mo. 2 *scil. manif.;* in Pa. exciderunt quae sequuntur usque ad *cum quo.* [15]) Ha. *est quo.* [16]) Pa. *in.* [17]) In Mo. 2 sic: *manifestum cum fur deprehenditur,* omissis reliquis. [18]) Desunt in Pa.; Li. non habet *item.* [19]) Li. et Pa. *retinentur.* [20]) Li., Mo. 1 et Vi. *in nomine speciali.* [21]) Deest in Mo. 3. [22]) Exciderunt in Ha. et locus iste et quae sequuntur de plagio, eademque omisit Cod. Mo. 3 scriptor, qui tamen ista in § seq. post *interest,* licet non integra, sed cum omissione v. *hominis* nec non locorum a Bernardo laudatorum, interserenda curavit, de totius orationis sensu incuriosissimus. [23]) Li. *ad L. Fabi. de pelag.* [24]) Ha. *agere potest.* [25]) Li. et Mo. 2 *sator.* [26]) Mo. 3 *usu.* [27]) Bina huius loci mentione inductus, in Vi. librarius reliquam totius § partem omisit. [28]) Deest in Mo. 2. [29]) Itidem omittit Mo. 2. [30]) Desunt *tamen fur* in Pa.; Li. omittit *fur.* [31]) Li. et Mo. 3 addunt *est,* habetque ille mox

pendendus aut demembrandus aut[33]) exoculandus, sed alias arbitrio iudicis vel[34]) fustigandus vel in exilium mittendus[35]) vel aliter, prout iudici visum fuerit, puniendus, ut in Authent. ut nulli iudicum liceat habere (Nov. 134. c. 13), nisi plus sit quam fur, i. e. qui armis aggrediatur[36]), vel in domibus[37]), vel in itineribus[38]), vel in mari, ut piratae, qui et galeotae[39]) dicuntur, ut in eod. Auth. habetur et Dig. de poenis. *Capitalium* § *Grassatores* (L. 28. § 10) et supra de homicid. *Si perfodiens* (c. 5; - Gr. c. 3. V. 12). Si autem agatur[40]) civiliter, pro[41]) furto manifesto agetur in quadruplum[42]), pro non manifesto in duplum, ita ut persecutio rei[43]) sit extra ipsum quadruplum vel[44]) duplum, ut in Inst. eod. § ult.[45]) et vi bonor raptor in princ., et de action. § *Sic itaque* (§ 14); qui autem egit[46]) criminaliter, nihilominus civiliter agere potest, ut Dig. eod. L. ult. Si quid autem[47]) ultra poenam quadrupli scriptum inveniatur, ut quintuplum[48]), septuplum[49]), nocuplum[50]) vel undecuplum[51]), ut infra eod. c. 2 et 3 (Gr. n. p.) et C. XVII. qu. 4 *Quisquis* (c. 21) et C. XII. qu. 2 *In legibus* (c. 10), hodie statur huic poenae leviori[52]), scil. dupli vel quadrupli[53]).

§ 7. Illud in summa[54]) notandum, quod minus[55]) punitur, qui per necessitatem[56]) furatur, quam qui sine necessitate, ut ar. infra eod. *Si quis pro necessitate* (c. 5; - Gr. c. 3. V. 18); necessitas enim[57]) legem non habet, ut de cons. Di. I. *Sicut non alii* (c. 11). Item illud[58]) notandum, quod agitur alias actione[59]) furti, alias[60]) condictione[61]) furtiva; actio furti est ad poenam dupli vel quadrupli, condictio[62]) vero furtiva ad rem ipsam petendam vel eius aestimationem[63]), ut in Inst. de action. § *Sequens* (§ 16).

---

et crim., alter vero omittit *et civiliter.* [32]) Pa. *peccunialem,* Mo. 3 *pecuniam.* [33]) In Li. utroque loco, in Mo. 2. 3 et Vi. altero pro *aut* legitur *vel.* [34]) Ha. hoc loco, Mo. 3 mox omittit *vel.* [35]) Li. *emittendus.* [36]) Pa. cum Mo. 2 et 3 *aggreditur.* [37]) Desunt in Pa. [38]) Li. *navibus.* [39]) Ha. et Li. *galiotae,* Mo. 1, Pa. et Vi. *galeoti,* Mo. 2 *galioti,* Mo. 3 *galeostici.* [40]) Pa. *agitur.* [41]) Idem *et pro.* [42]) Quae sequuntur usque quo redit *quadruplum* exciderunt tam in Mo. 1 quam in Li. et Vi. [43]) Pa. *ipsa* habet pro *rei.* [44]) Ha., Pa. et Mo. 1 *aut.* [45]) Sequentia usque ad § *si quid* itidem desunt in Li. [46]) Mo. 3 *agit.* [47]) In Ha. legitur *si qui dant;* Li. non habet *autem.* [48]) Mo. 3 *quintum.* [49]) Ha. interserendo addit *sexcuplum,* quod et in Vi. loco *septupl.* occurrit. [50]) Pa. *noncuplum,* Li. *octuplum,* Mo. 2 *decuplum.* [51]) Ha. et Li. *indecuplum;* in Vi. et Mo. 2 deest. [52]) Li. *hodie sunt hae poenae leviores.* [53]) Mo. 3 *duplici* et *quadruplici.* [54]) Omittit Mo. 3. [55]) Ha. *si minus,* Mo. 3 *mitius.* [56]) Sic Codd., exceptis Mo. 3, qui *propter,* et Vi., qui *pro necessitate* habet; idque fortasse recte, cum respondeat cap. 5 cit. [57]) Pa. *quia necess.,* Li. *necess. autem;* Mo. 2 neutrum habet. [58]) Omittunt Mo. 2 et 3. [59]) Vi. *aliter accusatione,* quod verbum mox pro *actio* recurrit. [60]) Li. tam hic quam antea habet *vel.* [61]) Sic Pa. et Vi.; Li. et Mo. 2 *actione;* ceteri *conditione.* [62]) Li. *actio,* Mo. 3 *conditio.* [63]) Li. *executionem.*

TITULUS XXVII.

De excessibus praelatorum in subditos [1]).

Quia saepe praelatus in subditum, saepe [2]) subditus in praelatum delinquit [3]), de excessibus utrorumque, et qua poena feriantur, videamus.

§ 1. Excedit autem praelatus in subditum, vel ultra quam debeat [4]) puniendo, vel nimis gravando, vel nimis aspere increpando, vel ipsum perperam iudicando; similiter excedit subditus in praelatum, vel non obediendo [5]), vel ei detrahendo [6]), vel insidias faciendo, vel eius honorem minuendo. Cum ergo praelatus [7]) ultra quam debeat punit, decurrendum [8]) est ad iudicem superiorem, ut per eum [9]) poena gravior moderetur, ut ar. Di. L. *Presbyteros* (c. 32); cum vero [10]) excedit praelatus in subditum eum nimis [11]) gravando [12]), gravamen [13]) est per superiorem iudicem [14]) removendum, ut ar. C. I. qu. 1 *Nullus episcopus* (c. 124); cum autem excedit nimis [15]) aspere increpando, debet subditus cum patientia tolerare, ut ar. Di. C. *Contra morem* (c. 8) et Di. XIX. *In memoriam* (c. 3) et supra de rescriptis *Si quando* (c. 5; - Gr. c. 5. I. 3), ipse tamen praelatus est redarguendus [16]), ut ar. Di. XLV. *Cum beatus* (c. 8); cum vero excedit in [17]) subditum perperam iudicando, sententia illa per superiorem iudicem est evacuanda [18]), sive sit sententia excommunicationis sive sententia diffinitiva [19]), ut ar. C. II. qu. 1 *Nemo* (c. 11) et qu. 6 *Arguta* (c. 13) et C. XVI. qu. 1 *Frater noster* (c. 52). Excedit quoque subditus in praelatum illis modis, quos [20]) superius diximus [21]). — § 2. Poena vero praelati excedentis in subditos [22]) est, quod, ubi subditos ultra [23]) quam debeat punit, vel nimis gravat

Tit. 27. — [1]) Sic cum ipsa collectione fere omnes codices, nisi quod plerique addunt *vel econtra;* Pa. vero hanc exhibet rubricam: *de clericis qui relicto clericali habitu arma sumpserunt,* et Mo. 2 pro *in subditos,* quod in Mo. 3 desideratur, habet *subditis.* [2]) Omittit Ha. [3]) Mo. 2 *excedit.* [4]) Li. *debet,* tam hoc loco quam posteriori. [5]) Ha. *inobediendo;* Li., Mo. 2 et 3 atque Vi. loco *vel* habent *ei.* [6]) Li. et Mo. 2 *contradicendo.* [7]) Mo. 2 et 3 cum Vi. addunt *subditum.* [8]) Solus Li. habet *recurrendum.* [9]) Mo. 3 non habet *per eum.* [10]) Li. *autem.* [11]) Ha. *minus.* [12]) Mo. 2 *gravat,* cum non habeat *exc. prael. in subd.* [13]) In Li. pro *gravamen* legitur *per idem;* Mo. 2 habet *grav. illud.* [14]) Li. atque Mo. 2 et 3 *a sup. iudice.* [15]) Mo. 2 *eum nimis.* [16]) Pa. et Mo. 2 *arguendus.* [17]) Deest in Ha. *in;* in Mo. 2 pro *in subditum* habetur *ipsum.* [18]) Mo. 1 et 2 atque Vi. *vacuanda.* [19]) Mo. 2 *diffinitionis,* omisso *sententia.* [20]) Li. *quibus.* [21]) Vi. *supra dixi.* [22]) Ha. omittit *in subd.,* Mo. 2 habet *subditum.* [23]) Sic

vel nimis aspere increpat, debet ipse praelatus a superiori aspere increpari, et [24]) si non acquieverit, poterit [25]) ab officio suspendi, ar. C. II. qu. 1 *Nemo* (c. 11). In sententia vero super pecuniaria causa forte faciet [26]) litem suam, i. e. tenetur [27]) resarcire damnum ei, quem male iudicavit, ar. in Inst. de obl. quae ex quasi del. in princ. et Dig. de action. *Ex maleficiis* § *Si iudex* [28]) et Dig. de extraord. cognit. L. ult. In spiritualibus autem potest ei auferri potestas de cetero de talibus [29]) iudicandi, ut ar. supra de rescr. *Ex parte* (c. 2; - Gr. c. 2. I. 3); ceterum aequius [30]) puto, ut eius sententia penitus evacuata [31]) secundum arbitrium superioris potestatis [32]) puniatur; idem [33]) puto in criminalibus causis. — § 3. Poena subditi qui in praelatum excedit est, ut, si sit inobediens, excommunicetur, ut C. XI. qu. 3 *Si autem vobis* (c. 11), *Absit* (c. 14) et supra de maiorit. et obed. *In libro* (c. 4; - Gr. c. 2. I. 33); idem puto, si excedat [34]) detrahendo, ut ar. C. XI. qu. 3 *Si quis non obediat* (c. 13) et C. VI. qu. 1 *Deteriores* (c. 14), *Summa* (c. 15); ubi vero praelato insidias ponit, est deponendus, ut C. XI. qu. 1 *Statuimus* (c. 31) et C. III. qu. 4 *Clericus* (c. 8). Idem puto de eo, qui praelati [35]) honorem minuit, ut ex [36]) eisdem capitulis colligi potest [37]); nam et [38]) miles, qui signum magisterii militiae [39]) usurpavit, a gradu suo removetur et in inferiori militia collocatur, ut Dig. de re militari *Milites* § *Irreverens* (L. 13. § 4).

TITULUS XXVIII.

De privilegiis et excessibus privilegiatorum [1]).

Diximus [2]) de excessibus praelatorum [3]); sed quoniam praelati solent esse privilegiati, de privilegiis et excessibus privilegiatorum dicamus [4]).

Li., Vi. atque Mo. 2 et 3; Ha., Pa. et Mo. 1 habent *plus.* [24]) Deest in Mo. 2. [25]) Ha. omittit. [26]) Ha. *faciat,* Li. *fac̃.* [27]) Ha. *tenere.* [28]) Ad Dig. remittunt omnes Codd., qui in eo tantum variant, quod alii *de acc̃.,* alii *de accoñ.* habent; ceterum, quem locum Bernardus in animo habuerit, in ambiguo mihi relinquendum est. [29]) Sic Li.; in ceteris plerumque deest *de,* et Mo. 3 nec habet *talibus.* [30]) Pa. omittit. [31]) Sic Li.; ceteri *vacuata.* [32]) Mo. 3 *iudicis.* [33]) Li. *id.* [34]) Ha. et Li. *excedit.* [35]) Ha. et Li. *praelato.* [36]) Sic Pa.; in ceteris aut deest *ex,* aut (Mo. 2) adest *in.* [37]) Mo. 2 *colligitur;* Mo. 3 omittit *capitulis.* [38]) Non habet Li. [39]) In Li. deest *magisterii,* in Ha. utrumque.

Tit. 28. — [1]) In Vi. huius tit. rubricam addere neglexit miniator. [2]) Pa. *audivimus.* [3]) Deest in Ha. [4]) Mo. 3 *et de priv. et de exc. priv. videamus.*

Videamus igitur [5]), quid sit privilegium, unde dicatur, quis possit facere privilegium [6]), quid intersit inter privilegium et rescriptum, quae species privilegiorum [7]), quis eorum [8]) effectus, quibus de causis privilegia mutentur [9]) vel amittantur [10]), qua poena privilegiatorum excessus puniantur.

§ 1. Privilegium est concessio iuris singularis alicui vel aliquibus facta [11]) extra ius commune; ius enim aliud commune [12]), aliud singulare; ius [13]) commune lex generalis, ius singulare privilegium appellatur [14]). Ideo autem dixi: „extra ius commune," quia concessio, quae fit tantum secundum ius commune, i. e. qua conceditur [15]) alicui [16]), quod ei iure communi concedebatur [17]), privilegium dici non debet [18]), ar. Dig. ad municipalem L. 1 et Dig. de legat. I. *Si quando quis* (L. 109). Nec obstat quod dicitur: cui concessit Imperator condere testamentum, intelligitur ei [19]) concessisse testari [20]) secundum ius commune, ut Cod. de inoffic. testam. *Si quando* (L. 35); nam in hoc [21]) privilegium ei dedit, quod, cum non liceret ei testari, nec [22]) etiam iure communi, puta [23]) minori XIV annis, concessit ei testari iure communi. — § 2. Dicitur autem [24]) privilegium quasi lex privata, quia in privato fertur [25]), vel quia privat a lege [26]) communi [27]), ut Di. III. *Privilegia* (c. 3). § 3. Potest autem facere privilegium, qui [28]) potest facere legem communem [29]); nam et is solus potest facere contra ius commune, vel dispensando, vel privilegiando. Ceterum consuetudo admisit, quod episcopi [30]), licet nequeant communes facere leges, possunt tamen privilegiare de his, quae ad suam pertinent [31]) potestatem, verbi gratia, ut in decimis monasterium privilegiare et capellam eximere a iure ecclesiae baptismalis, ut ar. C. XVI. qu. 1 § *Quod*

[5]) Mo. 3 et Vi. *ergo.* [6]) Exciderunt in Li. *unde dicatur, quis etc.* [7]) Omittit ista Mo. 2. [8]) Pa. addit *sit,* Mo. 3 habet *eius.* [9]) Li. *mutantur.* [10]) Codd. omnes *admittantur.* [11]) Deest *facta* in Mo. 3. [12]) In Pa. scriptor omisit *ius enim aliud commune.* [13]) Pa. *in commune.* [14]) Ha. *vocatur.* [15]) Pa. *quo concedatur,* Ha. *que conceditur.* [16]) Mo. 3 *ei* pro *alicui.* [17]) Pa. *conceditur,* Mo. 2 *concedatur.* [18]) Ha. *dici solet nec debet,* sed inter *dici* et *solet* superposito *non.* [19]) Sic praeter Pa., ubi *et,* atque Ha., ubi *enim,* omnes alii codices, licet Vi. ex posteriori correctura. [20]) Li. et Pa. *testamentum.* [21]) Mo. 2 *et in hoc.* [22]) Ha. *non.* [23]) Quae sequuntur Pa. omittit. [24]) Mo. 2 *etiam.* [25]) Sic Vi., quem ceteris praefero, quorum plurimi habent *feratur,* Pa. vero *referatur,* atque Ha. *futur.* [26]) Pa. *qui in privata lege.* [27]) Mo. 1 non habet *communi,* sed locum cit., qui in Vi. cum illo verbo deest; Mo. 3 habet *a iure communi.* [28]) Li. *quicunque.* [29]) In eodem, omissis intermediis, post *communem* mox legitur *vel dispensando etc.* [30]) Li., Vi., Mo. 2 et 3 pro *quod* habent

autem (dict. Grat. ad c. 47) et c. *Statuimus* (c. 55) et *Quoniam quidquid* (c. 68); vel dicas, huiusmodi non esse privilegia, sed quasdam concessiones. — § 4. Inter privilegium autem et rescriptum hoc interest, quod [32]) privilegium datur contra ius commune, rescriptum autem contra ius commune datum non valet, ut C. XXV. qu. 2 *Imperiali* (c. 13), *Rescripta* (c. 15), *Dicenti* (c. 16), nisi ex certa fiat scientia rescribentis et illius [33]) iuris, contra quod fit, habita mentione [34]), ut ar. supra de rescript. *Ceterum* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 3) et Dig. de legat. III. *Si quis in principio* (L. 22). — § 5. Species privilegiorum sunt, quod aliud est generale, aliud speciale; generale, ut [35]) illud, quo [36]) praedia ecclesiarum [37]) habent immunitatem, similiter [38]) quo clerici sunt immunes a tutelis, ut C. XVI. qu. 1 *Generaliter* (c. 40) § *Placet rationabilis* (§ 4); specialium vero aliud personale [39]), aliud reale, item personale aliud personae, aliud personarum. Speciale et reale privilegium est, quod specialiter conceditur, et rei vel domui cohaeret nec cum persona finitur, ut C. XVI. qu. 1 *Hinc est* (c. 39); speciale et unius personae tantum [40]), quod cum ipsa persona finitur, ut C. VII. qu. 1 *Petiisti* (c. 17); speciale et personarum, quod ad posteros transmittitur [41]), veluti [42]) cum [43]) alicui et posteris vel [44]) successoribus eius [45]) aliquod privilegium confertur [46]), ut ar. Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1). Item privilegium aliud perpetuum, aliud temporale; perpetuum, quod datur [47]), ut semper duret, temporale [48]), quod ad certum tempus datur. Item privilegium aliud [49]) in lucro captando, aliud in damno vitando [50]); in lucro captando, ut in donatione facta [51]) ecclesiae, nam ipsa [52]) donatio habetur pro traditione, ut Cod. de sacros. eccles. *Ut inter divinum* (L. 23), similiter ut donatio facta ecclesiae ultra quingentos solidos valeat sine [53]) insinuatione, ut diximus supra de donationibus [54]), ut in Authent. de non alien. § *Sinimus*

ut. [31]) Vi. *spectant.* [32]) Ha. *quia;* in Mo. 2 deest. [33]) Ita Pa. atque Mo. 3; Ha., Li. et Mo. 1 *alius;* Vi. *aliud sit;* in Mo. 2 desunt *et illius* .... *mentione.* [34]) Vi. *eiusdem mentione.* [35]) Pa. *est.* [36]) Mo. 3 *quod,* tam hic quam infra. [37]) Li. *eorum.* [38]) In Ha. desunt quae sequuntur usque ad *generaliter.* [39]) Ha. *speciale.* [40]) Huic verbo in Mo. 3 lacunam reliquit scriptor. [41]) Li. *quae* ... *transmittuntur.* [42]) Mo. 3 *verbi gratia.* [43]) Ha. *velud ideo.* [44]) Mo. 2, qui et supra *posteris* habet pro *ad post.,* omittit *vel.* [45]) Deest in Pa. [46]) Mo. 2 *conceditur.* [47]) Mo. 3 non habet *quod datur.* [48]) Sic Pa. et Mo. 2; ceteri fere omnes habent *ad tempus,* Mo. 2 vero *ad tempus temporale.* [49]) Mo. 2 addit *datur.* [50]) Vi. *evitando.* [51]) Mo. 3 *factae.* [52]) Mo. 2 *re ipsa.* [53]) Ita Mo. 2 et 3, Li. et Pa., quorum hic praeterea *etiam* praemittit; in Ha. legitur *sibi,* in Mo. 1 et Vi. *sub,* utrumque vitiose. [54]) De-

(Nov. 7. c. 2. § 1); in damno vitando, ut cum datur[55]) alicui ecclesiae privilegium[56]), ne contra eam currat praescriptio nisi C annorum, ut C. XVI. qu. 3 *Nemo* (c. 17), similiter ut is[57]) solus contra ecclesiam crediti habeat[58]) actionem[59]), qui probat creditum versum[60]) in ecclesiae utilitatem, ut C. X. qu. 2 *Imperator* (c. 2). § 6. Effectus privilegiorum est, ut prosint[61]) privilegiatis, quia contra privilegium nullus, nec etiam summus[62]) pontifex[63]) venire[64]) debet, ut C. XXV. qu. 2 *Privilegia* (c. 2), *De ecclesiasticis* (c. 8), nisi ipse[65]) summus pontifex aliqua ratione motus illi velit[66]) privilegio derogare, ut C. IX. qu. 3 *Conquestus* (c. 8). Nonnunquam etiam[67]) ipsum privilegium nocet impetranti[68]) et prodest ei[69]), contra quem impetratur[70]), si velit eodem[71]) iure uti contra privilegiatum[72]), ut Dig. quod quisque iuris L. 1; sed[73]) distingue, privilegium[74]) sit datum ad postulationem impetrantis, an proprio motu privilegiantis; nam primo casu[75]) eodem iure contra se[76]) utetur[77]), secundo nequaquam, ut Dig. quod quisque iuris *Si quis iniquum* (L. 3). Item effectus privilegiorum est, ut perpetuo debeant observari, quin etiam, ut[78]) quibusdam videtur, contra privilegium Romani pontificis nulla praescriptio currit[79]), ut ar. Di. XIX.[80]) *Enimvero* (c. 4) et C. XVI. qu. 3 *Nemo* (c. 17) et C. XXV. qu. 2 *Privilegia* (c. 2) et Cod. de diversis rescript. *Falso* (L. 2) et in Authent. Const.[81]) quae dignitatibus § penult. (Nov. 81. c. 2); praesumitur tamen ex longo contrario usu[82]) privilegio suo renunciasse, ut infra eod. *Si de terra* (c. 9; - Gr. c. 6. V. 33) et ar. supra de praescript. *Controversiam* (c. 8; - Gr. n. p.). Item effectus privilegiorum[83]) est, ut secundum ipsa[84]) et non contra[85]) debeat iudicari[86]), ut ex praedictis capitulis *Enimvero*, *Nemo* et *Privilegia* colligi potest. — § 7. Solet autem[87]) quaeri, si diversa et contraria privilegia inveniantur, cui sit standum; ad quod distingu-

sunt in Mo. 2 *ut diximus etc.* [55]) Ha. *concedatur.* [56]) Deest in Mo. 3. [57]) Li. *his*, Ha. et Pa. *ei.* [58]) Li. *fiat.* [59]) Vi. *accusationem.* [60]) Mo. 3 *quod probatum . . . esse in etc.* [61]) Li. et Mo. 2 *prosit*, Mo. 3 *pro proprio.* [62]) Vi. *Romanus.* [63]) Pa. omittit quae sequuntur usque quo redeunt verba ista. [64]) Mo. 3 *ne in re.* [65]) Ha. *ille.* [66]) Vi. omittit *illi*, Mo. 3 habet *vult.* [67]) In Li. atque Mo. 2 omittitur. [68]) Deest in Li. [69]) Mo. 2 pro *etiam* habet *ei.* [70]) Li. *interpretatur.* [71]) Ha. *eo de.* [72]) Pa. *privilegium.* [73]) Mo. 2 *sic.* [74]) Ha. *an*, Pa. *utrum priv.*, Li. *si privil. sit.* [75]) Pa. *in primo casu*; Li. *primo motu privilegiantis casu.* [76]) Pa. *eum.* [77]) Mo. 2 *uti debet.* [78]) Deest in Mo. 3. [79]) Idem *currat.* [80]) Codd. omnes perperam C. IX citant. [81]) Sic Mo. 1 aliique; Li. *constitutum*, Ha. *t (it.).* [82]) Ha. *casu*; Mo. 3 addit *quis.* [83]) Ha. *privilegiatorum.* [84]) Ha. et Mo. 1 *ipsum.* [85]) Ista desunt in Li.; Vi. repetit *ipsa.* [86]) Mo. 3 *iudicare.* [87]) Deest in Li. [88]) Pa. *an.* [89]) Omittitur in

endum puto, utrum[88]) sint facta a[89]) pari potestate, an unum[90]) a superiori, alterum[91]) ab inferiori, et ubi a pari potestate, utrum unum sit[92]) generale, alterum[93]) speciale, an ambo generalia, an[94]) ambo specialia. Porro si procedant[95]) a personis diversae auctoritatis, privilegium datum a superiori praeiudicat privilegio facto ab inferiori, ut ar. Di. VIII. *Quae contra mores* (c. 2) et Di. XXI. *Inferior* (c. 4)[96]) et C. IX. qu. 3 *Ipsi* (c. 16), *Cuncta* (c. 17), nisi in casu, puta si episcopus facit[97]) privilegium de his, quae pertinent[98]) ad suam iurisdictionem, et archiepiscopus contra illud[99]) privilegium aliud[100]) faceret[101]), privilegium episcopi praeponeretur[102]), verum hoc non ratione privilegii episcopalis, sed quia archiepiscopus non debet se intromittere de talibus, ut C. IX. qu. 3 *Archiepiscopus* (c. 5), *Conquestus* (c. 8) et supra de offic. legati c. 1 (Gr. c. 1. I. 30). Si vero a personis[103]) eiusdem auctoritatis, puta ambo[104]) a sede apostolica processerunt, speciale derogat generali, ut supra de rescr. *Sicut* (c. 1; - Gr. c. 1. I. 3), ar. Dig. de reg. iur. *In toto iure* (L. 80) et C. IX. qu. 3 *Conquestus* (c. 8); si autem ambo sint generalia vel ambo[105]) specialia, standum est anteriori, nisi in posteriori privilegio fiat mentio prioris, ut ar. Di. L. *Domino sancto* in f. (c. 28) et Dig. de legat. III. *Si quis in principio* (L. 22) et supra de rescript. *Ceterum* (c. 3; - Gr. c. 3 ibid.) et supra de off. iud. deleg. *Pervenit* (c. 13; - Gr. n. p.) et supra de decimis *Ex multiplici* (c. 17; Gr. c. 3. III. 30); vel distingue, utrum ille qui impetravit secundum[106]) privilegium[107]) sciebat de priori, aut non; nam ubi[108]) sciebat de priori et tacuit, videtur impetrasse secundum per fraudem tacitae veritatis, et ideo statur priori, ut supra de rescr. *Ceterum* (c. 3); ubi autem nesciebat[109]) de priori, est Romanus pontifex consulendus, ut supra de off. iudic. deleg. *Sane* (c. 16; - Gr. c. 11. I. 29); nam forte si dominus Papa de primo privilegio scisset[110]), nihilominus tamen[111]) secundum privilegium fuerat[112]) concessurus[113]),

Ha. [90]) Mo. 3 habet *tantum.* [91]) Mo. 2 *aliud.* [92]) Deest *unum* in Ha., *sit* in Mo. 2. [93]) Li. cum Mo. 2 et 3 *aliud*, additurque *et* in Vi. et Mo. 3. [94]) Ha. non repetit *an*, nec Mo. 2 *ambo.* [95]) Vi. *procedit*, Li. *procedat.* [96]) Loci isti desiderantur in Mo. 2. [97]) Mo. 2 et Vi. *faciat.* [98]) Pa. *spectant.* [99]) Deest in Mo. 2. [100]) Pa. omittit *aliud*; Li. *arch. tunc aliud.* [101]) Mo. 3 *daret.* [102]) Mo. 1 *praeponetur*; Mo. 3 horum loco habet: *quod non valeret.* [103]) Mo. 2 omittit *a personis*, et infra non habet *processerunt*, sed interserit hic *sunt factae.* [104]) Deest in Mo. 3. [105]) Idem addit *sint.* [106]) Li. *si* habet pro *secundum.* [107]) Mo. 2 omittit. [108]) Idem atque Mo. 3 pro *nam ubi* habent *si.* [109]) Li. *non sciebat.* [110]) Ha. *scivisset*, Mo. 3 *sciret.* [111]) Deest in Pa. et Mo. 2. [112]) Mo. 1 et Vi. *foret*, Mo. 3 *erat.* [113]) In plane contrariam sententiam Ber-

ar. Cod. si contra ius vel utilit. L. 1. — § 8. Tria vero faciunt, ut privilegium vel mutetur vel amittatur [114]), culpa privilegiati, meritum privilegiandi, voluntas [115]) privilegiantis. Quatuor autem modis privilegiatus circa privilegium culpam [116]) committit, scil. permissa potestate abutendo, ut C. XI. qu. 3 *Privilegium* (c. 63) et infra eod. *Pervenit* (c. 13; v. s.) et supra de decimis *Licet* (c. 11; Gr. c. 11. III. 30); item privilegio renuntiando, ut Di. VIII. *Quo iure* (c. 1) et C. VII. qu. 1 *Quam periculosum* (c. 8); item contra privilegium faciendo [117]), ut ar. supra de coniug. servor. c. 2 (Gr. c. 2. IV. 9) et Cod. de iure dominii impetr. *Si creditor* (L. 2) et Dig. de vacation. et excusat. muner. L. penult. § 1 et § *Si post* (§ 3); item privilegium negligendo, ut ar. infra eod. *Si de terra* (c. 6; - Gr. c. 6. V. 33). Meritum quoque privilegiandi facit, ut privilegium mutetur [118]), ut Di. XXII. § *Hac* (Grat. dict. ad c. 2) et c. *Constantinopolitanae* (c. 3). Voluntas privilegiantis similiter facit, ut privilegium mutetur vel amittatur [119]), ut ar. C. IX. qu. 3 *Conquestus* (c. 8) et C. XVI. qu. 1 *Hinc est* (c. 39). — § 9. Excessus vero privilegiatorum punitur privilegii amissione vel mutatione, ut supra diximus [120]); sed [121]) quod [122]) per usurpationem fecerint, ad eorum ignominiam irritatur [123]), ut infra eod. *Ad hoc* (c. 6; - Gr. c. 5 ibid.).

Haec de privilegiis diximus, si quis ex divite sui ingenii vena [124]) influere [125]) voluerit [126]), libenter audire parati [127]).

TITULUS XXIX.

De purgatione canonica.

Egimus de delictis. Sed quia [1]) in delictis [2]) probatione [3]) deficiente reus deducitur ad purgationem, de purgatione dicamus, vi-

nardum ire fecit Li. Cod. librarius, quippe in quo haec leguntur: *secundum tamen privilegium numquam concessisset.* [114]) Mo. 1 et Vi. *admittatur;* Mo. 3 primo loco omittit *vel.* [115]) Ha. atque Li. *et voluntas.* [116]) Mo. 3 non habet *culpam.* [117]) Loco istorum, in ceteris obviorum, Mo. 3 habet *privilegium falsando.* [118]) Mo. 3 addit *vel amittatur.* [119]) Ha. et Vi. *admittatur.* [120]) Pa. et *amissione vel* et *supra* omittit. [121]) Ha. et Li. *secundum.* [122]) Vi. *quia.* [123]) Mo. 2 *vertat.* [124]) Ha. et Mo. 2 *vera.* [125]) Sic praeter Ha., qui habet *inferre,* Codd. omnes, et Vi. quidem ex correctura. [126]) Pa. et Mo. 1 *noluerit.* [127]) Mo. 3 addit *sumus.*

Tit. 29. — [1]) Mo. 2 *quoniam.* [2]) Ha. non habet *in delictis.* [3]) Li. et Mo. 2 *purgatione.* [4]) Idem *Videamus igitur,* Vi. *videndum est.* [5]) Mo. 2 *quo*

dentes [4]), quid sit purgatio, quae eius species, quo casu [5]) indicenda et qualiter facienda.

§ 1. Purgatio est de obiecto crimine [6]) innocentiae ostensio [7]). § 2. Duae sunt species purgationis, canonica scil. [8]) et vulgaris; canonica, quae fit per iuramentum, vulgaris, quae est a vulgo inventa [9]), ut ferri candentis, aquae ferventis, monomachiae i. e. duelli, panis et casei [10]) et ceterae huiusmodi. Canonica purgatio ab ecclesia Dei admittitur et approbatur, ut C. II. qu. 5 fere per totum; vulgaris purgatio [11]) in servis et [12]) servilibus personis secundum antiquos canones [13]) admittitur, ut infra tit. prox. c. 1 (Gr. c. 1. V. 35) et c. 2 (Gr. c. 2. V. 38), in aliis personis repellitur et reprobatur, ut C. II. qu. 5 *Mennam* (c. 7) et § *Iuramento* (Grat. dict. ad c. 19) et c. *Consuluisti* (c. 20), *Monomachiam* (c. 22), ex quibus etiam capitulis [14]) manifeste [15]) innui videtur, quod hodie [16]) vulgaris purgatio in nulla persona sit admittenda. — § 3. Indicitur [17]) autem canonica purgatio, ubi [18]) quis de crimine suspectus est apud bonos et graves, sive [19]) accusatione praecedente et [20]) accusatore in [21]) probatione deficiente, sive [22]) infamia ipsum verisimiliter [23]) pulset, ut C. II. qu. 5 *Omnibus* (c. 19) et infra eod. c. ult. (Gr. n. p.); ideo autem dixi: „verisimiliter" [24]), quia si oritur infamia non ex verisimili praesumtione, sed inimicorum confictione [25]) vel maledicorum [26]) rumore, non est propter hoc reus [27]) ad purgationem cogendus, ut ar. C. II. qu. 5 *Auditum* (c. 18) et C. XI. qu. 3 *In cunctis* (c. 52). Praeterea si [28]) accusator offert [29]) probationem [30]) et reus offert [31]) purgationem, probatio et non purgatio est audienda, quia tunc demum [32]) recipitur, cum defecerit [33]) accusator, ut C. II. qu. 5 *Presbyter* (c. 5), *Si mala* (c. 16), *Omnibus* (c. 19) et infra eod. c. ult. (v. s.) — § 4. Sic autem est purgatio facienda, ut cum [34]) purgando alii sacramentales adhibeantur; olim quidem VII

in casu. [6]) Pa. *obiecti criminis.* [7]) Mo. 3 *offensio,* in quo mox deest *species.* [8]) Omittunt Pa., Li. et Mo. 2. [9]) Ha. addit *est,* quod sic bis occurrit. [10]) Pa. non habet *i. e. duelli;* in Mo. 2 deest *panis et casei;* in Mo. 3 omnia inde a *monomachiae* desiderantur. [11]) Ha. *probatio vel purgatio;* in Mo. 2 deest *purgatio.* [12]) Mo. 3 *et in.* [13]) Deest in Mo. 2 et in Li., ubi mox pro *in aliis* legitur *et aliis.* [14]) Li. *causis.* [15]) Deest in Pa. atque Mo. 2 et 3. [16]) Deest in Pa. *et* Li. [17]) Mo. 3 *inducitur.* [18]) Idem *cum.* [19]) Ha., Mo. 1 et 3 perperam habent *sine.* [20]) Pa. *vel.* [21]) Omittit Vi. [22]) Pa. *si,* itidemque Mo. 3, qui et omittit *ipsum.* [23]) Ha. *verisimili.* [24]) Ha. *item dixi verisimili.* [25]) Vi. *in iniuic.,* Mo. 2 *fictione.* [26]) Sic Ha., Li. atque Mo. 2 et 3; Pa. *maledictorum,* Mo. 1 *maleficiorum,* Vi. *maleficorum.* [27]) Omittitur in Ha. [28]) Li. *et si.* [29]) Mo. 2 *offerat.* [30]) In Li. desunt sequentia usque ad *probatio.* [31]) Non repetunt Pa. et Mo. 2. [32]) Pa. *deinde.* [33]) Mo. 2 *deficit.* [34]) Li.

in causa presbyteri [35]), in causa diaconi III, ut C. II. qu. 5 *Si legitimi* (c. 12) et *Presbyter* (c. 13), hodie vero ad arbitrium iudicantis, ut C. II. qu. 5 *Omnibus* (c. 19). Principalis [36]) quidem [37]) persona iurabit, se crimen illud non commisisse [38]), alii autem [39]) iurabunt in animabus suis, se credere, ita esse, ut ille iuravit, ut infra eod. *Quotiens* (c. 4; - Gr. c. 5. V. 34); sacramentales autem debent esse viri cogniti et bonae opinionis, ut C. II. qu. 5 *Si mala* (c. 16) et infra eod. *Constitutus* (c. 6; - Gr. c. 9 ibid.). Praeterea si est infamatus apud populum, debet se in publico expurgare [40]), alias autem coram suo [41]) iudice et bonis ac gravibus viris, ut Di. XXIII. *Illud* (c. 5) et C. II. qu. 5 *Omnibus* (c. 19) et C. XV. qu. 5 *De crimine* (c. 1).

Si quid autem de huiusmodi purgatione hic minus dicitur [42]), in decretorum summis copiosius invenitur.

TITULUS XXX.

De purgatione vulgari.

Tractatum est de purgatione canonica et approbata; nunc tractandum est [1]) de vulgari et improbata, de qua, ut praediximus [2]), illud tenendum putamus [3]), ut hodie in nullo casu sit vel negotio [4]) admittenda, ut colligi potest ex C. II. qu. 5 *Mennam* (c. 7), *Consuluisti* (c. 20), *Monomachiam* (c. 22), et [5]) ut diximus supra de clericis pugnantibus in duello.

TITULUS XXXI.

De damno dato.

Hic titulus secundum [1]) leges in duobus titulis continetur [2]), scil. ad L. Aquiliam [3]) et de pauperie [4]). Diximus de criminibus,

omittit. [35]) In Pa. a librario, quem certe induxit vox *presb.*, quae in fine § 3 occurrit, hoc loco repetita invenies, quae praecedunt inde a c. *Si mala* usque ad *alii sacramentales;* mox vero erroris conscius seipsum corrigendum curavit, omnia ista verbo *va-cat* notando atque quasi includens. [36]) Li. *principaliter.* [37]) Mo. 2 *autem.* [38]) Mo. 3 *admisisse.* [39]) Deest in Pa. [40]) Pa. *purgare.* [41]) Idem omittit. [42]) Li. *si min. dic. aliquid.*

Tit. 30. — [1]) Omittit Mo. 3. [2]) Li. *diximus.* [3]) Mo. 2 *puto.* [4]) Li. *denegatio* habet pro *vel negotio;* Mo. 3 omittit *vel negotio.* [5]) Deest in Mo. 3.

quibus saepe damnum datur; merito ergo de damno dato videamus. Consideremus igitur [5]), quid sit damnum [6]), quis dicatur damnum dare, quibus [7]) modis damnum detur [8]), quis possit agere de damno dato, et qualiter sit satisfaciendum [9]).

§ 1. Damnum est diminutio vel iactura [10]) in rem vel personam data, et dicitur a demendo [11]) sive [12]) diminuendo. — § 2. Is autem dicitur damnum dare, qui laedit [13]) i. e. qui per se ipsum nocet; item is [14]) damnum [15]) dat, qui iubet dare, ut Dig. de reg. iur. *Is damnum* (L. 169. al. 129) et L. *Hoc iure* (L. 152. al. 194) § 1 et Dig. de vi et vi armata L. 1 § *Deiecisse* (§ 12) et Dig. ad L. Aquil. *Liber homo* (L. 37); item qui occasionem damni dat, damnum [16]) dedisse videtur, ut C. XXIII. qu. 5 *Cum homo* (c. 19) [17]) et Dig. ad L. Aquil. *Qui occidit* (L. 30) § penult. et Dig. vi bonor. raptor. *Praetor* § *Si quis* (L. 4. § 6) et Dig. ad L. Corneliam de sicariis *Nihil* (L. 15). — § 3. Datur autem damnum pluribus modis. Nam aliquando res perditur, aliquando deterior efficitur, aliquando alias homo damnificatur, veluti si [18]) non permisisti navigare tempore congruo et ita mercimonium impedisti. Item [19]) datur damnum aliquando immiscendo, aliquando [20]) separando; miscendo, ut aquam vino, separando, ut vitem ab ulmo, brachium a statua, ansam a vase [21]). Item datur [22]) damnum in homine, animali et re inanimata [23]); in homine, ut servo occiso vel vulnerato, in animali [24]), ut in bove vel [25]) equo, in re inanimata, ut grano [26]), vino et oleo. Item similiter damnum datur ab homine, ab animali, a re [27]) inanimata; ab homine, ut si homo ipse [28]) laedat, ab animali, ut a bove

Tit. 31. — [1]) Desiderantur in Mo. 3. [2]) Idem *continet;* deest in Pa., in quo tamen lacunam relictam et verbum illud ad marginem notatum videbis. [3]) Ha. et Pa. *Aequiliam,* Li. *ad L. Aq. de paup.* [4]) Praemittuntur ista in Codd. omnibus; sed vix dubitaverim, quin emblema sint, quod ex margine in textum irrepserit, cum alias nusquam Bernardus hoc modo inter se comparaverit civilis atque canonici iuris libros. [5]) Deest in Mo. 3. [6]) Li. addit *datum.* [7]) Ha. *et quibus.* [8]) Quae antecedunt inde a *sit damnum* omisit Li. librarius. [9]) Mo. 3 *faciendum.* [10]) Ha. non habet *vel iactura.* [11]) Pa. legit *dando,* ni forte, quod tamen vix crediderim, falso legerit filius; in Mo. 2 desiderantur ista: *et dicitur a demendo.* [12]) Ha. et Li. *sive a.* [13]) Mo. 3 *dedit.* [14]) In Ha. *is autem* legitur pro *item is.* [15]) Quae sequuntur usque ad *et L. Hoc iure* desunt in Mo. 3. [16]) Li. *ipsum damnum.* [17]) Pa. alium addit praemittitque locum, ex C. XXVII. qu. 2 desumtum, quem tamen, cum bene nec legenda nec intelligenda sint cap. cit. verba initialia, contra aliorum Codd. auctoritatem in textum recipere nolui. [18]) Pa. *ut si;* Mo. 3 omittit *si.* [19]) Omnia quae sequuntur usque ad *Item datur* desunt in Li. [20]) Addunt *autem* Ha., Pa. et Li. [21]) Mo. 2 *ansem de vase,* Mo. 3 *ausa ause.* [22]) Mo. 3 *dicitur.* [23]) Pa. *et in re inam.;* Ha. *in rem animatam.* [24]) Li. *animale.* [25]) Mo. 3 *aut.* [26]) Pa. praemittit *in.* [27]) Mo. 2 *ab hom., anim. et re etc.* [28]) Deest in Pa.

cornupeta vel[29]) equo calcitroso vel mordace[30]), a re inanimata, ut si id[31]), quod habes suspensum, cadat et damnum det, quod pertinet ad tit. de deiectis et effusis, similiter[32]) si domus tua ruat, cum ante caveris[33]) de damno infecto. Hi autem modi si permisceantur, scil. ab homine in hominem, ab homine in animale[34]), ab homine in rem inanimatam[35]) et econtra, et quocunque modo[36]) permisceri possint[37]), IX[38]) inveniuntur[39]). — § 4. Agere autem[40]) de damno dato potest dominus, sed et[41]) usufructuarius et bonae fidei possessor[42]) et legatarius, ut Dig. ad L. Aquil. *Item Mela* (L. 11) § *Legis* (§ 6) et ceteris paragraphis usque in finem legis et L. *Sed et si* (L. 18) et L. *Liber homo* (L. 37) et L. *Ob id* (L. 43)[43]). § 5. Satisfaciendum autem[44]) est de damno dato hoc modo. Si homo[45]) hominem occiderit[46]), si quidem liberum et voluntarie nec se defendendo, agitur de homicidio, ut supra diximus[47]) in tit. de homicidio[48]); similiter, si casu[49]), ad distinctionem ibi positam recurre; si tamen filium meum casu occideris, possum agere[50]) lege[51]) Aquilia de damno dato, quantum visum fuerit iudicanti, quia liber homo non recipit aestimationem[52]), ut Dig. ad L. Aquiliam[53]) *Sed et si* (L. 5) § *Si magister* (§ 3); idem et de vulnerato, ut ibidem habetur; sed et[54]) si aliquem liberum[55]) vulnerasti, ipse utili Aquilia[56]) aget, ut Dig. ad L. Aquil. *Liber homo* (L. 37). Si vero servum alienum vel pecudem culpa occidisti, in tantum teneris, quanti[57]) in eo anno retro plurimi[58]) fuit[59]), ut Dig. ad L. Aquil. L. 2; in aliis autem[60]) animalibus occisis[61]) culpa vel vulneratis[62]), et in servo vel pecude vulneratis[63]), in tantum teneris, quanti[64]) in XXX diebus retro fuit[65]), ut Dig. ad L. Aquiliam *Si servus servum*

[29]) Mo. 3 habet *aut* pro *vel* omittitque tam *ut a* quam *cornupeta*. [30]) Pa. *mordente*. [31]) Deest *id* in Li. et Mo. 3, quorum hic mox legit *habeas*, ille vero *dat*. [32]) Bis in Ha. [33]) Mo. 3 *cum cav. autem*. [34]) Codd. omnes *animali*. [35]) Vi. *animatam*, qui etiam mox habet *e converso* omittitque *et*. [36]) Desunt ista in Li. [37]) Mo. 3 *potest*. [38]) Li. *Inc. VIIII*. [39]) Hisce verbis, in Ha. omissis, scriptor spatium reliquit vacuum. [40]) In Li. *autem* deest. [41]) Mo. 1 omittit *et*; Mo. 3 pro *sed* habet *rei*. [42]) Li. *et bonus fi pt*. [43]) Mo. 2 ita pergit: *§ datis. Faciendum*, Mo. 3 sic: *Datis. Faciendum*. [44]) Li. pro *autem* habet *alias*. [45]) Mo. 3 et Pa. omittunt *homo*, Mo. 2 interscrit *quidem*. [46]) Pa. *occidit*. [47]) Ista desiderantur in Mo. 2. [48]) Omittit Mo. 3, quae praecedunt inde ab *ut supra*. [49]) Li. *secundum causam*. [50]) In eodem desunt *possum agere*. [51]) In Mo. 2 et 3 atque Vi. excidit *L.*, quae in ceteris servata est littera. [52]) Pa. et Mo. 1 *existimationem*. [53]) Pa. scriptor, quid sibi scribendum sit dubius vel nescius, insimul ponenda curavit haec: *aq, adq, aql*. [54]) Deest *et* in Mo. 1, Li. atque Vi. [55]) Vi. adiicit *hominem*. [56]) Li. *utili L. Aquiliae*. [57]) Ha. et Pa. *quantum*. [58]) Ha. *plurimum*. [59]) Mo. 1 *valuit*, Pa. *fuerit*. [60]) Deest in Ha., tam hic quam infra. [61]) Pa. *recisis*. [62]) Omittit Pa. sequentia usque ad *in tantum*. [63]) Mo. 2 et Vi. *vulnerato*. [64]) Vi. addit *etiam*; Mo. 3

§ *Tertio* (L. 27. § 5). Si autem in re inanimata[66]) damnum dedisti, teneris ad interesse, ratione habita retro plurimi[67]) XXX dierum, ut eadem lege colligi potest. Si autem servus tuus damnum dedit[68]), teneris vel damnum emendare vel servum noxae dare, quia haec actio noxalis est, in qua[69]) liberatur dominus noxae dedendo[70]), ut Dig. de noxal. L. 1 et 2. Si autem[71]) animal[72]) tuum occiderit vel laeserit meum[73]), distinguitur, utrum aggrediens animal[74]) vel aggressum; nam[75]) si aggrediens, non emendabitur, si aggressum, dominus aggredientis emendabit[76]) vel noxae dabit[77]), ut Dig. si quadrupes pauperiem L. 1 § *Cum arietes* (§ 11); item qui canem meum irritaverit, et ita canis provocatus[78]) nocuit, irritator tenetur, ut Dig. ad L. Aquil. *Item Mela* § *Item eum* (L. 11. § 5). Si autem damnum detur[79]) a re inanimata, puta res suspensa decidit[80]) et nocuit, si quidem occidit[81]) liberum hominem, in eum, qui suspensum habuit, L aureorum iudicium datur; si vero non occidit, sed laesit, dabitur iudicium ad arbitrium[82]) iudicantis et resarcientur laeso impensae medicorum[83]) et operae, quibus[84]) caruit vel est cariturus, ut Dig. de his qui deiec. vel effud. L. 1 et ult.; si vero occiderit servum[85]) vel laeserit, aut animal aut aliam rem, damnum[86]) domino resarcietur ab eo, qui suspensum habebat, ut Dig. de deiect. et effus. L. 1. Praeterea poena X solidorum afficitur, qui suspensum[87]) habebat, sive suspensum nocuit sive non, dummodo[88]) nocere potuerit[89]), ut Dig. de deiect. et effus. *Si vero* § *Praetor* (L. 2. § 6).

§ 6. Illud autem in summa notandum[90]), quod, licet aliud[91]) in hoc titulo per legem Mosaicam habeatur, tamen potius statur in huiusmodi satisfactionibus constitutioni legali[92]), ubi[93]) aliter in legibus invenitur. Nam ecce in secundo capitulo huius tituli de

habet *quantum* et post *retro* adiicit *plurimum*. [65]) Pa. *fuerit*. [66]) Li. *in animata re*. [67]) Pa. *retroplurimum*, Li. omittit *retro*. [68]) Li. *dederit*, Mo. 3 omittit *damnum*. [69]) Addit Ha. *scil*. [70]) Pa. *dando*: Mo. 3 pro *noxae dedendo* habet *de edendo*. [71]) Deest in Mo. 3. [72]) Ha. *alt*, Pa. *al*. [73]) Sic Li. cum Pa. et Mo. 2; Mo. 1 et Vi. *in eum*, Ha. *eum*, Mo. 3 *me*. [74]) In Ha. *all* recurrit sed eo loco transpositum est, quo mox redit verbum *aggrediens*. [75]) Pa. sequor; in ceteris deest *nam*. [76]) Mo. 3 *emendet*. [77]) Vi. *noxae emendabit*. [78]) Mo. 1 et 3 atque Vi. *irritatus*. [79]) Mo. 2 *datur*. [80]) Mo. 3 *deciderit*. [81]) Vi. cum Mo. 2 et 3 *occiderit*. [82]) Li. *iudicium arbitrio*. [83]) Mo. 3 *medicinarum*. [84]) Vi. *opere quo*. [85]) Deest in Mo. 2. [86]) Deest in Pa. [87]) Mo. 3 *suspectum*, atque mox *nocuerit*. [88]) Ha. *de modo*. [89]) Li. et Mo. 2 *potuit*. [90]) In Mo. 1 et Li. deest *in summa* atque expost supra additum vides *autem*; Pa. neutrum habet. [91]) Omittit Mo. 3. [92]) Pa. *satisfactionibus quod in constitutionibus legalibus invenitur*, Li. *satisfactionibus et constitutionem legali*. [93]) Li.

bove, qui hominem occidit, legitur, quod lapidibus obruatur; aliter in legibus invenitur; nam si culpa ipsius percussi factum est[94]), sibi imputet, alioquin dominus bovis noxaliter[95]) tenetur[96]), ut Dig. ad L. Aquil. *Si ex plagis* § *Quidam* (L. 50. § 3). Erat autem apud antiquos talis consuetudo, ut dominus bovis[97]) cornupetae foenum eius cornu[98]) alligaret, ut esset signum, quod[99]) omnis[100]) sibi caveret[101]) nec[102]) dominus teneretur, unde ille satiricus[103]):

Foenum habet in cornu, cornu[104]) ferit ille; caveto.

sed et[105]) in veteri testamento contestabatur, quod[106]) dominus eum reclusum[107]) haberet, ut infra eod. c. 2 (Gr. n. p.).

TITULUS XXXII.

De poenis.

Egimus de criminibus. Sed quoniam crimina sunt punienda, post tractatum de criminibus, agendum[1]) est de poenis; videamus igitur, quid sit poena et unde dicatur[2]), quae poenarum species, quis punire possit, quae sint, quae excusent[3]) a[4]) poena.

§ 1. Poena est iudicialis retributio pro peccato; vel ita[5]): poena est satisfactio delicti. — § 2. Dicitur autem poena a puniendo, quia punit eum, qui deliquit[6]), vel eius heredem. Poena enim[7]) alia est[8]) aeterna, alia temporalis; poena[9]) aeterna non[10]) infligitur[11]) filio[12]) pro peccato[13]) patris[14]), unde Dominus[15]): „Filius, inquit, non[16]) portabit iniquitatem patris etc.;“ poena vero temporalis saepe infligitur filio[17]) pro peccato patris, unde alibi[18]) Dominus dicit[19]): „Ego sum Deus[20]) zelotes, visitans[21]) peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem.“ — § 3. Species poenarum variae sunt; nam poena[22]) alia[23]) canonica, alia legalis, sicut et[24]) criminum aliud ecclesiasticum, aliud civile, ut C. XI. qu. 1 *Si quis cum clerico* (c. 45), ut diximus supra in tit. de accusationibus. — § 4. Poena canonica alia spiritualis, alia corporalis, alia pecuniaria. Spiritualis alia increpationis, alia interdictionis[25]), alia excommunicationis, alia infamiae, alia depositionis; increpationis, ut Di. LXXXVI. *Pervenit* (c. 26) et C. XXI. qu. 4 *Omnis* (c. 1), ubi dicitur „epitimio“[26]) i. e. increpationi; interdictionis vel suspensionis[27]), ut Di. LV. *Nullus* (c. 2) et C. II. qu. 5 *Presbyter* (c. 13) et in multis aliis locis[28]); excommunicationis, ut C. XI. qu. 3[29]) fere per totum; infamiae, ut ar. C. II. qu. 3 § *Hinc* (dict. Grat. ad c. 7) et C. III. qu. 4 *Consanguineorum* (c. 4); depositionis, ut Di. XXVIII. *Decernimus* (c. 2) et Di. L. *Si episcopus* (c. 7). Corporalis et canonica poena[30]) quadruplex invenitur, scil. exilii, ieiunii, carceris et verberationis. Exilium autem[31]) aliud a loco, aliud in loco[32]); a loco[33]) aliud universale, aliud particulare, universale, veluti peregrinari[34]) per orbem, ut ar. de poenit. Di. VI. *Sacerdos* (c. 2), particulare, ut si ab ecclesia clericus proiiciatur[35]), ut inter laicos poenitentiam agat, ut Di. LXXXI. *Si quis episcopus* (c. 13); exilium in loco[36]), ut intrusio[37]) in monasterio[38]), in carcere exulari[39]), in insula; in monasterio, ut Di. LXXXI. *Si quis clericus* (c. 10), *Romanus* (c. 11) et C. XVI. qu. 6 *De lapsis* (c. 5)[40]), in carcere, ut Di. XIX. *In memoriam* (c. 3), in insula, ut Di. L. *Accedens* (c. 10). Ieiunium[41]) quoque i. e. inedia[42]) inter poenas corporales et canonicas invenitur, ut Di. XC. *Si quis contristatus* (c. 10). Carcer quoque domesticus, non exularis, est poena canonica et corporalis, ut C. XXVII. qu. 1 *Si homo esses* (c. 19); ideo autem dixi „domesticus“, quia de carcere[43]) exulari praedixeram, ut est Papiae

---

atque Mo. 2 et 3 *nisi.* [94]) Li. *factus est;* in Mo. 3 deest *est*, sive potius eius loco occurrit lacuna. [95]) Mo. 3 *noxialiter.* [96]) Pa. *conveniatur.* [97]) Mo. 3 omittit. [98]) Ha. *in eius cornu.* [99]) Mo. 3 *ut.* [100]) Ha. *homines.* [101]) Pa., Li. et Mo. 3 *omnes .. caverent.* [102]) Mo. 3 addit *postea* habetque *tenetur.* [103]) Cf. Horatii Satirae Lib. I. Sat. 4. v. 34. [104]) Alterum *cornu* male omittit Ha. [105]) In Li. et Mo. 3 deest *et*, quorum hic nec habet *contestabatur.* [106]) Mo. 2 et 3 *ut.* [107]) Mo. 3 *conclusum.*

Tit. 32. — [1]) Pa. praemittit *nunc.* [2]) Mo. 1 *quae vendicatur*, Mo. 2 non habet *unde dicatur;* in Vi. deest *et.* [3]) Pa. *excusant.* [4]) Mo. 3 *de.* [5]) Deest in eodem. [6]) Idem *delinquit.* [7]) Ha. habet *autem.* [8]) Non habent *est* Li., Pa. et Mo. 2. [9]) Pa. *et poena.* [10]) Omittit Ha. [11]) Li. *infligitur.* [12]) Ha. *in filio.* [13]) Pa. et Vi. *delicto.* [14]) Vi. habet *fratris;* in Li. omissa sunt sequentia usque quo vox redit *patris.* [15]) Cf. Ezechielis Lib. cap. 18. v. 20. [16]) Ha., omisso *inquit*, habet *unde versus.* [17]) Li. *in filio.* [18]) Idem *et alibi.* [19]) Cf. Lib. Deuteron. cap. 5. v. 9. [20]) Deest *sum* in Ha., Mo. 1 et Vi.

---

[21]) Ha. *iudicans*, Li. *transmittens*, Vi. *vendicans.* [22]) Deest in Pa. [23]) Mo. 2 addit *est.* [24]) Deest *et* in Mo. 3 et Vi. [25]) Sic Li. tam hic quam infra; ceteri omnes *interdicti.* [26]) In Ha. praemittitur *quod.* [27]) Mo. 3 *suspicionis.* [28]) Desunt ista in Pa. et Vi. [29]) Itidem desunt in Pa., quae sequuntur usque ad § *hinc.* [30]) In Pa. et Vi. *poena*, in illo etiam *et* deest. [31]) Omittunt Mo. 2 et Vi. [32]) Li. *in locum.* [33]) Nec in Vi. neque in Mo. 2 et 3 repetitur *a loco*, sed perperam. [34]) Omittit Mo. 3. [35]) Idem *proiectus est.* [36]) Pa. addit *est.* [37]) Mo. 3 *ut in intraso.* [38]) Idem et Vi. *monasterium.* [39]) Pa. *exulare.* [40]) Omnes isti loci desiderantur in Vi. [41]) Itidem omnia, quae de ieiunio disserit Bernardus, omittit Vi. [42]) Sic Li. cum Mo. 1, et plane rectissime; Ha. habet *i. media*, Mo. 2 *media* omisso *i*, Mo. 3 *medium*, Pa. *scil. poena media inter corporales etc.* [43]) Deest in Pa., ubi mox legitur *praemiseram.*

turris fraudulenta, in qua Boethius carceratus[44]) librum edidit consolationis philosophicae[45]). Verberatio quoque in poenis canonicis invenitur[46]), ut Di. XLV. § *Salomon* (dict. Grat. ad c. 8)[47]) et C. V. qu. 6 *Quia iuxta* (c. 3) et C. XXIII. qu. 5 *Circumcelliones* (c. 1), quae qualiter fieri possit, diximus supra in tit. de clerico percussore[48]). Pecuniaria et canonica poena alia[49]) pro ecclesiae iniuria, alia pro illati damni satisfactione; pro ecclesiae iniuria, ut C. XVII. qu. 4 *Si quis in atrio* (c. 7)[50]) et C. XXVII. qu. 1 *Si quis rapuerit* (c. 30), pro illati[51]) damni satisfactione[52]), ut Di. LIV. *Si servus* (c. 19) et C. XII. qu. 2 *In antiquis* (c. 7), *In legibus* (c. 10). — § 5. Poena vero[53]) legalis multiplex invenitur. Est enim poena[54]) legalis[55]): mors[56]), demembratio, verberatio[57]), exilium, deportatio, carceratio[58]), aquae et ignis interdictio, depositio, infamia, mulcta[59]) i. e. poena pecuniaria; praeterea pecuniaria poena alia determinata, alia indeterminata[60]). Mors irrogatur his, qui criminibus implicantur[61]), ut laesae maiestatis, homicidii, adulterii, ut Cod. ad L. Iuliam maiestat. *Quisquis* (L. 5) et Dig. ad L. Cornel. de sicariis L. penult. et Cod. de adulter. *Quamvis* (L. 19)[62]); demembratio infligitur[63]) quidem[64]) hodie potius usu, quam lege, verum[65]) ex decretis[66]) haec poena confirmari videtur, ut C. V. qu. 6 *Delatori* (c. 5)[67]); verberatio, ut pro furto, ut ar. Cod. de causis ex quib. infam. irrog. *Si furti* (L. 8), *Fustibus* (L. 16) et C. XII. qu. 2 *Fraternitas* (c. 11)[68]); exilium, ut Cod. eod. *Procurator* (L. 2), *Omnes* (L. 23), *Rectores* (L. 24); deportati dicebantur, qui in insulam[69]) mittebantur, sed tamen bona retinebant, ut Cod. eod. *Deportatorum* (L. 8); carceratio, ut Cod. eod. *Omnes*[70]), de his satis abunde[71]) poteris invenire Dig. eod. *Si quis*

[44]) Mo. 3 *incarceratus.* [45]) Quae praecedunt inde ab *ideo autem* non habet Vi. [46]) Vi. sic: *verberationis quoque poena in canonibus invenitur.* [47]) In eodem deest iste locus. [48]) Haec quoque omisit Cod. Vi. scriptor. [49]) Pa. et Mo. 2 addit *est*, Mo. 3 habet *alias*; in Vi. desunt ista et sequentia usque ad *pro eccl. iniuria.* [50]) Ad hunc locum non remittit Mo. 3. [51]) Vi. *illiciti.* [52]) Quae praecedunt inde a *satisfactione* desunt in Pa. [53]) Omittit Mo. 2. [54]) Loco *est enim poena* Pa. habet *scil.* [55]) Sic Mo. 3 et Vi.; in ceteris deest, sed minus bene, ut mihi videtur. [56]) Li. *mortis.* [57]) Omittit Ha. [58]) Ha. praemittit *et;* in Vi. exciderunt quae sequuntur, cum ibi legatur: *deportatio pecuniaria poena alia etc.* [59]) Ha. *depositio infamia in mulcta.* [60]) Mo. 2 omittit *alia determ., alia indeterm.* [61]) Mo. 2 *in capitalibus criminibus;* Ha., Li. et Mo. 2 habent *irrogatur criminibus implicatis* et omittunt *his qui;* in Vi. deest *implicantur* adiectumque est *quibusdam.* [62]) Omnes hi loci desunt in Vi. [63]) Mo. 2 *affligitur quae.* [64]) Sic Mo. 1 et 2; in ceteris deest. [65]) Mo. 3 *tamen.* [66]) Li. *ceteris.* [67]) Quae antecedunt inde a *lege* exciderunt in Vi. [68]) Iste solus in Vi. laudatur locus, ubi et desunt, quae sequuntur de exilio. [69]) Li. *insula.* [70]) Vi. sic habet: *carceratio, ut Cod. eod. Omnes,* omittitque sequentia usque ad *Restat*

forte § *Nunc* (L. 6. § 2), *Veluti* (L. 7), *Aut* (L. 8); aquae et[72]) ignis interdictio, ut[73]) . . . .[74]); depositio alia[75]) ad tempus, alia perpetuo[76]); ad tempus, ut Cod. de infamibus *Et si* (L. 3) et Dig.[77]) ad muncip. *Ordine* (L. 15), haec tamen secundum canones suspensio vocatur; perpetuo, ut Dig. de his qui not. infam. L. 2 § *Ignominiae* (§ 2) et in Authent. de defensor. civit. *Interim* (Nov. 15. c. 1); infamia, ut Cod. de caus. ex quib. inf. irrog. et Dig. de his, qui infam. not. fere per totum. Sunt et[78]) aliae poenarum species, de quibus in Cod. et Dig. eod. plenius poteris invenire[79]). Restat agere de mulctis sive[80]) pecuniariis poenis; harum ut diximus quaedam est[81]) determinata, quaedam indeterminata; determinata, ut poena[82]) L aureorum in libertum, qui non impetrata venia dominum in ius vocavit, ut Dig. de in ius vocando *Si libertus* (L. 12) et[83]) *Si sine venia* (L. 25), et in Inst. de poena temere litig. § ult., ubi nota[84]) solidum pro aureo[85]) poni; idem habemus[86]) in eo, qui suspensum quid habuit[87]), cuius casus nocere poterat[88]), ut diximus in tit. superiori; poena pecuniaria indeterminata[89]), ut furti[90]) in duplum[91]), vi bonorum raptorum in quadruplum, ut diximus supra de furtis. § 6. Nunc videndum est, quis punire possit. Generaliter iudices punire possunt, nam iurisdictio sine modica coertione nulla videtur[92]), ut Dig. de offic. eius cui mand. est iurisd. L. ult. Solent etiam[93]) iudices et[94]) potestates[95]) habere officiales, per quos sententiae exe-

agere. [71]) Ha. *habende.* [72]) Pa. *aut;* in Ha. neutrum occurrit. [73]) Deest in Mo. 3; Li. habet *vel.* [74]) Quam in contextu equidem reliqui lacunam, eandem in Pa. atque Mo. 1 et 2 invenies, licetque ex verbo *ut* coniectare, vel re vera remisisse vel certe remittere voluisse Bernardum ad hunc illumve iuris civilis locum. Aliorum Codd. librarii eiusmodi lacunam in libris ab ipsis descriptis aut non invenerunt, aut parvi habuerunt, cum in omnibus uno tenore legatur: *aquae et ignis interdictio ut (vel) depositio etc.* [75]) Mo. 1 *alias.* [76]) Solus Ha. habet *perpetua,* quam tamen lectionem, licet tolerabilem, cum infra in omnibus pariter recurrat *perpetuo,* non recipere malui. [77]) Quae sequuntur usque ad *de his qui infam. not. fere per totum,* omittit Ha. [78]) Deest in Mo. 2. [79]) Mo. 3 non habet *poteris invenire.* [80]) Mo. 2 *scil.* [81]) In Pa. deest; Mo. 3 habet *quaedam sunt determinatae quaedam indeterminatae,* similiterque deinceps in plurali pergit numero. [82]) Omittit Vi. [83]) Loco *et* in omnibus prorsus Codd. occurrit signum §; at perperam, cum L. 12 cit. non sit in §§ distincta; ceterum Li. sic habet: *§ Sed si nuō,* atque Vi. omnino non exhibet ista et quae succedunt usque ad *poni.* [84]) Sic Ha., Pa., Mo. 2 et 3, itidemque ex prima scriptura Mo. 1, in quo *nota* in *notandum* correctum vel certe commutatum est. [85]) Mo. 2 *soldum pro auro.* [86]) Mo. 2 et 3 *habes.* [87]) Mo. 3 *habuerit,* omisso *quid.* [88]) Li. et Mo. 2 *potuit,* similiterque Vi., qui in hoc verbo explicit, uti iamiam praefando monui. [89]) Sic Mo. 1; alii omnes vitiose *determinata (tae).* [90]) Ha. et Pa. *furto;* in Mo. 3 deest *ut.* [91]) Mo. 3 addit *vel quadruplum,* nec fortasse iniuria. [92]) Li. omittit. [93]) Omittunt Pa. et Mo. 2; Mo. 3 habet *enim.* [94]) Omittit Mo. 3. [95]) Mo. 1 *potestas,* Ha. *ptas.*

cutioni[96]) mandantur[97]), ut C. XXIII. qu. 5 *Cum minister* (c. 14); solent etiam quosdam ministros habere[98]) ad circumeundum et maleficia[99]) puniendum[100]), qui alibi raptores, alibi scurbiatores, alibi rapse vocantur[101]). Poena vero pecuniaria alia est danda laeso, alia iudici; laeso, ut in furtis duplum vel quadruplum, iudici, ut Cod. de modo mulctarum *Mulctarum* (L. 5). — § 7. Sunt autem plura, quae a poena excusant, scil. mentis alienatio, coactio, deceptio, multitudo, aetatis infirmitas, ignorantia, casus et iocandi[102]) voluntas[103]). Mentis alienatio triplex est, scil.[104]) per stuporem, per furorem, per ebrietatem[105]); per stuporem, ut Di. XIV. *Quod ait* (c. 1), per furorem, ut C. XV. qu. 1 *Aliquos*[106]) (c. 5) et Dig. ad L. Corn. de sicar. *Infans* (L. 12) et Dig. ad L. Pomp. de parricid. L. ult.[107]) per ebrietatem, ut C. XV. qu. 1 *Inebriaverunt* (c. 9). Coactio delinquentem excusat a poena, ut Di. L. *Presbyteros* (c. 32). Deceptio duplex est[108]), per fraudem et per errorem[109]); per fraudem, ut ar. C. XV. qu. 6 *Si sacerdotibus* (c. 1) et Dig. de eo per quem factum L. 1. § 2, per errorem, ut C. XXXIV. qu. 2 *In lectum* (c. 6) et ar. Dig. de iniur. *Si cum* (L. 4). Multitudo quoque a poena relevat[110]) in duobus casibus, scil. vel cum multitudo est in culpa, vel cum ille, qui deliquit[111]), multitudinem sociam habet, ut Di. XLIV. *Commessationes* (c. 1) et C. XXIII. qu. 4 *Non potest* (c. 32). Aetatis infirmitas a poena excusat[112]), ut in infante[113]), ut ar. C. XV. qu. 1 § *Ex eo* (Grat. dict. ad c. 3) et Dig. ad L. Aquil. *Sed et si quemcunque* (L. 5) § 1 et Dig. de aedil. edicto *Cum autem* § *Excipitur* (L. 23. § 2)[114]), ut diximus supra de delict. pueror. Ignorantia etiam a poena[115]) excusat, ut Di. VIII. *Consuetudo* (c. 8) et ar. C. XXIV. qu. 3 *Dixit apostolus* (c. 29) et Dig. de publicanis L. ult. § *Si propter*[116]) (§ 8). Casus etiam[117]) a poena[118]) excusat,

[96]) Pa. *excommunicationi*, Mo. 3 *ex communi*. [97]) Ha. *traduntur*, Li. et Mo. 2 *sententia ... mandatur*. [98]) Deest in Mo. 3. [99]) Li. *male i (ibi) facta*, Mo. 3 *malefacta*. [100]) Mo. 3 *ut malef. puniant*. [101]) Pa. sic: *qui diversis nominibus secundum diversa loca vocantur;* ceteri Codd. variant inter *raspe*, quod in Mo. 1—3, et *rapse*, quod in Ha. et in Li. occurrit. [102]) Ha. *iucandi*, Mo. 3 *iocunda*. [103]) Li. *voluptas*. [104]) Omittit Li. [105]) Desunt ista in Pa. et Li. [106]) Codd. habent omnes *aliquantos*. [107]) Mo. 3 *L. penult.* [108]) Li. *invenitur*. [109]) In Mo. 3 desunt *per fraudem et*, in Pa. ista omnia. [110]) Pa. *etiam excusat a poena*. [111]) Pa. *vel cum illa deliquit vel cum aliquis*. [112]) Quae sequuntur usque quo redeunt verba *a poena excusat* scil. *ignorantia*, exciderunt in Li. [113]) Mo. 3 *ut infantes*. [114]) Non laudat istum locum Mo. 2. [115]) Omittit *a poena* Pa. [116]) Sic omnes, uno excepto Ha., ubi *S. de publi. ann. L. penult. § super*. [117]) Ha. *autem*. [118]) Mo. 3 omittit. [119]) Pa. et Mo. 2 non habent *vel ludendi*.

ut C. XXIII. qu. 5 *Si homicidium* (c. 41) et Di. L. *Quantum* (c. 48) et Cod. ad L. Cornel. de sicar. L. 1 et L. *Eum* (L. 5). Iocandi vel ludendi[119]) voluntas a poena excusat, ut ar. C. XV. qu. 1 *Illud peraeque* (c. 2) et C. XXII. qu. 2 *Quod autem* (c. 18) et ar. Dig. de action. et oblig. *Obligationum* (L. 3) § 2[120]) et Dig. de servo corrupt. L. 3.

§ 8. Illud[121]) in summa notandum, quod nullus in facie coqui debet, ne imago Dei deformetur in homine, ut Cod. eod. *Si quis in metallum* (L. 17). — § 9. Illud[122]) etiam notandum[123]), quod poena corporalis non statim est post sententiam inferenda, sed post XXX dies differenda[124]), ut C. XI. qu. 3 *Cum apud* (c. 69) et Cod. eod. *Si vindicari* (L. 20). — § 10. Sed et illud non omittendum[125]), quod poenae potius sunt mollicndae, quam exasperandae, ut Dig. eod. L. penult. et Dig. de reg. iur. *Factum* (L. 135. al. 197) § ult.

TITULUS XXXIII.

De poenitentiis et remissionibus.

Audivimus de poenis, quae inferuntur in iudicio manifesto; nunc[1]) de his, quae imponuntur[2]) occulto iudicio, audiamus, sive[3]) de poenitentiis. Videamus igitur, quid sit poenitentia, quae in ea sint[4]) consideranda, quae eius species, quis poenitentiam imponere possit, cui[5]), quis eam valeat remittere vel mitigare.

§ 1. Poenitentia pluribus modis dicitur; dicitur enim[6]) proprie[7]) poenitentia ipsa cordis contritio, de qua[8]) Psalmista[9]): „Cor contritum et humiliatum deus non spernit“[10]); dicitur etiam poenitentia satisfactio poenitentis, unde vulgo[11]) dicitur: iste accepit

[120]) Praeter Li., qui ad § 1 remittit, ceteri Codd. numerum § haud addunt; atvero in dubium vocari nequit, quin § 2 prae oculis habuerit Bernardus. [121]) Quae sequuntur notabilia inverso ordine redduntur in Li., qui primo loco de poena non statim inferenda, secundo de facie agit non coquenda. [122]) Deest in Pa. [123]) Mo. 3 addit *in summa*. [124]) Ha. *deferenda;* in Li. desunt ista de dilationis tempore. [125]) Mo. 2 addit *est;* Mo. 1 habet *admittendum*, Pa. *nota etiam*.

Tit. 33. — [1]) Mo. 3 *sicut*. [2]) Li. repetit *inferuntur*. [3]) Deest in Mo. 3. [4]) Ha. *sunt*. [5]) Omittit Mo. 3. [6]) Sequentia usque ad *poenitentia satisfactio* non leguntur in Li. [7]) Deest in Mo. 3. [8]) Idem *unde*. [9]) Cf. Psalmorum Lib. Ps. 51. v. 19. [10]) Pa. *despi (cit)*. [11]) Pa. *et unde vulgariter*, Mo. 3 *ut*

poenitentiam a sacerdote [12]) i. e. modum satisfactionis; hoc [13]) modo accipitur in titulo isto. In prima acceptione sic diffinitur: poenitentia est praeterita mala [14]) flere [15]) et flenda [16]) iterum non committere, scil. [17]) ex proposito, i. e. habere propositum non committendi [18]); in secunda sic: poenitentia est satisfactio pro commissis secundum arbitrium sacerdotis. — § 2. In poenitentia vero [19]) tria considerantur, scil. cordis contritio, oris confessio, operis [20]) satisfactio; item considerantur [21]) tempus admissi [22]) criminis, locus, causa, voluptas et voluntas [23]), personae qualitas, et perseverantia sive [24]) facilitas emendandi, ut C. XXIII. qu. 8 *Occidit* (c. 14). § 3. Species poenitentiae sunt duae. Nam [25]) alia privata, alia sollemnis, privata pro occulto peccato, sollemnis pro manifestis et gravioribus [26]) solet imponi; item sollemnis triplex invenitur, scil. per intromissionem in monasterium vel aliam [27]) domum districtae religionis [28]), per carenam [29]), per peregrinationem; per intromissionem in monasterium [30]) vel aliam religiosam domum [31]), ut Di. L. *Si ille* (c. 58), per carenam [32]), ut Di. L. *In capite* (c. 64) et C. XXXIII. qu. 2 *Admonere* (c. 8), per peregrinationem, ut de poenit. Di. VI. *Sacerdos* (c. 2). — § 4. Poenitentiam [33]) autem [34]) privatam imponere [35]) potest quilibet sacerdos [36]), sollemnem vero solus episcopus vel maioris ecclesiae archipresbyter, ut ar. Di. L. *In capite* (c. 64). — § 5. Non autem cuilibet poenitenti sacerdos vel episcopus poenitentiam imponet [37]); nam ecce [38]) alieno parochiano [39]) non debeo imponere poenitentiam, ne transgrediar terminos parochiae meae, ut ar. C. IX. qu. 3 [40]) per totum et ar. supra de parochiis *In dominicis* (c. 2; - Gr. c. 2. III. 29), nisi vel in pere-

vulgariter. [12]) Omittit Mo. 3. [13]) Idem *et hoc.* [14]) In Pa. et Ha. deest *mala.* [15]) Pa. et Mo. 3 *deflere.* [16]) Deest in Mo. 3. [17]) Li. *sed;* in Mo. 3 deest. [18]) Mo. 3 sic: *non habere propositum committendi.* [19]) Omittit Pa. [20]) Ha. *corporis.* [21]) Pa. praemittit *circa poenitentiam ista;* Li., Mo. 2 et 3 *consideratur.* [22]) Ha. *aditus si.* [23]) Ha. habet *causa voluntatis;* Mo. 3 omittit *et voluntas.* [24]) Li. et Mo. 2 *vel;* in Mo. 3 neutrum adest. [25]) Deest in Pa. [26]) Mo. 2 *manifesto et graviori.* [27]) Mo. 3 *vel etiam.* [28]) In Mo. 2 desiderantur *vel aliam . . . religionis.* [29]) Sic omnes praeter Mo. 3, ubi *catenam.* [30]) Quae antecedunt inde a *vel aliam,* exciderunt in Pa. itidemque in Li., qui nec habet *aliam.* [31]) Mo. 2 omnia ista, Mo. 3 *aliam* omittit. [32]) Ha. *carinam,* Pa. *cathenam,* Mo. 1 et 3 atque Li. *catenam vel carcerem,* Mo. 2 *vel carcerem;* ceterum in Mo. 1 exposit ipse scriptor, licet ista non deleverit, *t* in *r* corrigendo atque addendo *r* rectam lectionem indicavit. [33]) Quae sequuntur usque ad *solemnem,* desunt in Pa., cuius scriptor hinc suo marte post *episcopus* addidit *imponit.* [34]) Ha. *tamen;* Li. neutrum habet. [35]) Mo. 1 omittit. [36]) Mo. 3 *imponit sacerdos,* omisso *quilibet.* [37]) Li. et Pa. *imponere potest.* [38]) Sic Mo. 2 et 3; ceteri *ecclesiae.* [39]) Ha. *ecclesiae alienae parochiano.* [40]) Sic Ha. cum

grinatione posito [41]), vel alia necessitate imminente, quia necessitas legem non habet, ut de consecr. Di. I. *Sicut* (c. 11); suis ergo parochianis poenitentiam dare potest [42]), ut C. XIII. qu. 1 *Ecclesias* (c. un.). — § 6. Remittere autem poenitentiam vel mitigare i. e. [43]) diminuere [44]) potest ipse [45]) solus, qui ligavit, quia is solus habet potestatem solvendi [46]), qui et ligandi, ut ar. Di. XXI. *Inferior* (c. 4) et Dig. de reg. iur. *Nemo qui* (L. 37) et de poenit. Di. I. *Verbum dei* (c. 51). Consuetudo tamen [47]) ecclesiae admisit, ut ab aliis sacerdotibus poenitentia [48]) relaxetur [49]) vel mitigetur [50]), maxime cum proprius sacerdos id soleat poenitenti indulgere, ut infra eod. c. ult. (Gr. c. 4. V. 38).

TITULUS XXXIV.

De sententia excommunicationis et absolutionis [1]).

Triplicem invenimus in canonibus sententiae acceptionem [2]); dicitur enim [3]) sententia praeceptionis [4]), diffinitionis et excommunicationis. Cum ergo tractavimus de sententia praeceptionis [5]) supra de maior. et obed., de sententia vero diffinitionis supra de sent. et re iudic., restat, ut de sententia excommunicationis agamus [6]). Videamus igitur [7]), quid sit excommunicatio, quae eius species, quis possit [8]) excommunicare [9]), quem et qua de causa, quibus in casibus quis incidat [10]) in canonem datae excommunicationis [11]), qua poena feriantur participantes excommunicatis [12]), et de absolutione excommunicatorum.

Pa. et Mo. 3, et recte; Mo. 1 ad C. IX. *qu. 4,* Li. ad C. XIX. qu. 4 remittunt, Mo. 2 ad C. XXIX. qu. 4. [41]) Mo. 3 *posita.* [42]) Omittit Ha. [43]) Pa. *et,* Mo. 3 *vel.* [44]) Li. *adminuere,* Mo. 3 *dimittere;* in Mo. 2 desunt ista. [45]) Ha. tam hic quam infra *ille.* [46]) Sic Li. atque Mo. 2; ceteri *absolvendi.* [47]) In Mo. 2 loco *tamen* occurrit *dom.* [48]) Deest in eodem. [49]) Li. *vel relaxetur vel etc.* [50]) Mo. 3 *minuatur.*

Tit. 34. — [1]) Mo. 2 *absolutione.* [2]) Sic Mo. 2; Li. atque Mo. 1 et 3 *exceptionem,* Ha. *expositionem;* Pa. sic: *Tripliciter in canonibus sententiae nomen invenitur.* [3]) Pa. omittit. [4]) In Ha. desunt quae sequuntur usque ad *supra de etc.* [5]) Sic Mo. 1. 2 et 3, necnon Li., sed per additionem ad marginem factam; Ha. et Pa. sic habent: *De sent. praec. . . . diximus (dictum est), de sent. vero etc.* [6]) Mo. 3 *dicamus.* [7]) Mo. 1 et Li. *ergo.* [8]) Desunt in Mo. 2. [9]) Sic Mo. 3; aliis in codicibus *excommunicare* demum post *quibus in casibus* occurrit, sed oppido falso, cum ista non ad praecedentia pertineant, sed ad ea, quae Bernardus de excommunicatione latae sententiae profert. [10]) Ha., Pa. et Mo. 1 *incidit.* [11]) Mo. 3 *datae sententiae vel exc.* [12]) Omittit ista Ha.

§ 1. Excommunicatio est per superiorem potestatem [13]) a communione [14]) separatio. — § 2. Est autem triplex excommunicatio, una [15]), quae separat a perceptione [16]) corporis Christi, alia, quae separat a communione fratrum, tertia, quae dividit a consortio christianorum, quae dicitur anathema ab ana, quod [17]) est aequaliter, et themesis, quod est separatio, inde anathema i. e. aequaliter ab omnibus separatio, vel anathematizatio i. e. a Deo separatio [18]), ut C. XXIV. qu. 3 *Certum est* (c. 9); de prima et tertia legitur C. III. qu. 4 *Engeltrudam* (c. 12), de secunda excommunicatione [19]) habes Di. XC. *Alienus* (c. 4) et C. VI. qu. 2 *Placuit* (c. 3). — § 3. Excommunicare potest episcopus, ut C. XI. qu. 3 *Si quis a proprio* (c. 2), et quilibet sacerdos secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, ut C. XI. qu. 3 *Excommunicatos* (c. 17), *Omnis christianus* (c. 32), *Qui iubente* (c. 39), *Quomodo* (c. 44) et C. II. qu. 1 *Nemo* (c. 11) et C. XVI. qu. 1 *Alia* (c. 6); quidam tamen [20]) dicunt, eos solos anathematizare posse, qui et iudicare, scil. praelatos [21]) matricum [22]) ecclesiarum et monasteriorum, ut ar. supra de offic. prael. et iud. ord. *Cum ab eccl.* (c. 3; - Gr. c. 3. I. 31) [23]). — § 4. Suum autem parochianum potest quis excommunicare, alienos [24]) autem [25]) nequaquam, ut ar. supra de offic. prael. *Cum ab eccl.* (c. 3) et C. IX. qu. 2 per totum, nisi pro depraedatione [26]), puta si [27]) tuus parochianus in meo episcopatu praedam fecerit, eum potero [28]) canonice excommunicare, ut C. VI. qu. 3 *Placuit* (c. 4). — § 5. Causa vero excommunicationis in prima vel [29]) secunda specie potest [30]) esse levior; sub anathemate [31]) autem [32]) quis poni non debet, nisi pro gravi culpa, et de qua corrigi post admonitionem contemnit [33]), ut C. XI. qu. 3 *Nemo episcoporum* (c. 41) et C. XVII. qu. 4 *De presbyterorum* (c. 23) et C. XXIV. qu. 3 *Ecce* (c. 18), verbi gratia

[13]) Ha. *iudicem.* [14]) Pa. *ab ecclesiae communione.* [15]) Li. *prima.* [16]) Pa. *communione.* [17]) Mo. 3 *id.* [18]) In praecedentibus Codd. Li. atque Mo. 2 secutus sum fidem, quos inter nulla datur varietas, nisi quod Mo. 2 habet *anathema* pro *anathematizatio.* Ha. sic habet: *quae dicitur anathema aequaliter separatio vel anathema a deo separatio;* Pa. ita: *quae dicitur anathema ab ana etc. . . vel anathema i. e. adeo separatio;* Mo. 1: *q. d. anath. ab ana etc. . inde anathema i. e. a deo separatio:* Mo. 3: . . . *i. e. aequaliter ab omn. separatio, ab ana, quod est aequaliter et themesis, quae est sep., inde anath. quod est adeo separatio.* [19]) Deest in Pa. et Li. [20]) Mo. 3 *autem,* qui et mox omittit *solos.* [21]) Idem *praelati.* [22]) Ha. et Li. *matrum,* Pa. *in atrium.* [23]) Sequentia desunt in Mo. 2 et Li., usque quo redit istius tit. et cap. citatio. [24]) Mo. 3 *alienum.* [25]) Omittit Pa. [26]) Li. et Mo. 2 *condempnatione,* Ha. *dampnatione,* Mo. 3 *nisi praecedente ratione.* [27]) Deest *si* in Mo. 1. [28]) Mo. 3 *possum.* [29]) Ha. *vel in.* [30]) Mo. 3 *poterit.* [31]) Idem *sed anathematizari quis non debet.* [32]) Omittunt Li., Mo. 2 et 3. [33]) Li. perperam *et contemnit.* [34]) Idem atque Mo. 2 *et.* [35]) Omittit

pro homicidio, adulterio, furto vel [34]) huiusmodi. — § 6. Restat videre, in quibus casibus [35]) quis incidat [36]) in canonem datae vel factae [37]) excommunicationis. Primo siquidem [38]) constat, quod, qui [39]) violentas manus iniecerit in clericum, monachum, monacham [40]), conversum vel conversam [41]), incidit in canonem datae sententiae, i. e. ipso iure est excommunicatus, nec [42]) potest absolvi absque [43]) summi pontificis auctoritate, ut C. XVII. qu. 4 *Si quis suadente* (c. 29) et infra eod. *Non dubium* (c. 6; - Gr. c. 5. V. 39), nisi monachus vel regularis canonicus sit, qui percussit, quibus in casibus a suis praelatis poterunt [44]) absolutionis beneficium promereri, ut infra eod. *Monachi* (c. 3; - Gr. c. 2 ibid.); videtur etiam [45]), quod et [46]) canonici seculares communiter viventes ex decretali [47]) Gregorii VIII. eodem possunt privilegio se tueri [48]), ut supra de vita et honest. cleric. *Quoniam* (c. 10; - Gr. c. 9. III. 1), nec obstat, quod ibidem dicitur „nullum praeiudicium etc." [49]), quia cum nondum [50]) haec indulgentia sit mutata, debet adhuc vires obtinere [51]), ut ar. Cod. de testamentis *Sancimus* (L. 27) et in Authent. de administrantibus officia in fin. Coll. III. (Nov. 20. c. 9). Praeterea qui ecclesiae consecratae fregit [52]) immunitatem, ipso iure excommunicatus habetur [53]), ut ar. C. XVII. qu. 4 *Quisquis* (c. 21). Item [54]) incendiarii ipso iure sunt excommunicati, ut ar. C. XXIII. qu. ult. *Pessima* (c. 32); nec te moveat, quod ibi dicitur [55]) „excommunicetur", sic enim exponitur, i. e. [56]) „excommunicatus denuntietur". Hoc [57]) autem dico ecclesiae consuetudinem aemulando; ecclesia enim [58]) tenet, incendiarios in canonem datae sententiae incidisse, in interpretatione [59]) autem [60]) legis vel canonis consuetudo est [61]) non [62]) immerito aemulanda, ut Dig. de legib. et const. *Si de interpretatione* (L. 37); nam volunt [63]) quidam etiam sagittarios et balistarios, qui hanc artem in christianos exercent, canone datae sen-

Mo. 3. [36]) Sic Li. atque Mo. 3; ceteri *incidit.* [37]) Mo. 2 non habet *vel factae.* [38]) Mo. 3 *quidem.* [39]) Deest in Pa. [40]) Omittit Ha. cum Li. [41]) Ha., supra omisso *iniecerit,* addit *iniicit;* Mo. 2 non habet *vel;* in Mo. 3 contra occurrit *vel conversum vel conversam.* [42]) Li. *Nemo.* [43]) Mo. 2 *nisi,* Mo. 3 *sine.* [44]) Mo. 3 *possunt.* [45]) Ha. et Mo. 1 *enim.* [46]) Li. habet *de;* Mo. 3 omittit. [47]) Ha. *decreto.* [48]) Sic Li. atque Mo. 2; Pa. *uti;* Ha. cum Mo. 1 et 3 *eidem p. priv. sociari.* [49]) Ha. librarius, ad seqq. trahens illud *quoniam,* omisit *nec obstat quod,* atque pro *dicitur* posuit *habetur.* [50]) Ha. *nedum,* Li. et Mo. 2 *necdum* omisso *haec.* [51]) Mo. 2 *vim retinere.* [52]) Ha. *fregerit.* [53]) Mo. 2 *excomm. est.* [54]) Deest in Ha. [55]) Ha. *ibidem habetur.* [56]) Pa. *expone scil.;* Mo. 1 non habet *sic enim exp.* [57]) Mo. 2 *haec.* [58]) Deest *enim* in Mo. 1 et Li. [59]) Pa. *in interpretationem,* Mo. 2 *in interpretatio* omisso *autem.* [60]) Mo. 3 *enim.* [61]) Pro *consuetudo est* Li. habet *consuetudini.* [62]) Pa. habet *autem* pro *non.* [63]) Ha. *nolunt,* Mo. 2 *voluerunt.*

tentiae illigari, ut ar. supra de sagittariis c. 1 (Gr. c. 1. V. 15), ut[64]) diximus, cum de illo titulo tractabamus[65]); ceterum id[66]) ecclesiae consuetudine non approbatur[67]). — § 7. Nunc[68]) videndum est, qua poena feriantur participantes excommunicatis[69]), et quidem[70]) nostri doctores satis abunde[71]) super[72]) his in C. XI. qu. 3 tractaverunt ideoque nos, prout poterimus, breviter decurremus[73]). Sciendum est igitur[74]), quod eis solis participare[75]) prohibemur, qui sunt anathematizati, sive nominatim[76]) sive in genere; nimirum talis excommunicatio duas in se continet[77]) prohibitiones, scil. ne[78]) ipse cum aliis participet et ne alii participent cum ipso[79]); qui autem[80]) participat anathematizato[81]), non est ex hoc ipso[82]) anathematizatus, sed est ipso iure[83]) a sacramento ecclesiae divisus[84]), ita quod, si in hoc[85]) decederet[86]), ecclesia pro ipso[87]) non oraret, ut ar. C. XXIV. qu. 2 *Sane* (c. 3); nec te moveat, quod legitur in C. XI. qu. 3 *Qui merito* (c. 29), nam ibi dicitur „pari" i. e. „communi", ut C. XI. qu. 3 *Cum excommunicato* (c. 18), quale est et[88]) illud: „in dispari claritate par erit gaudium" i. e. commune. Illud quoque[89]) notandum[90]), quod quandoque aliquis[91]) anathematizatur cum fautoribus[92]) et participatoribus[93]) suis[94]), aliquando[95]) ipse solus notatur; ubi notatur cum fautoribus et participatoribus suis, non solum ipse vitandus[96]) est, sed etiam[97]) participantes[98]), ut Di. XIX. *Anastasius* (c. 9) et C. XI. qu. 3 *Excellentissimus* (c. 102); ubi autem solus anathematizatur, qui ei participat est excommunicatus, i. e. ipso iure a perceptione[99]) eucharistiae interdictus, non tamen est anathematizatus[100]) ideoque non est evitandus[101]), quia excommunicatio non transit in tertiam personam; si autem participare[102]) non cesset, poterit et ipse[103]) anathematizari, ut C. XI.

[64]) Pa. addit *et c. 5*, quod vero non extat. [65]) Mo. 3 *tractavimus;* desunt ista in Pa. [66]) Pa. *de ecclesiae*, omisso *id*. [67]) In Mo. 2 desiderantur *ceterum id etc.* [68]) Li. addit *vero*. [69]) Pa. *cum excommunicatis*. [70]) Li. *quidam*. [71]) Omittit Mo. 3. [72]) Mo. 2 *de*. [73]) Sic Li. necnon Mo. 1 et 2; Ha. *decremus*, Pa. *detinemus*, Mo. 3 *discutiamus*. [74]) Deest in Pa. [75]) Mo. 3 addit *vel communicare*. [76]) Mo. 2 *in specie*. [77]) Ha. *in se tenet*, Pa. *continet*, omissis *in se*. [78]) Li. *cum . . non participet*. [79]) Pa. *alio*, Mo. 2 *eo*. [80]) Omittit Pa. [81]) Ha. *excommunicato*. [82]) Pa. *eo ipso*. [83]) Pro *ipso iure* Mo. 3 habet *ipse*. [84]) Ha. *divisus*. [85]) Mo. 3 addit *ipso*. [86]) Pa. *decederit*. [87]) Ha. et Mo. 2 *eo*. [88]) Deest in Li. et Mo. 2. [89]) Omittit Pa. [90]) Mo. 3 *nota*. [91]) Deest in Mo. 3; Ha., Pa. et Mo. 1 *quando aliquis*. [92]) Pa. *factoribus* et mox *fauctoribus*. [93]) Ha. *participantibus*, Li. *participibus*, Pa. *communicatoribus*. [94]) Quae sequuntur omittit Mo. 3 usque ad *non solum*. [95]) Mo. 2 *quandoque*, Pa. et Mo. 1 *alias*. [96]) Mo. 3 *notandus*. [97]) Deest in Mo. 1. [98]) Sic hoc loco Codd. omnes, praeter Pa., qui habet *participatores*. [99]) Pa. *participatione;* Mo. 3 addit *vel a communione*. [100]) Mo. 3 *excommunicatus*. [101]) Mo. 2 *excommunicandus*. [102]) Sic Li., sed solus; ceteri omnes habent *participans*. [103]) Mo. 3 non habet *et ipse*. [104]) Ha. *oportet*.

qu. 3 *Si quis laicus* (c. 26); si vero ad poenitentiam veniat, non oportebit[105]) cum[105]) iurare[106]) sicut[107]) anathematizatum[108]), nec oportebit cum[109]) in ecclesiam trahi[110]), sed imposita poenitentia secundum canones poenitentiales vel arbitrium[111]) sacerdotis ab[112]) ipso peccato absolvetur. — § 8. Iam nunc de excommunicatorum absolutione dicemus[113]). Sciendum est igitur, quod alii[114]) excommunicati in sui[115]) absolutione non requirunt aliquam[116]) sollemnitatem[117]), anathematizati vero hanc in sui absolutione[118]) desiderant[119]) sollemnitatem, ut qui absolvendus est ad suum veniat excommunicatorem[120]) et iuret[121]) eius stare mandatis, et ipse excommunicator[122]) circumstantibus sacerdotibus eum recipiat et[123]) verberando in ecclesiam introducat[124]), ut C. XI. qu. 3 *Cum aliquis* (c. 108). Quod autem sine iuramento non sit absolvendus, notatur ex eodem cap. *Cum aliquis* et C. I. qu. ult. *Quoties* (c. 9) et C. XXIII. qu. 8 *Pessimam* (c. 32) et supra de offic. iudic. ordin. c. 2 (Gr. n. p.) et infra eod. *Ex tenore* (c. 15; - Gr. c. 10. V. 39); praecipiendum[125]) est etiam ei, ut de cetero similia non attentet, ut ar. C. XI. qu. 3 *Cum aliquis* et C. XXIII. qu. ult. *Pessimam*. Praeterea incidit in canonem datae[126]) sententiae, qui cadit[127]) in haeresim iam[128]) damnatam, ut C. XXIV. qu. 1. c. 1. 2 et 3.

§ 9. Illud in summa notandum, quod, licet excommunicatus non habeat personam[129]) in iudicio standi, in quibusdam tamen casibus in iudicio[130]) audietur; primo, si conveniatur, tunc enim[131]) in iudicio respondebit, ne de sua nequitia[132]) videatur commodum reportare, ut supra de iudic. c. ult. (Gr. c. 7. II. 1); secundo, si dicat, se iniuste excommunicatum[133]), audietur[134]), ut C. XI. qu. 3 *Si episcopus forte* (c. 4), *Si quis presbyter* (c. 5), *Servetur* (c. 73) et

[105]) Pa. *ipsum*. In Li. desunt quae post *eum* proferuntur, usque quo redeunt verba *oportebit eum*. [106]) Ha. *vitare*. [107]) Mo. 3 *ut*. [108]) Mo. 2 *excommunicatum*, Mo. 1 et Pa. *anathematizatus*, quod illius scriptor corrigendum curavit. [109]) Mo. 2 omittit *oportebit eum;* Mo. 3 cum Ha. et Pa. *oportet*. [110]) Ha. *de ecclesia abstrahi*. [111]) Ha. *ad*, Mo. 2 et 3 *secundum arb*. [112]) Deest in Li. [113]) Mo. 2 et 3 *dicamus*. [114]) Deest in Mo. 3. [115]) Ha. et Mo. 3 *sua*, sed mox ipsi habent *sui*. [116]) Mo. 3 *aliam*. [117]) Quae sequuntur usque ad *ut qui* exciderunt in Pa. et Li., itidemque in Mo. 3, qui sic pergit: *nisi ut qui etc.* [118]) Mo. 2 non habet *in sui absolutione*. [119]) Mo. 2 *requirunt*. [120]) Iidem omisit Pa. librarius *ad suum veniat excommunicatorem*. [121]) Mo. 3 *iuretque*. [122]) Ha. *sacerdos*. [123]) Omittit Ha. [124]) Mo. 3 *ducat*. [125]) Ha., Pa. et Mo. 1 praemittunt *et*. [126]) Mo. 3 *latae*. [127]) Idem *incidit*. [128]) Deest in Pa. [129]) Omnia ista, scil. *licet . . . personam in iudicio*, quae in Mo. 2 ultimam columnae lineam efformaverant, per rasuram deleta sunt; nam ab ipso librario et qua de causa vel quo fine, divinare nec licet nec libet. [130]) Desunt in Pa. [131]) Ha. omittit *tunc enim*, Mo. 2 *enim*. [132]) Ha. et Li. *malitia*. [133]) Idem *excommunicatus*, Li. addit *esse*. [134]) Mo. 2 et 3 addunt *in iudicio*.

C. XXIV. qu. 3 *De illicita* (c. 6) et infra eod. c. 1 (Gr. n. p.); tertio, si suam suorumque iniuriam prosequitur [135]), ut ar. C. IV. qu. 6 *Omnibus* (c. 2); quarto, si contra alium excommunicatum litigat, ut ar. C. II. qu. 7 *Si haereticus* (c. 26). — § 10. Illud etiam non praetermittendum [136]), quod praelatus excommunicatus alium excommunicare non potest, ut C. XXXIV. qu. 1 *Audivimus* (c. 4). § 11. Praeterea notandum, quod clericus excommunicatus interim [137]) illo privilegio caret, quia qui [138]) eum percusserit non est excommunicatus, ut ar. C. XVII. qu. 4 *Si quis deinceps* (c. 22) et C. XXIII. qu. 5 *Excommunicatorum* (c. 47). Item et illud est nota dignum [139]), quod excommunicatus interim [140]) iudex esse non potest, ut ar. C. XXIV. qu. 1 *Miramur* (c. 37); nec illud omitto [141]), quod si dominus praecepit [142]) servo vel alii [143]) servienti suo, ut in clericum [144]) manus mittat [145]) violentas, et ipse fecit, uterque incidit in excommunicationem [146]), dominus, quia [147]) mandavit, et [148]) servus vel alius, quia parere non debuit, ut ar. C. XXIII. qu. ult. *Si quis membrorum* (c. 31) et infra eod. *Mulieres* (c. 7; - Gr. c. 6 ibid.) et Dig. ad L. Aquil. *Liber homo* (L. 13) et Dig. de iniur. *Non solum* § *Si mandato* (L. 11. § 3) et Cod. de accusat. *Non ideo* (L. 5); nam [149]) et servus domino in atrocioribus [150]) parere non debet, ut Dig. rerum amotar. *Si mulier* (L. 21) § 1 et Dig. de reg. iur. [151]) *Ad ea* (L. 157) cc ult. [152]).

TITULUS XXXV.

De presbytero nondum baptizato [1]).

Quia saepe contingit, quod qui nondum erat baptizatus per [2]) ignorantiam ordinatur, quid in talibus sit faciendum, breviter [3]) vi-

[135]) Li. cum Ha. *prosequatur.* [136]) Li. addit *est;* Pa. *Notandum etiam,* Mo. 2 *Illud etiam notandum.* [137]) Deest in Pa. [138]) Pa. *quod si quis.* [139]) Ita Mo. 1 et 3; Ha. habet *item illud est notandum,* Pa. *illud etiam nota,* Li. *item illud no.,* Mo. 2 *item notandum.* [140]) Deest in Mo. 3. [141]) Mo. 3 *omittendum,* Pa. *notandum etiam.* [142]) Mo. 2 *praecipit.* [143]) Li. *alio.* [144]) Mo. 3 *clericos.* [145]) Li. *iniiciat,* Mo. 2 et 3 *iniceret.* [146]) Pa. sic: *quod si servus vel serviens iniecerit viol. man. in cler. de praecepto domini, est excommunicatus dominus etc.* similiterque Li., nisi quod habet *incidit in canonem datae excommunicationis.* [147]) Ha. *qui.* [148]) Mo. 2 omittit. [149]) Li. omittit. [150]) Mo. 3 *atrocibus.* [151]) Li. ad tit. *de re iudicata* falso remittit. [152]) Sic Mo. 1; Ha. *§ ult.,* Pa. *§ ult.,* Li. et Mo. 2 *c. ult.,* in Mo. 3 deest. Quae omnia, quid sibi velint, nescio, cum solum princ. L. cit. aliquatenus faciat ad rem; fortasse *int.* loco *ult. (circa initium)* scribere debuissent librarii.

Tit. 35. — [1]) Rubrica deest in Li.; Mo. 3 pro *nondum* habet *non.*

deamus. Sciendum ergo [4]), quod, cum baptismus sit fundamentum aliorum sacramentorum, ubi baptismus defuit [5]), alia sacramenta inania reputantur, ideoque [6]) puto statutum fuisse [7]), ut [8]) in talibus absque iniuria sacramenti, cum baptizati non [9]) fuerint, ordines iterentur, ut infra eod. c. 1 (Gr. c. 1. III. 43); sicut enim pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui dare non potest, ut supra de iure patron. *Ex diligenti* (c. 6; - Gr. n. p.), ita pro non accepto habetur, quod ab illo accipitur, qui accipere non potest, ut ar. C. XXVII. qu. 2 *Agathosa* (c. 21); si tamen talis [10]) in fide trinitatis [11]) decessit [12]), eum salvandum credimus et pro eo putamus [13]) orandum, ut infra eod. c. 2 (Gr. c. 2 ibid.). Baptisma ab eo [14]) datum non est iterandum, cum sit sacramentum necessitatis, in forma ecclesiae datum a quocunque, ut de consecr. Di. IV. *Quamvis unum* (c. 28), *Ili de quibus* (c. 38), *Sive haereticus* [15]) (c. 51); nec obstat cap. sequens ibidem, scil. [16]) *Quos a paganis etc.* (c. 52), nam illi non in forma ecclesiae baptizasse creduntur. Reliqua vero sacramenta a tali sacerdote ministrata non immerito credimus [17]) iteranda, ut ar. Di. XXXII. § [18]) *Ad hoc* (Grat. dict. § 1 ad c. 6) in fine.

TITULUS XXXVI.

De verborum significatione [1]).

Egimus [2]) de titulis simpliciter; nunc agendum est de titulis titulorum, qui re vera digniores sunt simpliciter titulis [3]), sicut sancta sanctorum simpliciter sanctis et cantica canticorum simpliciter canticis. Sunt tituli titulorum, qui omnes fere titulos perambulant, ut de verborum significatione et de regulis iuris. Quia [4]) igitur saepe in iudiciis [5]), contractibus et superioribus titulis [6]) am-

[2]) Li. *prius* praemittit. [3]) Deest in Pa., atque Mo. 2 et 3. [4]) Pa. et Mo. 2 *est igitur.* [5]) Iidem atque Mo. 3 *defuerit.* [6]) Pa. omittit *que.* [7]) Li. *esse.* [8]) Deest in Ha. et Mo. 2. [9]) Sic Pa., dum in ceteris perperam deest *non.* [10]) Deest *talis* in Mo. 2. [11]) Mo. 3 addit *sanctae.* [12]) Li. et Mo. 3 *decesserit.* [13]) Pa. *reputamus.* [14]) In Mo. 2 supra linea occurrit *a tali sacerdote.* [15]) Deest locus iste in Mo. 2 et quae sequuntur *nec obstat sequens.* [16]) Sequor Mo. 1 et 3; in Pa. *illud sequens cap. Quos;* Ha. *cap. sequens Quos scil. a pag.;* Li. *seq. cap. Secundus quos a paganis;* Mo. 2 *sequens ibid. c. 2.* [17]) Pa. *credo.* [18]) Istud § signum, quod in nullo codice occurrit, addere non dubitavi, cum non extet cap. *Ad hoc* vel *Ad haec.*

Tit. 36. — [1]) Mo. 3 *significationibus,* tam in rubrica, quam mox infra. [2]) Ha. *In fine agendum est de verborum significatione. Egimus etc.* [3]) Quae sequuntur desunt in Ha. [4]) Pa. *si.* [5]) Mo. 2 *iudicibus.* [6]) Ha. *verbis.*

bigua verba ponuntur, de [7]) verborum [8]) significatione tractemus; hic [9]) autem titulus tam in Cod. quam Dig. [10]) sic intitulatur: de verborum et rerum significatione, in quo nobis [11]) datur intelligi, quod non solum verba, sed etiam res significare dicuntur, ut ecce circulus significat vinum venale, urina significat vel indicat [12]) corporis qualitates [13]). Videamus igitur, quid sit [14]) significare, qui [15]) modi significandi, ad cuius intentionem verba sint referenda, et qualiter ambigua verba sint interpretanda.

§ 1. Significare est de aliqua re signum facere. — § 2. Modi significandi sunt sex, scil. duo vocum et quatuor rerum. Vox enim [16]) significat duobus modis, naturaliter et ad placitum; naturaliter, ut latratus canum et gemitus infirmorum, nam latratus iram [17]), gemitus dolorem significat [18]); ad placitum, ut hoc: nomen Bernardus significat Bernardi personam [19]). Res vero [20]) significat quatuor modis, scil. [21]) per institutionem, per similitudinem, per usum, per naturam; per institutionem, ut hoc: littera a significat hoc elementum a, similiter sonus tubae significat praeparationem ad bellum; per similitudinem, ut archa Noë significat ecclesiam, David Christum, Iob poenitentem; per usum, ut circulus significat vinum venale, ramus in capite equi significat ipsum venalem, foenum in cornu bovis ipsum [22]) cornupetam [23]) indicat [24]), nutus intrinsecam voluntatem [25]), ut Dig. de legat. III. *Nutu* (L. 21); per naturam, ut urina intensa [26]) distemperantiam caloris, subitus [27]) rubor faciei verecundiam [28]) significat [29]). De praedictis ergo sex modis significandi primus est philosophorum, secundus [30]) grammaticorum, tertius fere omnium hominum [31]), quartus theologorum, quintus vulgarium, sextus physicorum. — § 3. Verba quoque ad intentionem proferentis [32]) sunt referenda [33]), ut ar. C. XXII. qu. 2 *Homines* (c. 3) et C. XV. qu. 6 *Si sacerdotibus* (c. 1) in fin. et ar.

---

[7]) Li. *et de.* [8]) Pa. *illorum.* [9]) Mo. 1 omittit, quae hinc sequuntur usque ad *in quo.* [10]) Li. *in Dig.* [11]) Deest in Pa. [12]) Mo. 2 non habet *vel indicat.* [13]) Mo. 3 *qualitatem.* [14]) Deest in Codd. omnibus; sed addere placuit, sive potius necesse erat. [15]) Pa. *quot.* [16]) Li. et Mo. 2 *autem.* [17]) Deest in Li. [18]) Ista inde a *et gemitus* exciderunt in Pa.; in Mo. 3 pro *et* legitur *iram*, et exciderunt *nam latratus iram gemitus.* [19]) Pa. *ut hoc nomen Bernardus* omissis ceteris; Mo. 2 *ut hoc: nomen proprium significat illam personam.* [20]) Deest in Mo. 2. [21]) In Mo. 3 *i. e.*, in Li. neutrum legitur. [22]) Li. *sum;* in Mo. 3 exciderunt *venalem . . . ipsum.* [23]) Mo. 3 *cornupedem.* [24]) Sic Ha., atque Li.; Mo. 1 *indicabat*, Pa. *indicabit;* in Mo. 2 et 3 deest. [25]) Excidit in Li. [26]) Pa. *intensam.* [27]) Mo. 3 *subditus.* [28]) Mo. 2 *verecundia*, Mo. 3 *iram vel pudorem.* [29]) Li. et Mo. 1. 2 *designat.* [30]) Pa. addit *est.* [31]) Deest *hominum* in Ha. [32]) Deest in Mo. 2. [33]) Pa. *ferenda.* [34]) Li. perperam

Dig. de contrah. emt. *Sed Celsus* (L. 6) § 1 et Dig. de reg. iur. [34]) *In ambiguis* (L. 96), nisi ipse malitiose versetur, quo in casu [35]) distinguendum puto, utrum fraus similiter [36]) versetur ex parte suscipientis, an [37]) non. Immo ut [38]) plenius in talibus distinguamus, refert largiter [39]), loquitur [40]) quis sibi, an alii [41]), et ubi alii [42]), an [43]) fraus versatur ex parte proferentis tantum, aut ex parte recipientis tantum [44]), aut ex parte utriusque, aut ex parte neutrius [45]). Ubi quis loquitur sibi, i. e. non contrahit nec promittit, verba ad eius intentionem sunt referenda, ut ar. C. XXII. qu. 2 *Homines* et C. XV. qu. 6 *Si sacerdotibus* in fin.; ubi vero cum alio contrahit vel alicui promittit, si fraus vertitur [46]) tantum ex parte proferentis, verba referuntur [47]) ad [48]) intentionem recipientis [49]), ut ar. C. XXII. qu. 5 *Quacunque* (c. 9) et ar. Dig. de verbor. obligat. [50]) *Si poenam* (L. 68), *Si mihi et Titio* (L. 110); si vero ex parte recipientis tantum fraus versatur, tunc [51]) ad intentionem proferentis [52]) verba sunt referenda [53]), ut ar. C. XXII. qu. 2 *Homines* et ar. C. XV. qu. 6 *Si sacerdotibus* in fin., et ar. Dig. de verb. obl. *Stipulatio ista* § *In stipulationibus* (L. 38. § 18) et L. *Si mihi et Titio* (L. 110) [54]); si vero fraus vertitur [55]) ex utriusque parte vel ex neutra, ad communem verbi intelligentiam recurre [56]), ut supra de sponsal. *Ex litteris* (c. 6; - Gr. c. 7. IV. 1) et C. XXII. qu. 2 *Is autem* (c. 4) et qu. 5 *Humanae* (c. 11) et Dig. de usufr. legato *Si alii* (L. 19) et Dig. de suppellect. legat. *Labeo* (L. 7), nisi [57]) manifeste appareat, proferentem sine fraude loquentem aliter [58]) voluisse, ut ar. Dig. de legat. III. *Non aliter* (L. 69). — § 4. Ex his satis apparet, qualiter ambigua [59]) verba sint interpretanda [60]). Eadem enim est in his [61]) distinctione utendum, hoc addito, quod, cum dubitatur de intentione proferentis, aut praesumi potest eius intentio ex causis

---

de re iudicata. [35]) Deest *in* in Pa., additurque *sic* in Li., Mo. 1 et 2. [36]) Omittitur *fraus* in Mo. 3, *similiter* in Mo. 2. [37]) Ha. *aut.* [38]) Sic Ha. atque Mo. 3; Mo. 1 et 2 atque Pa. *et*, itidemque Li., qui et mox habet *distinguemus.* [39]) Mo. 3 *refert, qualiter quis loquatur sibi aut alii.* [40]) Ha. *loquatur* et mox *versetur.* [41]) Quae sequuntur, exciderunt in Li. usque ad *aut ex parte accipientis.* [42]) Desunt *et ubi alii* in Mo. 3. [43]) Sic Mo. 2, ceteri *aut.* [44]) Mo. 3 omittit istam distinctionem. [45]) Pa. *vel neutrius*, omisso *ex parte.* [46]) Pa. et Mo. 2 *versatur*, Mo. 3 *versetur.* [47]) Mo. 3 *praeferentur.* [48]) Pa. *tantum ad.* [49]) Pa. *suscipientis.* [50]) Mo. 1 *de verb. signif.*, sed perperam. [51]) Deest in Mo. 3. [52]) Mo. 2 *recipientis.* [53]) Sic Li. atque Mo. 2 et 3; Mo. 1 *recipienda*, Li. *repienda.* [54]) Alter horum locorum ex tit. de V. O. desumtorum deest in Li., in quo sic legitur: *in fin. Dig. et L. Si mihi et Titio* § *1.* [55]) Mo. 2 *versatur;* Mo. 3 neutrum exhibet. [56]) Mo. 3 *recurretur.* [57]) Ha. *Labeoni Si;* Li. et Mo. 2 *ubi.* [58]) Mo. 2 *alter.* [59]) Li. omittit. [60]) Idem *recipienda*, Mo. 2 *proferenda vel interpretanda.* [61]) Ha. *hac.*

adiacentibus, aut omnino sciri [62]) non potest [63]); primo casu ad eius [64]) intentionem verba referuntur, salva priori distinctione [65]), ut infra eod. *Intelligentia* (c. 5; - Gr. c. 6. V. 40), secundo casu verba secundum quod sonant [66]) intelliguntur [67]), ut supra de sponsal. *Ex litteris* (c. 9. v. s.) et Dig. de legat. III. *Non aliter.* — § 5. Possumus et aliter distinguere: ambiguitas verborum alia in iudiciis, alia in stipulationibus, alia in testamentis vel ultimis voluntatibus, alia in contractibus [68]). In iudiciis ambiguitas sententiae diffinitivae non ab ipso, qui dedit [69]), sed a superiori iudice est interpretanda, ar. Dig. de re iudic. *Iudex* (L. 55) et Cod. de sent. ex peric. [70]) recitand. *Hac* (L. 2) et Dig. de poenis *Divi fratres* (L. 27), ambiguitas vero [71]) sententiae interlocutoriae per eundem iudicem potest interpretari, ut Dig. de re iudic. *Quod iussit* (L. 14); item in iudiciis [72]) ambiguitas petitionis pro actore [73]) est interpretanda, ut Dig. de iudiciis *Si quis intentione* (L. 66), ambiguitas responsionis [74]) contra reum, ut ar. Di. XXVII. *Quod interrogasti* (c. 6) et Dig. de interrogat. [75]) *De aetate* (L. 11) § *Qui tacuit* (§ 4) et § *Nihil* (§ 7). In stipulationibus [76]) pro reo, ut Dig. [77]) de verb. oblig. *Stipulatio ista* § *In stipulationibus* (L. 38. § 18) et *Si mihi et Titio* § 1 (L. 110), in testamentis vel ultimis voluntatibus secundum intentionem proferentis [78]), ut ar. Dig. de legatis III. *Non aliter* (L. 69). In contractibus attende, quis contrahentium sit ambigua verba locutus [79]); nam contra eum [80]) est interpretandum, in cuius fuit [81]) potestate verbum apertius dicere, ut ar. Dig. de pactis *Veteribus* (L. 39) et Dig. de servit. urban. praed. *Si arborem* § *Haec* (L. 17. § 3) et Dig. de contrah. emt. *Labeo scribit* (L. 21).

§ 5. Illud in summa notandum [82]), quod illud intelligitur ex legibus, quod est tam ex legum [83]) sententia quam ex verbis, ut Dig. cod. *Nominis* (L. 6) § 1; nam et in legem [84]) committit [85]),

[62]) Mo. 1 *scire*, Li. *scribi*. [63]) In Mo. 2 sic, sed perperam: *aut si eius intentio ex c. adiac. omnino sciri non potest.* [64]) Deest in Pa. [65]) Ha. et Mo. 1 *destinatione.* [66]) Mo. 2 *significant vel sonant.* [67]) Mo. 3 *intelligantur.* [68]) Li. perperam, et inverso ordine sic: *alia in iud., alia in test., in stipul. vel ult. volunt., vel in contr.* [69]) Sic Mo. 3, quem, licet solus ista addat, cum ea sensus exposcat, sequi placuit. [70]) Pa. *de sent. ex parte.* [71]) Omittunt Li. et Mo. 2 atque 3. [72]) Quae sequuntur, ex unius lineae rasura itidem nunc in Mo. 2 desunt usque ad *tanda ut Dig. etc.* [73]) Li. *auctore*, Mo. 3 *actione.* [74]) Omittunt Mo. 2 et 3. [75]) Sic Li. et Mo. 3; Ha. *de inī act*, Mo. 1 *de intro ac.*, Pa. *de interrog. act.* [76]) Li. *in stipulatione.* [77]) Quae antecedunt inde a *Dig. de interrog.* exciderunt in Mo. 2. [78]) Mo. 3 adiicit *verba sunt intelligenda.* [79]) Ita Li., Mo. 1—3 et Ha.; Pa. *obcsmn (obscura?) verba locutus vel ambigua.* [80]) Sic Li.; ceteri *ipsum.* [81]) Mo. 3 *erat.* [82]) Idem *sciendum est.* [83]) Mo. 2 sic: *quod*

qui erga verba legis contra legis nititur voluntatem [86]), ut Cod. de legib. et constit. *Non dubium* (L. 5). — § 6. Item et illud notandum [87]), quod verba cum effectu sunt accipienda [88]), ut ar. Di. XI. *Hoc iure* (?) et Dig. ne quis eum qui in ius vocabitur *Si per alium* § *Docere* (L. 5. § 2) et Dig. quod quisque iuris L. 1 § *Haec autem* (§ 2). — § 7. Nec illud omittendum puto [89]), quod, ubi duo [90]) sub disiunctione mandantur, sufficit alterum esse [91]) verum, ut supra de rescript. *Inter ceteras* (c. 4; - Gr. c. 4. I. 3) et Dig. de verb. oblig. *Si ita quis* (L. 63); si vero coniunctim, necesse est utrumque esse verum [92]), ut Dig. de verb. obl. *Si quis ita stipul. fuer.* (L. 129) et Dig. de condit. institut. L. 5 et Dig. de manum. testam. *Quod vulgo* (L. 45). — § 8. Item [93]) illud notandum, quod saepe coniunctio disiunctiva [94]) ponitur pro coniunctiva, et econtrario coniunctiva pro disiunctiva [95]); disiunctiva pro coniunctiva [96]), ut quod vi aut clam i. e. vi et clam [97]), ut Cod. eod. *Cum quidam* (L. 4) et Dig. eod. *Saepe* (L. 53); coniunctiva pro disiunctiva [98]), ut illud [99]):

Aut pelago [100]) Danaum [101]) insidias suspectaque dona
Praecipitare iubent subiectisque [102]) urere flammis;

que i. e. vel, scil. vel praecipitare vel urere [103]), ut ar. Dig. eod. *Coniunctionem* (L. 29). — § 9. Sed et [104]) illud notandum [105]), quod in testamentis vel ultimis [106]) voluntatibus, ubi disiunctiva ponitur inter personas, accipitur pro coniunctiva, ubi vero inter res legatas, accipitur disiunctive, ut Cod. eod. *Cum quidam* (L. 4); ratio diversitatis est, ne aliqua persona interposita [107]) a testatore inhonorata [108]) videatur, et ideo [109]) utraque [110]) legatum percipiet [111]);

intelligendum id tam ex legum etc. [84]) Idem *nam in lege.* [85]) Mo. 3 *committitur.* [86]) Ita legendum esse coniicio; variant codices multifarie. Ha. *committit quod verba legis nititur etc.*, Pa. *committit nititur etc.*, Mo. 1 et Li. *qui erga legis nititur etc.*, Mo. 2 *qui contra verba legis nititur*, Mo. 3 *qui verba legis contra legis interpretari nititur.* [87]) Pa. *Nota etiam;* in Mo. 2 deest *et.* [88]) Li. et Mo. 2 *recipienda.* [89]) Pa. *Notandum etiam.* [90]) Li. *nisi;* Mo. 3 omittit *duo* habetque *mandatur.* [91]) Deest in Mo. 2. [92]) Omittit ista Mo. 3. [93]) Idem addit *et.* [94]) Quae sequuntur usque ad *ut quod vi aut clam* desunt in Ha. et Li., indeque factum esse videtur, ut in hoc mutaverit quis *disiunctiva* in *disiunctive.* [95]) Mo. 1 ista transverso exhibet ordine. [96]) Ita Mo. 2 et 3, qui in eo tantum inter se discordant, quod in hoc praecedit *k;* ceteri aut plane aut pro parte, scil. *pro coniunct.*, omittunt ista. [97]) Ha. et Pa. perperam repetunt *aut;* Li. loco i. e. habet *vel.* [98]) Pa. *coniunctiva disiunctivam*, Mo. 3 *pro disiunctiva*, Ha. *coniunctum*, ceteri *coniunctiva.* [99]) Cf. Virgilii Aeneis Lib. II. v. 36. 37. [100]) Mo. 3 non habet *aut pelago.* [101]) Pa. *damnare*, alii *donavit.* [102]) Mo. 2 *subiectique*, Mo. 3 *subiectis.* [103]) Sic Pa.; Ha. omnia inde a *flammis* omittit; Mo. 1. 2 et 3 *i. e. vel praecipitare vel urere*, omissis *que* atque *vel scil.;* similiter Li., qui nec alterum *vel* habet. [104]) Deest *et* in Mo. 2. [105]) Pa. *Notandum etiam.* [106]) Ha. et Li. *et ultimis;* in Mo. 3 deest *ultimis.* [107]) Mo. 3 *apposita.* [108]) Idem *ahonorata.* [109]) Deest in Mo. 2. [110]) Mo. 3 *utrumque*, Li. *utrique.* [111]) Sic

sed ubi inter res ponitur [112]), legatarius non inhonoratur [113]), ex rebus disiunctis [114]) alteram [115]) percepturus. — § 10. Praeterea illud notandum, quod, licet diversitas sit in verbis, si [116]) tamen identitas [117]) est in sententia, idem dicere videntur [118]), ut infra eod. *Nihil* (c. 6; - Gr. c. 7. V. 40) et de poenit. Di. I. *Perniciose* [119]) (c. 23).

TITULUS XXXVII.

De regulis iuris [1]).

Sicut in exercitus dispositione acies [2]) postrema solet ex melioribus ordinari, sic in tractatu [3]) iuris hic titulus ex optimis [4]) legibus ultimus collocatur [5]). Sicut autem in aliis [6]) artibus [7]) sunt quaedam regulae speciales, ut in grammatica de genere et casu, in dialectica [8]) de locis et syllogismis [9]), in physica aphorismi [10]), sic et [11]) in hac scientia sunt [12]) regulae [13]) iuris quasi legum vel [14]) canonum aphorismi [15]). Videamus ergo [16]), quot modis dicatur regula et qualiter hic accipiatur, et quid ad esse regulae exigatur [17]).

§ 1. Regula pluribus dicitur modis. Dicitur enim regula virga, unde Achor furatus est regulam auream i. e. virgam; dicitur [18]) etiam regula constitutio canonica, ut Di. XI. *Hoc vestrae* (c. 10); item dicitur specialis norma vivendi, ut regula monachorum vel canonicorum; quarto modo dicitur regula diffinitio compendiosa

---

Ha. cum Mo. 2 atque 3; Mo. 1 habet *perciperet;* in Pa. legitur *debet legatum debet participare* et in Li. *utrique legatum accipient.* [112]) Mo. 2 *ubi interponitur,* omissis *inter res.* [113]) Sic Pa.; in ceteris *honoratur.* [114]) Li. *diversis;* in Pa. deest. [115]) Pa. *alterum.* [116]) Omittit Mo. 2; Ha. pro *si* habet *non.* [117]) Ha. *idempnitas,* Mo. 3 *identitas diversitas est.* [118]) Ha., Li. et Mo. 2 *videtur.* [119]) Codd. *Periculose* et *Quam periculose,* quibus verbis teste I. H. Boehmero saepius in libris MSC. cap. 23 cit. incipit.

Tit. 37. — [1]) In Li. miniator rubricam, cui spatium relictum est, addere neglexit. [2]) Mo. 3 *Dicunt . . . quod acies.* [3]) Ha., Li. et Mo. 2 *contractu.* [4]) Li. *ultimis.* [5]) Pa. *invenitur.* [6]) Deest in Pa. [7]) Mo. 3 *partibus.* [8]) Mo. 1 *dialetica.* [9]) Li. et Mo. 1. 2 *silogismis,* Ha. *sillgismis,* Pa. *sillis.* [10]) Ha., Mo. 1 et 2 *amphorismi.* [11]) Omittit *et* Mo. 1. [12]) Li. *eo sunt.* [13]) Ha. *quaedam regulae.* [14]) Li. *et.* [15]) Desunt in Mo. 3, quae praecedunt inde a *sic et.* [16]) Ha., Li. et Mo. 2 *igitur.* [17]) Sic Mo. 3 isque solus, nam omnes alii expliciunt v. *et qualiter;* at proculdubio veram lectionem ille servavit, cum quae adiicit iis prorsus respondeant, quae in sequentibus Bernardus proponit. [18]) Quae hinc sequuntur, usque quo redit verbum *dicitur,* in omnibus ex librariorum incuria exciderunt, uno itidem excepto Mo. 3, a quo genuinum contextum reddi inde apparet, quod alias ei significationi, qua in hoc titulo

rerum [19]) complectens universitatem, ut C. VI. qu. 1 *Quaero* (c. 21) et Dig. eod. L. 1; accipitur autem in hoc loco [20]) in hac [21]) quarta [22]) significatione. — § 2. Exigitur autem [23]) ad esse regulae, ut sit generalis; eius enim [24]) proprium [25]) officium est, ut nusquam [26]) fallat, ut Dig. eod. L. 1 [27]); debet enim [28]) regula omnia complecti, nisi ipsa de se fecerit [29]) exceptionem, ut Dig. de praevaricat. L. ult. Ceterum omnis diffinitio in iure civili periculosa est, ut Dig. [30]) cod. *Omnis diffinitio* (L. 202); nihil enim [31]) est tam generaliter dictum, quod non recipiat exceptionem.

Sed iam huic [32]) opusculo finem imponentes, in his [33]), quae tam ex ignorantia quam [34]) ex immenso negotiorum incursu [35]) minus prudenter minusque [36]) sufficienter scripsimus, a vobis, carissimi socii [37]), veniam postulamus; ei autem, qui est alpha et [38]) Ω bonorum omnium, de nostris scriptis [39]) gratias referamus.

Haec [40]) ego Bernardus, genuit quem clara Papia,
Mitto; sed emendet, socii [41]), rogo vestra sophia.
Qui decretales ad opus commune redegi
Sub titulis, summam nunc Christo dante peregi [42]).

---

accipiatur regula, non potuisset Bernardus quartum dare locum. [19]) In Mo. 3 deest *compendiosa,* in Li. *rerum.* [20]) Pa. post *L. 1* sic pergit: *et ita hic accipitur.* [21]) Deest *in hac* in Ha. [22]) Mo. 3 *ultima.* [23]) Omittit Mo. 2. [24]) Deest in Li. [25]) Mo. 3 *proprie proprium.* [26]) Ha. *nunquam,* quod in Li. aut librarius aut alius quis in *nusquam* correxit. [27]) Ha. *hii.* [28]) Mo. 3 *igitur.* [29]) Idem *fecit.* [30]) Codd. omnes habent *infra,* sed vitiose. [31]) Pa. omittit *enim;* Mo. 3 pro *nihil* habet *non,* neque exhibet, quae post *dictum* occurrunt. [32]) Ha. *hoc.* [33]) Li. et Mo. 2 *ex his.* [34]) Mo. 1 et Li. *tum . . . tum.* [35]) Ha. *concursu.* [36]) Mo. 3 *minus.* [37]) Ha. et Pa. *Rmi (reverendissimi),* quorum et hic *solacii* pro *socii* habet; Mo. 2 *carissimis sociis.* [38]) Sic Ha., Pa. atque Mo. 2; Mo. 1 *o,* Li. *A et ω;* Mo. 3 neutrum habet. [39]) Deest in Mo. 3. [40]) Mo. 3 et Va. *hoc.* [41]) Va. *emendent socii,* auctore Sartio, qui et *veste,* non *vestra* in codice isto aut ipse legit aut certe legi asserit. [42]) Versibus istis, qui in Codd. omnibus leguntur, in Ha. ista praecedunt, a miniatore addita: *Explicit summa magistri Bernardi;* in Li. vero ipse librarius hos addidit versus:

Anno millenoque ducenteno quoque primo.
Sic annos Domini quanti perpende fuere,
Cum summa scripta fuit haec in fine
Mensis Octobris, quartae indictionis.

APPENDIX.

I.

BERNARDI SUMMA DE MATRIMONIO.

Cogit me dilectionis vestrae praerogativa, nobilis et amabilis domine G., de matrimoniorum [1]) iure quaedam compendiose perscribere, atque in hac parte tam antiquorum quam modernorum canonum sententias aperire, a quo labore quamquam me insufficientia dehortetur, suggerit tamen vestra benevolentia arduam viam aggredi et per sentosa loca vestigia ponere experiri. Videamus igitur, quid sit matrimonium, quid faciat matrimonium, et quid impediat.

I. Est autem matrimonium viri et mulieris legitima coniunctio, individuam vitae consuetudinem retinens; ad individuam vitae consuetudinem spectat, ut neuter vivo altero ad alienum transeat concubitum; quodsi (?) transierit, non evacuatur matrimonium.

II. Matrimonium facit utriusque consensus legitimus per mutua verba vel certos nutus expressus, iuxta illud Nicolai Papae: *Sufficiat solus* (sequuntur c. 2. C. XXVII. qu. 2 verba). Est namque talis iste consensus, ut iste consentiat in illam ut in uxorem, et illa in istum ut in virum, et talibus verbis exprimi consuevit: „volo te in meam, volo te in meum", vel: „accipio te in meam, accipio te in meum." Talis consensus facit matrimonium et dicitur hoc desponsatio; annuli enim impositio subarrhatio dicitur et fit ad indicium desponsationis iam factae. Legitimam autem coniunctionem legitimumque consensum dicimus, ubi ea non intervenerunt, quae non solum matrimonium impediunt [2]), verum etiam contractum dirimunt.

III. Sunt [3]) autem, quae matrimonium impediunt, XIV: votum, ordo, habitus, dispar cultus, error personae, conditio, cognatio, ligatio, enormitas delicti, impossibilitas coeundi, coactio, publicae honestatis iustitia, tempus feriarum et interdictum ecclesiae. Singula prosequamur.

1. Votum autem aut est in faciendo aut in non faciendo; in faciendo, ut eundi ad SCtum Iacobum, in non faciendo, ut non comedendi carnem

---

[1]) Cod. Pa. *matrimonio.* [2]) Cod. *non imp.* [3]) Cod. haec praemittit: *Haec*

in die Sabbati; item votum in non faciendo aut est abstinentiae ut a cibis, aut continentiae ut votum castitatis. Porro votum castitatis aliud simplex, aliud sollemne; simplex est, quod fit vel in secreto non adhibitis testibus, vel adhibitis testibus, absque tamen huiusmodi sollemnitatibus, puta, non vovit in praesentia sacerdotis, non coram altari, non tonsuram vel vestem religionis assumsit; sollemne est, quod fit aliqua istarum trium sollemnitatum in praesentia testium adhibita.

Simplex utique votum matrimonium contrahendum impedit, sed contractum non dirimit, unde Theodorus Pp.: „*Si votum virginitatis etc.*," ut Di. XXVII. (c. 3)[4]); sollemne vero contrahendum[5]) impedit, contractum dirimit. De viduis et puellis in C. XXVII. qu. 1 habetur[6]). Sciendum etiam, quod post contractum matrimonium non licet votum castitatis alicui eorum facere, si non consensu alterius, et si fuerit, etiamsi monasterium ingressus fuerit, revocabitur, ut C. XXVII. qu. 2 *Agathosa* (c. 21), nisi forte ille qui relinquebatur se iure exigendi debitum privasset per adulterium, ut in eodem cap. habetur. Si vero votum peregrinandi ante contractum matrimonium alter fecerit vel etiam post contractum, ita tamen, quod consensum alterius non habuerit, votum frangere debet, quia debitum ei reddere tenetur, ut colligitur ex illo cap. C. XXVII. qu. 2 *Si tu abstines* (c. 24), nisi forte in ipsa desponsatione votum explanasset et illa tacuisset; tunc taciturnitas pro consensu habetur, ut Di. XXVIII. *Diaconi* (c. 8). Praeterea si vir votum abstinentiae ante matrimonium vel post fecerit, etiamsi non consensu uxoris, votum tamen debet tenere; si vero mulier ante matrimonium vel post, votum abstinentiae, si viro non placuerit, non tenebit, in tantum, ut si vir prius consensit et postea prohibuit, ipsum tamen frangere debebit, ut C. XXXIII. qu. 5 *Manifestum* (c. 11) cum cap. *Noluit* (c. 16).

2. Ordo alius sacer, alius non; sacer ordo ut subdiaconatus et supra, non sacer ut acolythus et infra. Ordo itaque non sacer matrimonium non impedit, ut Di. XXXII. *Placuit* (c. 13), ordo vero sacer et impedit contrahendum et dirimit contractum, ut Di. XXVII. Calixtus Pp.: *Presbyteris, diaconibus etc.* (sequuntur c. 8. Di. cit. verba); hoc idem habetur in C. XXVII. qu. 1 *Ut lex* (c. 40). Notandum tamen, quod initio continentia nec episcopis nec sacerdotibus indicebatur; postea vero coepit indici episcopis et sacerdotibus, sed non diaconibus; tertio indicta est etiam diaconibus, quarto subdiaconibus. Inde est, quod secundum diversa tempora varie de his canones loquuntur; quidam enim

sunt impedimenta matrimonii, quae, cum emblema redoleant, nolui recipere. [4]) In Editt. istud capit., ex Theodori poenitentiali desumtum, ita incipit: *si vir votum simplex virginatis etc.;* sed abesse *simplex* in Codd. reiectumque esse a Corr. Rom., iam adnotavit I. H. Boehmerus. [5]) In Cod. *non contrahendum,* quod, ni forte *et solum* atque mox *sed etiam* velis addere, plane falsum est. [6]) Sic legendum esse coniicio; in Cod., qui nec quaest. numerum addit, pro *in* legitur *ut.*

canones etiam sacerdotibus uxores permittunt, ut Di. XXVIII. *Si quis docuerit* (c. 14), *Si quis discernit* (c. 15), quidam sacerdotibus solis interdicunt, ut Di. XXVIII. *Presbyter* (c. 11), quidam solis sacerdotibus et diaconibus, ut Di. XXVIII. *Quando* (c. 3), quidam etiam sacerdotibus et diaconibus et subdiaconibus, ut Di. XXVII. *Presbyteris* (c. 8).

Quod si sacerdos, diaconus, subdiaconus uxorem acceperit, tam officio quam beneficio est privandus et ab ea[7]) separandus, ut Di. XXVIII. *Decernimus* (c. 2). Hinc etiam apparet, sacerdotem vel diaconum vel subdiaconum depositum nec uxorem ducere, cum adhuc ordinem habeat, nec seculariter vivere posse, ut Di. LXXXI. *Dictum* (c. 8). Quaeritur autem de clericis in minoribus ordinibus constitutis, si matrimonium contraxerint, an morantes cum uxoribus stipendia ecclesiastica debeant obtinere. Et quidem in Di. XXXII. c. *Si qui vero* (c. 3) videtur statuere Gregorius, ut stipendia sua exterius scil. in propriis domibus consequantur; contradicit autem huic sententiae Alexander III., scribens Vigoriensi episcopo in quodam extravaganti, quod sic incipit: *Inter cetera sollicitudini*[8]), ubi etiam dicit, ecclesiastica beneficia ad illos tantum spectare, qui assidue in servitio Dei persistunt. Sed illud Gregorii de ecclesiastica mansuetudine, istud Alexandri de rigore dictum est; vel illud Gregorii secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum loquitur, in quibus acolythi et infra in coniugio positi nihilominus servire consueverunt, et ideo iustum est, ut habeant beneficium, illud vero Alexandri ibi locum habet, uti talis consuetudo non obtinet. Quaeritur etiam de eisdem, an post mortem uxorum ecclesiam repetere [possint], si eam ad tempus reliquerant propter uxorem; et quidem posse repetere ex Di. XXVIII. *De his* (c. 5) et Di. XXXII. *Si qui vero* (c. 3) colligitur; contra[9]) Di. XCI. *Clericus victum* (c. 3) et Di. XCII. c. ult. et C. VII. qu. 1 *Praesentium* (c. 3). In hac quaestione vellem maiorum audire sententiam, narrabo tamen quid sentiam; ut enim ait Fulgentius, sicut livoris nota est silere quod noveram, ita non crimen est narrare quod senseram. Puto itaque ipsos non habere ius ecclesiam reposcendi; licet enim iuri suo expresse non abrenuntiaverint, tacite tamen abrenuntiasse videntur, cum ita se uxoribus obligaverunt, ut ecclesiae, sicut expediebat, servire non possent, et ab ecclesiasticis obsequiis recesserunt, nisi forte esset ecclesiae consuetudo quam diximus, ut scil. uxores habentes nihilominus deservirent ecclesiae, in quo casu intelliguntur decreta ex diverso superius allegata. Quod autem diximus, eos tacite ecclesiae abrenuntiasse, diximus exemplo illius, qui se ad aliam ecclesiam ex toto transtulit, quo priori tacite abrenuntiasse videtur, et ideo nihil commune habet cum priori, ut C. XXI. qu. 2 *Si quis translatus* (c. 3).

[7]) Cod. *eo.* [8]) Cf. c. 4. III. 4. Comp. I, Coll. Cass. tit. 63. c. 5, App. Conc. Lat. P. VIII. c. 6. [9]) Sic legendum esse censeo; in Cod. *Si eam etc.* non ad antecedentia trahuntur, omissoque *et* pro *posse* legitur *possunt,* necnon loco *contra*

Haec quae de ordinibus sacris dicta sunt orientales clericos ad continentiam non obligant; ipsi enim nondum propositum continentiae assumserunt, unde apud eos licet tam sacerdotibus quam diaconis et subdiaconis coniugio copulari, ut Di. XXXI. *Aliter* (c. 14).

3. De habitu. Habitus religionis quandoque sumitur ad ludum, quandoque ad utilem simulationem, ut videl. tutius eat, quandoque ad probationem, quandoque ad propositum religionis. Porro si ad ludum sumatur, matrimonium non impedit; ea namque quae per iocum fiunt neminem obligant, ut C. XV. qu. 1 *Illud peraeque* (c. 2) et C. XXII. qu. 2 *Ne quis arbitretur* (c. 14), *Quod ait* (c. 18). Inde est, quod si quis percusserit clericum levitate iocosa, non incurrit excommunicationem, ut in decreto extravagante Alexandri Pp. III. misso Bartholomaeo [10]) Exoniensi episcopo, quod sic incipit: *Sicut dignum* [11]). Si vero propter utilem simulationem sumatur, matrimonium non impedit; saepe etenim multi, cum non valeant in laicali habitu transire securi, habitum religionis assumunt, et religionem simulantes securum habent transitum, non tamen habent propositum religionis, nec ad habitum sic sumtum tenentur. Sic nonnulli crucis signo sibi imposito periculosa loca sine periculo transeunt, nec tamen propositum habent sepulchrum domini visitare, nec ad illud tenentur. Legitur in B(rocardo) VIII. ex concilio Toletano [12]), ut clerici, qui se fingunt [13]) habitu et nomine monachos esse et non sunt, omnimodo corrigantur et emendentur, ut vel veri monachi sint vel veri canonici. Contrarium tamen habetur in B. VIII. c. *Viduas* (c. 36 l. c.) et Di. XXVII. *Quod interrogasti* (c. 6); sed hic de illis viduis agitur, quae inter alias velum acceperant et inter alias oraverant, ibi vero de clericis, qui ad probationem vel propter aliquam utilitatem, non propter propositum religionis vestem religiosam assumserunt, et ideo non tenentur. Utilis enim est aliquando simulatio pro tempore assumenda [14]), ut C. XXII. qu. 4 *Utilem* (c. 21); sed et ipse Dominus Iesus utiliter simulavit, se longius ire, discipulis euntibus in Emaum. Cum etiam ad probationem habitus religionis assumitur, neminem obligat nec matrimonium impedit; absit enim, ut aliquis regularis asperitatis (in)expertus [15]) obligetur, quod aut cibis aut monachorum vestibus utatur. Haec est enim regula monachorum, ut clericus ad religionem aspirans per annum, laicus cognitus per biennium, incognitus per triennium probetur, ut C. XVII. qu. 2 *Consaldus* (c. 1) et C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6) et Di. LIII. *Legem* (c. 1); ipsis autem in huius probationis observantia manentibus, si regula illa displicuerit, licentia est recedendi, ut C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6). Cum igitur

(cc) occurrit *ex.* [10]) Cod. *Partho.* [11]) Cf. App. Conc. Lat. P. XIV. c. 7, et Coll. Cass. tit. 19. c. 9. [12]) Burch. Wormat. decret. Lib. VIII. c. 7. [13]) Sic legendum esse, docet ipse Burchardi locus; Cod. habet *qui surgunt.* [14]) In Cod. *propter et pro tempore etc.;* sed librarius, utrum *pp̄* an *p̄* sit scribendum dubius, pro more scriptorum utramque siglam intericcto *vel* mihi posuisse videtur. [15]) In Cod. *ex perto.* [16]) In Cod. *vestem* et *ei.* [17]) Deest *et* in Cod.

iste ad probationem veste induitur, eo non obligatur [16]), nec ob hoc ab matrimonio impeditur. Notandum tamen, quod qui ad probationem suscipiuntur, vestibus monachalibus uti non debent, sed in laicali debent habitu probari, ut Di. LIV. *Multos* (c. 23) et Di. LIII. *Legem* (c. un.); verum si et tunc ad probationem dumtaxat habitum induerint, non tenentur. Habitus autem ad propositum religionis assumtus, quia sollemne votum adnexum habet, non solum impedit matrimonium contrahendum, sed et [17]) contractum dirimit, ut C. XXVII. qu. 1 *De viduabus* [18]) (c. 7) et supra de voto.

4. De dispari cultu. Dispar cultus impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, si ab initio intercesserit, v. g. fidelis aliquis paganam, iudaeam vel haereticam accipere in coniugium non potest; quod si acceperit, separatur, ut C. XXVIII. qu. 1 *Cave* (c. 15), *Non oportet* (c. 16), *Si quis* (c. 17). Si autem ab initio infideles erant, cum matrimonium contraxerunt, et unus conversus est, reliqua in infidelitate remanente, refert, infidelis consentiat habitare cum fideli vel non. Nam et si consentiat, potest tamen fidelis eam relinquere, sed non ea vivente aliud matrimonium contrahere; similiter et mulier fidelis de viro infideli, ut C. XXVIII. qu. 1 *Sic enim* in f. (c. 9). Si vero infidelis non consentiat habitare cum fideli [19]), tunc licet fideli aliud matrimonium contrahere, ut C. XXVIII. qu. 2 *Si infidelis* (c. 2). Quod si infidelis, quae prius non consentiebat cohabitare, venit ad fidem [20]) et virum suum repetit, distinguendum puto, an vir, priusquam ipsa converteretur, aliam accepit uxorem, in quo casu non ei redderetur, sed cum secunda maneret; si vero prius ipsa conversa est, quam iste aliam acciperet, puto ipsum sibi esse reddendum; cessante enim causa dissidii, debuit cessare dissidium. Et videtur tam doctori meo Hugoni [21]) quam mihi, quod cogendus sit eam recipere, licet in C. XXVIII. qu. 2 *Si infidelis* (c. 2) dicatur, quod contumelia creatoris solvit ius matrimonii [22]) erga eum, qui relinquitur, unde videtur, quod statim ab ea fit liber; sed intelligendum est, quod solvit ipsa in infidelitate remanente. Quaeritur autem, si ante aliam accepit, quam ista converteretur, an liceat isti cum alia post conversionem matrimonium contrahere; et quod [sic], videtur ex illo verbo praedicto, scil. quod ait: „erga eum qui relinquitur;" ex hoc, inquam, verbo colligi videtur, quod erga eam non sit solutum. Sed melius est dicere, ius matrimonii erga utrumque solutum esse; non enim illa est uxor [23]) sine viro, et propterea credo, sibi licere matrimonium contrahere; ideo autem non dixit: „erga utrumque," quia de

[18]) Cod. habet *De vidua;* sed nullum eiusmodi extat capitulum, adnotatque Bochmerus, in conc. Paris. A. 614, unde sumtum est cap. 7, legi *de viduabus.* [19]) Cod. perperam *infideli.* [20]) In Cod. *fic9.* [21]) In Cod. *Vgi.* [22]) Cod. tam hic quam mox *matrimonium*, unde coniicerem, legendum esse *matrimoniorum*, ut cap. *Si infidelis* haberet *matrimonii.* [23]) Cod. perperam *uxore.*

infideli iudicare non debuit. Sed neque enormitate delicti haec mulier a matrimonio debebit [24]) impediri, cum in baptismo omnia eius peccata penitus sint deleta, et quoad reatum et quoad poenam, iuxta illud: „Gratia Dei non requirit satisfactionem," ut de cons. Di. IV. *Sine poenitentia* (c. 99).

Non est autem praedicta regula servanda in his, qui fideles coniuncti sunt, et postea unus apostatatur [25]) nec consentit habitare cum fideli; cum enim matrimonium initiatum, consummatum et ratum fuerit inter eos, apparet, quod nulla causa interveniente potest aliam ducere. Duo vero capitula in Brocardo reperiuntur, quorum unum dat licentiam viro, ut accipiat aliam uxorem, sua nolente eum sequi in longinquam provinciam, ut B. IX. *Si quis necessitate* [26]), aliud dicit, virum posse accipere aliam, ubi sua insidiata est morti eius, ut B. VI. *Si qua mulier* [27]); sed his decretis derogatur per evangelium, quod pro sola fornicatione separationem permittit, ita tamen, ut non liceat alicui eorum utroque vivo aliud inire coniugium.

Cumque noviter [28]) in ecclesia Dei quamplures haereticorum sectae tamquam lolium [29]) inter frumenta nascantur, quaeritur, an liceat catholicis cum talibus matrimonium contrahere, puta cum Arnaldistis vel Passaginis vel Philibertinis et huiusmodi; ubi mihi referre videtur, an eorum haeresis adhuc ab ecclesia toleretur, an iam sit excommunicationis falce praecisa. Quamdiu enim toleratur, sacramentum matrimonii cum reliquis sibi conceditur; postquam vero eorum haeresis ab ecclesia praecisa est, iam non licet catholico cum eis matrimonium contrahere, et si postea contractum fuerit, separabitur, ut C. XXVIII. qu. 1 *Cave* (c. 15). Notandum vero, quod nomen haeretici quatuor modis accipitur [30]). Dicitur enim haereticus, qui falsam de fide opinionem gignit vel sequitur, ut C. XXIV. qu. ult. *Haereticus est* (c. 28); dicitur etiam haereticus perversus sacrarum scripturarum expositor, ut C. XXIV. qu. ult. *Haeresis graece* (c. 27); dicitur etiam haereticus a sacramentis ecclesiae divisus, ut excommunicatus, ut C. IV. qu. 1 *Quod autem* (c. 2); dicitur etiam haereticus perversor sacramentorum i. e. simoniacus, ut C. I. qu. 1 *Quis: [quis per] pecuniam* (c. 5). Hic haeretici nomine solus ille accipitur, qui falsam de fide opinionem gignit vel sequitur; in hoc enim solo potest disparis cultus impedimentum notari.

5. De errore personae. Error personae et contrahendum impedit et contractum dirimit. Quia enim, ut praediximus, matrimonium ex consensu contrahitur, consensus autem excluditur, ubi circa personam erratur,

[24]) Cod. *debuit.* [25]) Cod. *apostata ũ.* [26]) Burchardi Worm. decr. Lib. IX. c. 54. [27]) In Cod. ad Lib. VIII. remittitur; sed quod ibi extat c. *Si qua mulier* (c. 62), nihil ad rem facit, neque dubitare licet, quin Bernardus c. 41. Lib. VI. voluerit laudare. [28]) Cod. falso *noverit.* [29]) Idem *solium*, haud minus vitiose. [30]) Ita non tam Bernardum scripsisse coniecerim, quam legendum esse putaverim; in Cod. enim haec occurrunt: *quod cum haerti quomodo ad IIII apdtetur.* [31]) In Cod. *nisi.*

constat ibi [31]) non esse matrimonium, ubi error personae intervenerit. Quatuor autem in matrimonio sunt errores, videl. personae, conditionis [32]), fortunae et qualitatis. Error personae est, cum aliquis putatur esse Socrates et est Plato; hic autem error numquam provenit circa personam quoquo modo notam [33]) erranti, vel saltem fama, vel fasto, vel aliquo alio modo; unde, aiunt [34]), Deum in coelis (?) diligere possumus [35]), incognitos autem vel fama diligere non possumus. Ecce enim nullo modo novi Bertham, occurrit mihi Maria in persona Berthae, dicens: „ego sum Bertha, vis me in uxorem?" „volo"; numquid erravi circa personam Berthae, de qua nihil umquam audivi? certe nequaquam; forte circa nomen erravi, putans [36]) istam vocari Bertham, quae Maria [37]) vocabatur. Si vero veniens aliqua rustica dicat: „ego sum curva Maria filia imperatoris Constantinopolitani, vis me in uxorem?" „volo", certe in persona curvae Mariae erravi, quam fama ante cognoveram [38]), et ideo in eam et non istam consensi, ideoque non est contractum matrimonium inter me et istam. Quodsi de aliqua mihi dicatur: „haec est filia regis Apuli," et in eam ita consentiam [39]), ipsa tamen non est eius filia, distinguendum est, an audieram, regem Apulum habere filiam et credam istam esse illam; sic enim in persona erravi; sed si non audieram, eum habere filiam, vel si audieram, non tamen credebam, istam esse illam, sed esse similiter eiusdem filiam, non erravi in persona, sed potius in qualitate vel relatione. Si autem praedictae sententiae opponatur de Iacob, qui accepit Liam, arbitratus eam esse Rachelem, et ideo inter eos matrimonium non fuisse credatur [40]), dicendum est, Liam fuisse coniugem, non consensu praecedente, sed subsequente. Error conditionis est, quando putatur esse liber, qui est servus, de qua conditione post dicturi sumus; error fortunae est, quando putatur esse dives, qui est pauper; error qualitatis est, quando putatur esse pulcher, qui est turpis. Error itaque personae et conditionis matrimonialem consensum excludit; error vero fortunae et qualitatis matrimonium non impedit. Quaeritur autem, in quo sensu dicatur error personae vel aliquod aliud impedimentum dirimere matrimonium contractum, cum ibi non sit matrimonium; ad quod dicimus, matrimonium ibi appellari de facto, et non de iure, scil. [41]) coniunctionem quandam inter virum et mulierem in forma coniugii.

De istis erroribus sufficienter in C. XXIX. qu. 1 invenire poteritis.

6. De conditione. Conditio quoque impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Conditio autem alia servorum, alia libertorum, alia originariorum, qui servi glebae appellantur. Libertorum conditio matrimonium non impedit; nam licet propter ingratitudinem in

[32]) Cod. perperam *condictionis*, tam hic quam alias. [33]) In Cod. *pervenit* atque *nota est.* [34]) In Cod. *aĩt.* [35]) Cod. *possinus.* [36]) In Cod. *potens.* [37]) In Cod. *Berta* pro *Bertam* atque *non* loco *Maria.* [38]) In Cod. haec: *q̃ formã 9q°uam.* [39]) In Cod. *consciencíam.* [40]) Sic legere malui, licet in Cod. occurrat *concedatur.* [41]) In

servitutem revocari possint, ut C. XII. qu. 2 *Liberti* (c. 61), *Octava* (c. 62), quia tamen non sunt servi, sed liberi, eorum conditio matrimonium impedire non debet, exemplo sani, qui in casum furoris pervenire potest, in quo matrimonium contrahere non posset, ipse tamen, cum sanus est, matrimonium contrahere potest, etsi post perveniat ad furorem, ut C. XXXII. qu. 7 *Hi qui matrimonium* (c. 25); simile est de sanis, qui a barbaris exsecari possunt, ut I. cap. [42]) Contrarium tamen videtur de libertis non ordinandis, ut Di. LIV. *Quicunque* (c. 5); sed aliud est de ordinandis, in quibus praerogativa ordinum attenditur, aliud de sacramento matrimonii, quod cuique conceditur.

Originariorum conditio, etiamsi ab aliqua ignoraretur, matrimonium tamen non excludit; etsi ad operas quasdam enim tenentur, quia tamen vendi vel alienari ut servi non possunt, non mihi videtur eorum conditio [43]) matrimonium impedire, nec per canones tale matrimonium invenio separatum. Dicit tamen magister Io(annes), errorem adscriptitiae [44]) conditionis matrimonium impedire, in hoc potius utpote legum, quam canonum auctoritatem secutus.

Conditio vero servilis, si circa ipsam erretur, non solum contrahendum impedit, sed etiam contractum dirimit; ideo autem diximus [45]), „si circa ipsam erretur," quia, si sciens aliquam esse ancillam ei nupsero, matrimonium tenet, ut C. XXIX. qu. 2 *Si quis liber* (c. 2), *Si foemina* (c. 5); si vero nesciens eam ancillam eam accepero, datur mihi de consilio, non de praecepto, ut eam redimam, si possum; quod si non possum vel noluero eam redimere, possum ab ea separari, ut C. XXIX. qu. 2 *Si quis ingenuus* (c. 4). Hoc verum est, si postquam conditionem eius deprehendi, non consensi in eam; nam si postea consensi, consensus subsequens inter me et eam matrimonium facit. Porro si servus putabat liberam, quae erat ancilla, et ideo eam accepit, non est ob hoc matrimonium separandum, quia eiusdem conditionis est cum viro, et iniustum atque inhonestum est, ut servilem conditionem obiiciat, qui eadem conditione tenetur obstrictus [46]), sicut de eo, qui crimen intendit, legitur C. VI. qu. 1 *Qui crimen* (c. 6) et C. XXXII. qu. 2 *Nihil iniquius* (c. 1). Item si aliqua libera vel ancilla potius servo, quam libero nubere velit, et nupserit libero, putans eum servum, ob talem errorem matrimonium non dirimitur, quia melioris conditionis cum habet, quam vellet; secus autem esset, si deterioris; quare enim ei propter errorem subveniretur, cum multo melius habet, quam vellet?

Servus et ancilla matrimonium contrahere inter se possunt, si dominorum consensus intervenerit; ceterum si non intervenerit, secundum antiquos canones non videtur matrimonium tenere, ut C. XXIX. qu. 2

Cod. *sed.* [42]) Sic in Cod.; an forte *ut in fine capituli,* scil. c. 25 cit.? [43]) In Cod. perperam *conditionem.* [44]) Cod. *errore ascriptione.* [45]) Cod. *dixi ut.* [46]) Sic legere malui pro *abstructus,* quod in Cod. occurrit. [47]) Cf. c. 1. Comp. I.

Dictum (c. 8); novo vero iure sufficit consensus principalium personarum, etiamsi dominis contradicentibus fiet. Verum ob hoc debita servitia propriis dominis non sunt deneganda, ut ex decreto Hadriani Pp. misso Eichrardo Salceburgensi archiepiscopo: *Dignum est* [47]).

Circa duos hos errores, personae videl. et conditionis, quaeritur, quomodo inde fides ecclesiae fieri possit. Nam si dicam: „erravi in hoc vel in illo," mihi non creditur, quia idem [48]) non debet esse testis et auctor, ut C. IV. qu. 4. c. 1 et 2, tum quia non debet quis absolvi vel condemnari unius testimonio, ut C. XXXIII. qu. 2 *Admonere* (c. 8); quis ergo testificabitur, me sic credidisse? Sane in errore personae dicendum, quod si probare potuero, ipsam vel aliquam pro ea dixisse, eam esse Bertham, cum tamen non esset, praesumit statim pro me ecclesia, ita quod, si iurare voluero, me tempore desponsationis credidisse illam esse Bertham, nec, postquam eam esse Mariam deprehendi, in eam consensi, meae simplici assertioni credetur. Simili modo dicendum est in errore conditionis; ex quo enim scitur me esse liberum, statim praesumitur, me noluisse ancillam in uxorem [49]); quod si iurare voluero, me tempore desponsationis credidisse eam esse liberam, et postquam deprehendi eam esse ancillam, in eam non consensi, meae assertioni credetur; exemplo iuramenti Iordanis principis, ut C. XXXI. qu. 2 *Si verum* (c. 1) et exemplo iuramenti Atthonis, ut C. XX. qu. 3 *Praesens* (c. 4).

7. Cognatio alia carnalis, alia spiritualis, alia legalis. Cognatio carnalis est consanguinitas vel affinitas, de quibus, quia plura dicenda sunt, circa finem reservamus. Cognatio spiritualis est inter compatres et commatres, et inter patrem vel matrem spiritualem et filium vel filiam spiritualem, et inter filios naturales et spirituales. Cognatio legalis est inter me et filium et filiam adoptivos; inter vero spirituales et adoptivos nulla cognatio est.

Cognatio spiritualis, quae est inter compatrem et commatrem, impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum; v. g. si habes aliquam commatrem, non potes cum ea matrimonium contrahere, et si contractum fuerit, separabitur, ut C. XXX. qu. 1 *De eo* (c. 5). Si vero uxor tua erat et aliquo casu compater eius effectus es, vel de suo vel de communi filio, puta levasti de fonte uxoris filium vel communem, distinguitur, an nescienter, an scienter hoc fecisti. Si enim ignoranter, non ob hoc separabitur matrimonium, ut C. XXX. qu. 1 *De his* (c. 6); si vero scienter, refert, an ex necessitate, an in fraudem, an ex consensu continentiae. Nam si ex necessitate, puta si instante mortis articulo puerum baptizasti et tenuisti, ne sine baptismo decederet, inculpabilis es, nec ob hoc ab uxore separandus, ut C. XXX. qu. 1 *Ad limina* (c. 7); si vero in fraudem, scil. ut ab ea separareris, licet ipsa etiam huic

et Greg. de coniugio servorum, App. Conc. Later. P. XLV. c. 7, Coll. Cass. tit. 65. c. un. [48]) Cod. *inde quia.* [49]) In Cod. legitur *iu* cum superposito *n.*

fraudi consentiat, non tamen es ab ea separandus, licet sis gravi poenitentia macerandus, et si supervixeris, matrimonium contrahere prohiberis, ut C. XXX. qu. 1 *Nosse* (c. 3), *Dictum est* (c. 4), *De his* (c. 6); si vero consensu utriusque hoc factum est, ut scil. de cetero continenter viverent, sollemniter vovisse [50]) praesumuntur, et ideo eis perpetua continentia imperatur [51]), quod colligitur ex ipso cap. *Nosse*, ubi ait: „nisi amborum consensu." Duo vero capitula in eadem causa praemittuntur, quibus, et quando ignoranter, et quando scienter tale quid evenerit, matrimonium praecipitur separari; sed ipsis per sequentia capitula et per contrariam consuetudinem derogatur.

Quia vero de compaternitate mentionem fecimus, videamus, in quibus sacramentis compaternitas comparatur. Et quidem videtur in septem [52]) ex cap. Deusdedit Pp. C. XXX. qu. 1 *Pervenit* (c. 1), quod septem sunt sacramenta illa, quae ipse dona baptismi appellat; quorum primum est salis collatio, ut de cons. Di. IV. *Ex hinc* (c. 64), secundum est aurium et narium sputo linitio [53]), ut Di. ead. *Postea tangunter* (c. 68), tertium in fronte et pectore crucis factae signatio, ut Di. ead. *Deinde a sacerdote* (c. 70), *Postea signatur* (c. 63), quartum olei sacrati perversio, ut Di. ead., quintum baptismi ablutio, ut Di. ead. *Postquam vos* (c. 78), *Venisti* (c. 87), sextum chrismatis in vertice perunctio, ut Di. ead. *Postquam ascenderit* (c. 88), septimum eiusdem in fronte ab episcopo facta confirmatio, ut Di. ead. *Presbyteri* (c. 120). Haec quidem omnia spiritualem cognationem creare dicuntur, secundum consuetudinem autem et secundum veritatem, ut arbitror, tria tantum sunt, quae compaternitatem impedientem matrimonium inducunt, videlicet [54]) sacramentum christianitatis, sacramentum baptismi et sacramentum confirmationis factae ab episcopo; quae tria ex illo cap. C. XXX. qu. 4 *Si quis* (c. 3) innui videntur et de cons. Di. IV. *In catechismo* (c. 100). Et notandum, quod, sicut ille qui suscipit puerum de sacro fonte, compater efficitur, sic ille qui immergit et elevat efficitur compater [55]); nec enim plus spiritualis cognationis debet efficere susceptio quam immersio et elevatio, cum utraque spiritualem paternitatem inducat, ut C. XXX. qu. 1 *Omnes* (c. 8). Si qua itaque mulier filium meum in necessitatis articulo baptizaverit et alia mulier eum susceperit, nec ego nec ipse filius meus poterimus alicui earum de cetero matrimonio copulari, et si contractum fuerit, separabitur, ut C. XXX. qu. 1 *De eo* (c. 5). Opponitur autem huic sententiae, quia sic sacerdos est compater omnium eorum, quorum baptizat filios. Sic itaque, cum omnibus mo-

[50]) Cod. *voluisse*. [51]) Sic Cod., cuius lectionem in *imponitur*, licet fortasse praestet, nolui commutare. [52]) Cod. vitiose III. [53]) Cod. *licinio*. [54]) In Cod. ex repetitione duarum posteriorum litterarum additur *et*. [55]) Verba ista *sic ille etc.*, quae Cod. Pa. non exhibet, ex Summa decretalium Lib. IV. tit. 11. § 5 addere placuit, cum ipsa in ceteris tam antecedentibus quam se-

nachis prohibetur sibi commatres facere, et omnibus baptizare prohibetur; prohibentur autem sibi commatres facere, ut C. XVI. qu. 1 *Placuit communi* (c. 8), et C. XVIII. qu. 2 *Pervenit* (c. 20), et de cons. Di. IV. *Non licet* (c. 103), *Monachi* (c. 104); econtra vero quibusdam monachis baptizare licet, ut C. XVI. qu. 1 *Doctos* (c. 21). Dicendum est itaque, capitula illa, quae monachis commaternitatem interdicunt, loquendi usum imitari; usus enim vulgaris habet illam, quae fit per susceptionem, non illam, quae fit per immersionem, commaternitatem appellare; prohibentur autem monachi taliter sibi commatres facere ex causa, ne videl. occasionem habeant cum mulieribus colloquendi.

Diximus de cognatione spirituali, quae est inter compatrem et commatrem. Cognatio vero spiritualis quae est inter patrem spiritualem et filiam spiritualem, similiter quae est inter matrem spiritualem spiritualemque filium, et impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum, ut C. XXX. qu. 1 *De eo* (c. 5).

Restat nunc de illa cognatione spirituali agere, quae est inter filios naturales et spirituales, quae dicitur fraternitas spiritualis. Haec non solum contrahendum impedit, sed etiam contractum dividit; v. gr. pater meus baptizavit vel suscepit filiam tuam de baptismo, de cetero non possum eam in uxorem accipere, et si accepero, separabor, ut C. XXX. qu. 3 *Pitacium* (c. 2), *Non oportet* (c. 3). Fuerunt autem qui dicerent, filios duorum compatrum, qui nascuntur post initam compaternitatem, inter se iungi non posse, quod videntur habere ex C. XXX. qu. 3 *Post susceptum* (c. 5); hoc autem hodie servat ecclesia, ut, sive ante sive post geniti fuerint, licite coniungantur, cum nulla sit inter eos spiritualis cognatio vel propinquitas, excepta illa persona, qua compatres sunt effecti, ut C. XXX. qu. 3 *Super quibus* (c. 4); tu quoque (?) si filium meum tenueris, filiam meam sive ante sive post genitam accipere non prohiberis, ut C. XXX. qu. 3 *Illud etiam* (c. 7).

Quaeritur autem, an aliquis [56]) duas commatres unam post alteram habere possit uxores; v. gr. Bertha et Maria commatres sunt inter se, accepi Bertham; numquid post mortem eius licebit mihi accipere Mariam? Super hoc utique tam doctorum sententiae, quam ecclesiarum discordant consuetudines. Aiunt enim quidam, quodsi, postquam commatres sunt effectae uxor mea et illa, dormivi cum uxore mea, non possum eius commatrem postea accipere, et si accepero, separabor; cui sententiae concordat magister Gratianus, et hoc confirmat per haec decreta C. XXX. qu. 4 *Si pater* (c. 2), *Si quis ex uno* (c. 3), *Quod autem uxor* (c. 6). Si vero postea non dormivi cum uxore mea, ex quo illius commater effecta est, bene potero post mortem uxoris meae eius commatrem accipere, quod confirmant ex C. XXX. qu. 4 *Qui spiritualem* (c. 4), *Post uxoris*

quentibus ad litteram cum summula nostra concordet. [56]) In Cod. *ax alter alteri*, quae, cum sensu plane careant, ex Summa decretalium emendavi.

(c. 5). Magistri vero Rufinus et Io(annes) ita distinguunt: refert autem, commaternitas praecesserit matrimonium, an sit subsecuta; si enim praecesserit, potero [57]) habere unam post aliam, si vero secuta est, non potero. Ecce enim Bertha et Maria commatres sunt effectae, postea accepi Bertham, post eius decessum potero accipere Mariam, ut C. XXX. qu. 4 *Post uxoris* (c. 5); sic et una mulier poterit nubere duobus compatribus, uni post alium, ut C. ead. qu. ead. *Qui spiritualem* (c. 4). Quodsi prius accepi Bertham et cum ea una caro sum effectus, et ipsa postea commater Mariae est effecta, ipsa Maria dicitur commater uxoris meae directo, et mea indirecto; unde post mortem Berthae non potero eam accipere, et si accepero, separabor, ut C. XXX. qu. 4. c. 1. 2 et 3. Hanc sententiam mihi placere fateor.

Cognatio legalis et impedit contrahendum et contractum dividit. Si enim adoptavi aliquam in filiam, ipsa filia mea legalis et filiorum meorum soror legalis appellatur, ideoque et mihi et ipsis eius copula [58]) interdicitur, nisi vel ipsa vel filius meus fuerit emancipatus, ut C. XXX. qu. 3 *Ita* (c. 1), *Post susceptum* (c. 5), et si contractum fuerit matrimonium, separandum videtur, ut in B. L. XVI. Nicolaus Pp. ad consulta Bulgarorum [59]). Si qua per adoptionem mihi soror esse coeperit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me et ipsam nuptiae consistere non possunt. Non deerunt forte, qui rationabiliter dicant, hanc cognationem impedire matrimonium contrahendum, sed non dirimere contractum; cur enim divideretur ante emancipationem factum, quod post illam est ratum? numquid emancipatio potest facere consensum legitimum? Verum haec sententia canonibus non confirmatur.

8. Ligatio et contrahendum impedit et contractum dividit; quanto enim tempore vivit vir, alligata est mulier legi viri, teste Apostolo, similiter et vir mulieri, in tantum, quod, si dimissa fuerit propter adulterium, et vel dimissa vel dimittens utroque vivo alii se copulaverit, separabitur iuxta illud evangelicum: „qui dimiserit uxorem propter fornicationem et aliam duxerit, moechatur." Hoc verum est de desponsata et cognita. Ceterum si tantum desponsata fuerit, interest plurimum, an per verba de praesenti, an per verba de futuro; de praesenti, puta: „volo te in meam, vel accipio te in meam," de futuro, ut: „accipiam te in meam." Porro si verba defuerint, non debet cum alia matrimonium contrahere, sed si contraxerit, non separabitur. Si vero per verba de praesenti desponsasti aliquam et non cognovisti, et post aliam desponsasti et cognovisti, separandus es a secunda et reddendus priori. Hoc totum habetur ex cap. Augustini de fide pactionis [60]) et consensus *Duobus*

[57]) Cod. *poterit.* [58]) Cod. *coplat.* [59]) Cod. *liberorum.* In Burchardi decretis frustra locum quaesivi; sed c. 1 *Ita* desumtum esse ex responsis a Nicolao ad Bulgarorum consulta datis, ipse Gratianus testis est in dicto ad pr. qu. 3. C. XXX. [60]) In Cod. perperam *passionis.* [61]) Cf. c. 51. C. XXVII. qu. 2. et

modis [61]). Quamvis enim super [hoc] diversa sit quorundam sententia et ecclesiarum consuetudo diversa, — quidam enim secundam, quidam priorem eum habere debere iudicant — melius tamen est, rationem et Romanae ecclesiae consuetudinem in hoc imitari, priori videl. eum reddendo, quia eius uxor erat et ea viva aliam habere non poterat, ut C. XXVII. qu. 2 *De coniugali* (c. 50), et B. Lib. [62]) XIX: „Accepisti tibi illam in uxorem, quam alter si(bi) desponsatam habuerat; dimitte illam, quia numquam tibi potest fieri legitima, et ... VII annis poeniteas [63])." Hoc idem confirmatur ex decreto Alexandri Pp. III. misso Senonensi Archiepiscopo, quod sic incipit: *Sicut Romana* [64]).

Quaeritur de sponsa de praesenti, an liceat ei ingredi monasterium sponso inconsulto, super quo utique decretistae certant et adhuc sub iudice lis est. Dicunt enim plerique, eam sine sponsi licentia ingredi non posse, interpretantes capitula, quae videntur contraria, de sponsa de futuro, ut C. XXVII. qu. 2 *Desponsatam* (c. 27), *Decreta* (c. 28); quod duplici ratione asserunt, tum quia, cum sponsus et sponsa sit vir et uxor, non potest sponsa dimittere sponsum, excepta causa fornicationis, nisi forte ex consensu amborum, ut C. XXVII. qu. 2 *Si quis coniugatus* (c. 22), tum etiam, quia ab ipsa desponsatione tenetur, ut dicunt, sponso debitum reddere, et ita sine eius consensu continere non valet. Haec sententia rationabilis videtur magisque nititur auctoritati doctorum. Quia vero ab hac sententia ecclesiastica consuetudo discordat, asserunt nonnulli doctores egregii, sine sponsi licentia ingredi posse, suam sententiam ex illis duobus cap. *Desponsatam* (c. 27), *Decreta* (c. 28) confirmantes.

Si quaeras, quando competit ius exigendi debitum et unde oriatur, me memini a magistro Io(anne) audisse, ipsum ex primo coitu coniugali oriri et extunc competere; sed secundum hoc videtur, quod, si uxor virum vel e converso semper a primo coitu prohibet, numquam ei debitum reddere teneretur. Alii vero dicunt, hoc ius oriri statim ex desponsatione, sed non statim competere, sed a tempore traductionis, sicut si stipulatus es a me X usque ad mensem, statim oritur certi condictio, sed non statim competit cum effectu. Rationabiliter tamen dici posset, hoc ius oriri ex desponsatione, sed non statim, sed tempore sacerdotalis benedictionis in virginibus, in viduis tempore traductionis, ubi autem hae sollemnitates desunt, post primum coitum coniugalem. Oportebit ergo secundum hoc dicere, post benedictionem sacerdotalem sponsam virginem sine sponsi licentia converti non posse, ante vero posse; quod si ante ingressa fuerit, sponsus poterit aliam accipere. Magistri tamen Io(annis) sententiam mihi magis placere fateor.

c. 1. Comp. I. de sponsa duorum. [62]) Cod. *et* habet pro *lib.* [63]) Ista sunt verba c. 2. Comp. I. tit. cit., cui inscriptio est: *B. lib. XIX.;* in ipso autem Burchardi decreto ea frustra quaesivi. [64]) Cf. c. 5. *(Porro)* Comp. I. de sponsa duorum, App. Conc. Lat. P. VI. c. 17 et Coll. Cass. tit. 58. c. 20.

Non arbitror praetereundum esse, quod praediximus, annuli immissionem subarrhationem appellari et fieri ad indicium desponsationis iam factae; insuper etiam, ex quo annulus immittitur, statim desponsatio praesumitur, nisi in contrarium probetur. Sciendum est autem, quod quatuor modis annulus immittitur, videl. vel per iocum, vel ad deceptionem, vel ad experientiam, vel ad subarrhationem. Si ergo per iocum facta fuerit, non tenet; ea enim quae per iocum fiunt non obligant, ut C. XXII. qu. 2 *Ne quis arbitretur* (c. 14), *Quod autem ait* (c. 18), et de poenit. Di. I. *Divortium* (c. 21). Si vero ad deceptionem, puta volebas coire cum aliqua et ideo ei annulum immisisti, licet hoc non intentione matrimonii feceris, si tamen illa consensit, tu ab ea recedere non potes; fraus enim sive dolus nulli debet praestare patrocinium, nisi ei, cui fit, ut C. XV. qu. 6 *Si [quandoque a] sacerdotibus* [65]) (c. 1), unde et ille, qui in fraudem iurat, tenetur, ut C. XXII. qu. 5 *Quacunque arte* (c. 9); ipsa vero, si blanditiis verborum variisque promissionibus illecta consensit, tenet [66]) pro consensu, exemplo illius, qui illectus tonsuratus est, ut C. XX. qu. 3 *Constituit* (c. 5). Porro si ad experientiam, non tenet; puta voluisti experiri, qualiter annulus staret in digito alicuius mulieris et ita ei imposuisti, certe nec tu teneris nec ipsa. Si vero intentione subarrhandi annulum imposuisti et ipsa eadem intentione suscepit, tenet utrimque. In his autem omnibus nota, semper ei onus probationis incumbere, qui contra matrimonium vult venire, quia in talibus semper pro matrimonio praesumitur, nisi in contrarium probetur.

9. Enormitas delicti aliquando est in utroque contrahentium, aliquando in altero. In utroque, puta polluisti aliquam per adulterium et insuper ei dedisti fidem, quod eam acciperes, vel in mortem viri eius consensisti, vel ipsa in mortem tuae uxoris; certe si cum hac tali et [67]) post mortem viri de secundo matrimonio contraxeris, separaberis in his casibus, ut C. XXXI. qu. 1 *Relatum* (c. 4), *Si quis vivente* (c. 5); alias autem non separabitur, ut C. ead. qu. ead. *Denique* (c. 2), *Si qua [fuerit] vidua* (c. 7). Cum vero in altero fuerit haec delicti enormitas, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. Est autem in altero tantum in multis [68]) casibus; puta si mulier meretrix est, non debet duci in uxorem, ut C. XXXII. qu. 1 *Sicut crudelis* (c. 1); similiter si aliquis incestum commisit vel cum sua vel uxoris suae consanguinea, non debet de cetero matrimonium contrahere, ut C. XXXII. qu. 7 *Quam* (c. 19), *Si quis viduam* (c. 20), *Qui dormierit* (c. 21), *Concubuisti* (c. 23), *Si quis cum* (c. 24). Immo etiamsi dormieris cum sorore, matre, filia vel nepte uxoris tuae vel infra tertium gradum, et hoc crimen publicum et manifestum extiterit, ab uxore tua separaberis perpetuo;

[65]) Cod. omittit *quandoque a;* ceterum conferas, quae de isto cap. saepius a Bernardo in decretalium Summa laudato ad Lib. I. tit. 301. not. 16 monui. [66]) In Cod. *tn.* [67]) Sic Cod.; an forte *taliter* legendum erit? [68]) In Cod. *ut in multis,* sed

si vero fuerit occultum, secretam poenitentiam debes agere et uxori tuae debitum infra tempus poenitentiae vel extra reddere, non autem exigere, ut ex decreto Alexandri III. misso Vigoriensi episcopo, quod sic incipit: *Meminimus nos* [69]). Similiter si quis uxorem suam interfecerit, de cetero nubere prohibetur, ut C. XXXIII. qu. 2 *Quicunque propriam* (c. 7), nisi de misericordia ei subveniatur, ut C. ead. qu. ead. *Interfectores* (c. 5). Item pro quolibet crimine, de quo quis sollemnem egit poenitentiam, arcetur a matrimonio contrahendo, nisi erga eum exhibeatur misericordia, ut C. XXXIII. qu. 2 *In adolescentia* (c. 14). Item si rapuisti aliquam, eam in uxorem accipere prohiberis, nisi vitio rapinae purgato, ut C. XXXVI. qu. 2 *Si autem necdum* (c. 10), *Tria* (c. 8). Si autem eam, cum adulta esset, eius consensu [70]) in ipsa rapina vel postea desponsasti, tenebit matrimonium, cum secundum canones sufficiat consensus principalium personarum, iuxta illud Nicolai Pp. (c. 2. C. XXVII. qu. 2): „Sufficiat solus secundum canones consensus eorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur."

In omnibus his nota, quod, cum in altero tantum fuerit delicti enormitas, nullum canonum invenis, qui contractum matrimonium iubeat separari, et quod sacris canonibus sancitum non est, superstitiosa adinventione non est praesumendum, ut C. II. qu. 5 *Consuluisti* (c. 20).

10. Impossibilitas coeundi vel conveniendi alia est animi tantum, alia corporis tantum, alia utriusque; animi tantum ut in furiosis, corporis ut in frigidis et maleficiis impeditis, utriusque ut in pueris et puellis.

Prima impossibilitas impedit contrahendum et dirimit contractum, si furor desponsationem praecessit; non enim potest esse inter eos matrimonium, cum non possit inesse consensus, qui est efficiens causa matrimonii, ut C. XXXII. qu. 7 *Neque furiosus* (c. 26); ideo autem addidi, „si furor desponsationem praecessit," quia si tempore, quo desponsavit, sanae mentis erat et postea versus est in furorem, non potest ob hoc dissolvi coniugium, ut C. ead. qu. ead. *Neque furiosus.*

De frigiditate sciendum est, quod impedit matrimonium contrahendum et contractum dissolvit. Ecce enim accepisti uxorem et aliquo tempore tenuisti, dicit ipsa, te non posse dormire cum ea, et si tu idem fatearis, iurabit uterque vestrum septima manu propinquorum, et separabitur matrimonium. Forma vero sacramenti erit huiusmodi; vos principales personae iurabitis in animabus vestris, quod numquam coistis [71]), adiuncti vero iurabunt in animabus suis, quod credunt ita esse, ut dicitis; et hoc exemplo iuramenti, quod fit in purgatione sacerdotis, ut ex decreto Hadriani [72]) Pp., misso Aquileiensi Patriarchae et Mantuano episcopo, quod sic inchoat: *Quoties frater noster* [73]). Si autem alter

vitiose. [69]) Cf. c. 6. Comp. I. de divort., App. Conc. Lat. P. XII. c. 1., Coll. Cass. tit. 59. c. 1. [70]) Cod. *consensus.* [71]) In Cod. *incohistis.* [72]) In libris editis Innocentio (II.) adscribitur ista decretalis. [73]) Cf. c. 17. C. II. qu. 5 et

vestrum fateatur, carnalem coniunctionem intervenisse, alter vero diffiteatur, ei qui pro matrimonio facit i. e. qui affirmat commixtionem, deferetur probatio septima manu propinquorum, adhibita forma superiori; si vero ipse probare noluerit, deferetur alteri i. e. neganti carnalem commixtionem. Quod si propinqui defuerint, poterunt eorum locum supplere vicini bonae famae viri, exemplo eorum, qui de consanguinitate laturi sunt testimonium, ut C. XXXV. qu. 6 *Notificamus* (c. 3). Similis probatio erit in maleficiis, nisi quod si tua dicat, te non coisse cum ea, nec tu dicas posse coire cum alia, praesumitur frigiditas, et tunc datur ei licentia nubendi, tibi vero frigido non datur; at si allegaveris, te posse dormire cum alia, et probatum fuerit, te longo tempore stetisse cum ista nec dormisse cum ea, praesumitur maleficium, et tunc facto divortio dabitur licentia utrique aliud matrimonium [contrahendi]; et nota, quod si frigiditas allegata fuerit et probata, et postea vir [74]), qui frigidus dicebatur, aliam acceperit et cum ea dormierit, separabitur a secunda et reddetur priori. Praeterea notandum est, quod, ubi allegatur maleficium, semper praesumit ecclesia, illud praecessisse desponsationem; sed si probaretur, maleficia subsecuta fuisse desponsationem, quia tempore desponsationis legitimus erat utrinsque consensus, non esset separandum matrimonium, exemplo illius, qui sanus erat tempore desponsationis et postea factus est furiosus, ut C. XXXII. qu. 7 *Hi qui* (c. 25). Haec quae de frigidis et maleficiatis diximus, ex maiori parte in C. XXXIII. qu. 1. c. 1. 2. 3. 4 reperiuntur.

Impossibilitas coeundi animo et corpore tam impedit contrahendum, quam dirimit contractum [75]). Etenim cum oporteat in matrimonio personas esse legitimas, personae vero non sunt legitimae, [si] non sint legitimae aetatis — aetas vero legitima est, quae solet apta nuptiis deputari, videl. in muliere XII annorum et puero XIV — constat, quod non est matrimonium, ubi haec aetas utrimque non intervenerit. Haec aetas autem in canonibus expressa non est, sed in legibus, colligitur tamen hoc idem ex duobus cap. C. XX. qu. 2 *Puella* (c. 2) et qu. 1 *Firma* (c. 1); quia enim in illo cap. *Puella* dicitur, quod votum filiae non est firmum, nisi post XII annos, in illo vero cap. *Firma* etc. dicitur, quod tunc est firma professio, cum aetas adulta esse coeperit et quae solet apta nuptiis deputari, relinquitur ergo, mulierem huius aetatis esse debere scil. duodennii. Sponsalia vero post VII annum contrahi possunt, ut C. XXX. qu. 2 *Ubi* (c. un.), tempus enim discretionis post VII annum incipit; sed huiusmodi sponsalia neutrum eorum obligant, quoniam, ex quo venerint ad annos legitimos, possunt [76]) contradicere et ita non valebit, quod factum fuerat. Huiusmodi autem sponsalia sunt desponsatio de futuro, et non de praesenti, unde ita describuntur: „Sponsalia sive desponsatio est futurarum nuptiarum promissio"; nuptias appellat maritalem coitum.

c. 4. Comp. I. de purg. canon., App. Conc. Lat. P. ult. c. 57. [74]) In Cod. *ubi*, sive potius *ii*. [75]) In Cod. *ite* pro *tam* et *impedit* loco *dirimit*. [76]) Cod. *qu. ex quo etc. . . . possit*.

Ecce diximus, oportere utrumque esse legitimae aetatis. Si autem unus fuerit legitimae, alter vero citra legitimam aetatem, et contraxerint matrimonium, non erit legitimum, quia non inter coaequales, ut C. XXXII. qu. 2 *Non omnis* (c. 12); verumtamen non licebit adulto recedere a puella, sed puellae licebit recedere, cum ad legitimam aetatem venerit, exemplo illius, quae cum esset ancilla nupserit libero nescienti, ipsa enim ab eo recedere non potest, ille vero potest, et exemplo pupilli, qui alium sibi obligat, se vero non alii.

11. Sequitur de coactione. Coactio alia violenta, alia non; violenta ut corporalis, puta per verbera, per captionem, per attractionem, per evaginationem gladii super caput et huiusmodi; non violenta, puta per minas verborum. Haec non impedit matrimonium, sed prima impedit contrahendum et contractum dividit, ut C. XXXI. qu. 2 *Si verum* (c. 1), *De neptis* (c. 3); ubi enim haec coactio intervenit, consensus excluditur, matrimonium non intenditur. Si qua vero coacta est violenta coactione [in] ipsa desponsatione, et traducta longo tempore stetit cum viro, nec recessit, cum potuit, consensisse videtur, ut C. I. qu. 1 *Constat* (c. 111).

12. Publicae honestatis iustitia et contrahendum impedit et contractum dividit. Attenditur autem in duobus casibus, primo inter relictam sponsi et consanguineos eius, secundo inter sobolem susceptam ex secundis nuptiis et cognatione prioris viri. In primo casu impedit contrahendum et dirimit contractum, ut C. XXVII. qu. 2 *Si quis desponsaverit* (c. 11), *Qui desponsatam* (c. 12), *Si quis uxorem* (c. 14), *Si quis desponsaverit* (c. 15). Ecce enim desponsavit Petrus Bertham, et antequam ei carnaliter iungeretur, mortuus est; de cetero nullus de cognatione Petri poterit eam accipere, et si acceperit, separabitur, ut in illo cap. *Si quis uxorem;* videtur tamen contrarium Benedictus Pp. scribere Gradensi patriarchae dicens: *Lex divinae constitutionis etc.* [77]); sed illud de sponsa de futuro vel de impubere dicitur. Secundus casus publicae honestatis est, cum aliqua mortuo viro transit ad secundas nuptias et ex illis filium vel filiam genuerit; tunc quippe proles ex hac secunda copula non potest copulari consanguineis prioris viri usque in quartam generationem, ut C. XXXV. qu. 10. c. 1. 2. 3. 4; quartam autem generationem i. e. quartum gradum puto computari tantum ex parte viri praemortui, videl. si ei quarto gradu attinebat vel citra, quod ex praedictis capitulis coniici potest; et hoc impedimentum separat contractum.

13. Tempus feriarum est ab adventu Domini usque ad Epiphaniam et a LXX^ma usque in octavam Paschae et tribus hebdomadibus ante nativitatem S. Joannis Baptistae, in quibus temporibus non licet ob reve-

[77]) Cf. c. 18. C. XXVII. qu. 2. et c. 1. Comp. I. de

rentiam dierum nuptias contrahere, et si contractae fuerint, separantur; hoc autem intelligendum est non perpetuo, sed ad tempus. Haec autem reperiuntur in C. XXXIII. qu. 4 *Non oportet* (c. 8), *Non licet* (c. 9), *Non oportet a septuagesima* (c. 10), *Nec uxorem* (c. 11). Et nota, quod cum canon simpliciter dicat „separetur", ecclesiae tamen consuetudo, quae est optima interpres legum et canonum, non habet, ut separetur, nisi ad tempus, propterea quia contra interdictum canonum nupserunt et pro hoc delicto separationis poenitentiam agere debent.

14. Interdictum ecclesiae secundum quorundam doctorum opinionem et impedit contrahendum et contractum dividit. Puta dicebatur de aliqua, quod esset tua consanguinea, nuntiatum est ecclesiae, te velle suscipere eam in uxorem, ecclesia interdicit tibi, ne cum ea contraheres matrimonium, tu vero contra interdictum ecclesiae illam accepisti; secundum praedictos es ab ea separandus perpetuo; quod enim contra interdictum ecclesiae factum est, ratum non haberi, tam divinae quam humanae legis auctoritas proclamat, ut ex decreto Coelestini Pp. misso ecclesiae Florentinae: *Videtur nobis etc.* [78]), ex quo capitulo manifeste colligi videtur, quod sint perpetuo separandi, cum dicat, non esse inter eos matrimonium. Confirmatur hoc idem ex C. XXX. qu. 5 *Aliter* (c. 1), et C. III. qu. 4 *Consanguineorum* (c. 4), et C. XXV. qu. 2 *Imperiali* (c. 13), et Di. X. *Vides* (c. 10). Verum quia Romanae consuetudo ecclesiae sentit in contrarium, non enim eos nisi ad tempus separat, eius consuetudinem veneror, penes quam est canones interpretandi potestas, ut C. XXV. qu. 2 [§] *His ita* (Gratiani dict. ad c. 21?).

Notandum tamen, quia circa matrimonium duo considerantur, videl. et legitimarum [personarum] consensus et sollemnitates contrahendi, quae sollemnitates continentur in C. XXX. qu. 5 *Aliter* (c. 1). Habito itaque respectu ad sollemnitatem dicitur vel non esse matrimonium, vel non esse legitimum, quod legitimis sollemnitatibus non est subnixum, quod tamen respectu consensus matrimonium diceretur. Quod vero cap. Coelestini *Videtur nobis* separat matrimonium, quod post interdictum factum fuerat, non est propter interdictum, sed propterea, quia vir iam aliam acceperat et cognoverat, postea cum vellet aliam accipere, ecclesia interdixit ei propter priorem, ille nihilominus secundam accepit, et ideo propter ligationem, qua ligatus erat priori, separatus est a secunda et redditus priori. Quod autem propter interdictum ecclesiae tantum ad tempus separandum sit matrimonium, colligitur ex decreto Adriani misso Paduano episcopo, quod sic incipit: *Litterae quas nobis etc.* [79]), ubi dicitur de quadam muliere, quae contra interdictum ecclesiae cuidam nupserat, ut in domum matris redire, poenitentiam agere, et ibidem per mensem morari compellatur, postea vero ad suum virum reverti permittatur.

desp. impub. et App. Conc. Later. P. VI. c. 27. [78]) Cf. c. 2. C. XXXV. qu. 6 et c. 1. Comp. I. de matrimonio contra interd. [79]) Cf. c. 2. Comp. I. eod.

Superest secundum promissa de cognatione carnali prosequi, quae in duabus versatur, in consanguinitate et affinitate. De utraque etc. [80])

IV. Expeditis Deo gratias impedimentis matrimonii, superest specialia in matrimonio aliquatenus attemptare.

Sciendum est igitur, quod cum causa matrimonii spiritualis sit, et ideo ad ecclesiasticum iudicem spectet atque per canones debeat definiri, exactio iuramenti de calumnia hic, sicut nec in ceteris causis spiritualibus, locum non habet, ut ex decreto Eugenii Pp. III. misso Arditioni Romanae ecclesiae subdiacono et magistro Omnibono, quod sic incipit: *Litteras dilectionis* [81]) *vestrae etc.* [82]), ubi dicitur, quod Romana ecclesia in his casibus, ubi de spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniae nec dare nec [83]) accipere consuevit.

Item idem potest esse accusator et testis. Debet enim episcopus synodali iuramento de suis parochianis aliquos bonae famae viros constringere [84]), ut matrimonia consanguineorum vel affinium, si scierint, annuntient et consanguinitatem vel affinitatem testificentur, ut C. XXXV. qu. 6 *Episcopus* (c. 7), et ita in matrimonio possunt iidem esse accusatores et testes; sed haec potius denuntiatio quam accusatio dici potest. Altera vero principalium personarum pro teste non recipietur, quia nemo in causa sua est idoneus testis.

Item testes de domo prodeuntes in quolibet m(atrimonio?) recipientur, tam [85]) pro disiungendo quam pro coniungendo. Pater enim et mater pro filio vel filia et contra, et frater [86]) pro fratre vel sorore et contra, et soror pro fratre vel sorore et contra recipientur in testimonium; ipsi enim melius sciunt, et eorum est matrimonio suorum interesse, ut ex decreto Coelestini Pp. misso ecclesiae Florentinae *Videtur nobis etc.* (v. s.) Specialiter autem in consanguinitate vel affinitate testes de eadem parentela esse debent, ut C. XXXV. qu. 6 *Consanguineos* (c. 1); si autem de parentela illa non sunt aliqui, qui veritatem sciant, tunc admittendi sunt alii bonae famae viri et noti, ut testimonium reddant, ut in eodem cap. *Consanguineos* (c. 1), et *Notificamus* (c. 3) continetur.

Hoc etiam ad matrimonium specialiter accedit, quod illi qui separandi sunt iurare debent, se numquam ulterius ad invicem coniungendos nec insimul cohabitaturos [87]), ut C. ead. qu. ead. *Ab isto* (c. 9); debent etiam iurare, quod nec vitam nec membrum alter alteri auferet nec

Coll. Cass. tit. 58. c. 33. [80]) Quae sequuntur de cognatione carnali, utpote verbotenus in Summam ad Lib. IV. tit. 14. § 1—17 a Bernardo recepta, eo magis hic nolui repetere, quod lectionum varietates iam ibi retulerim. [81]) Sic Cod.; in Comp. I. et App. l. c. *benignitatis.* [82]) Cf. c. 3. Comp. I. de iuram. cal., Coll. Cass. tit. 44. c. 2, App. Conc. Lat. P. XXIII. c. 2. [83]) In c. 3. Comp. I. cit. *nunc dare vel*, quod oppido falsum esse Ant. Augustinum non fugit. [84]) Sic legendum esse coniicio; in Cod. legitur: *synodali vel iuramento sacramento de ... viros iuramento constringere.* [85]) Cod. *tamen.* [86]) Cod. *fratrum.* [87]) Cod.

maleficia faciet, quod arguitur ex illo cap. C. XXXII. qu. 1 *De Benedicto* (c. 5).

Inter alia quoque notabilia memoriae occurrit [88]), quod expoliatus a carnali debito non restituitur, si illa [89]) allegaverit causam separationis. Cum enim in causa matrimonii circa salutem animae vertatur periculum, tutius est, ubi alter eorum causam separationis allegaverit, interim non reddere debitum, ne vel fornicatio vel adulterium vel forte incestus inter eos cum tali conscientia intercedat, ideoque tutiorem partem eligens ecclesia pendente causa eis coitum interdicit. Separata vero a cohabitatione mulier tunc quoque ad cohabitationem restituitur, quando coactio vel aliud periculum viri ex parte non timetur, ut C. XXXIII. qu. 2 *Historia* (c. 3); quando vero coactio vel aliud periculum timetur, non restituitur viro, immo si cum eo fuerit, parentibus propriis restituitur, ut C. ead. qu. ead. *Sive* (c. 4). Item si infra X dies post latam de matrimonio sententiam appellatum non fuerit, potest tamen adhuc sententia revocari, propterea, quia ibi periculum animae vertitur, ut colligitur ex C. XXXV. qu. 9. § *Quia* (Grat. dict. ad c. 2), *Quod quis* (c. 3), *Apostolicae* (c. 4), *Sententiam* (c. 6), *Grave* (c. 7).

Quaeritur [90]) autem, an in matrimonio testes sint cogendi ad perhibendum testimonium? Super quo utique variae sunt doctorum opiniones, arbitrantibus quibusdam, eos debere cogi ab ecclesiastico iudice per gladium spiritualem, quod ea ratione dicunt, quia mortaliter peccat, qui scit aliquos contra canones iunctos et tacet, cum probare posset, ut colligitur ex C. II. qu. 7 *Quapropter* (c. 47) ar. per simile (?) et C. XXII. qu. 1 *Si quis per capillum* (c. 10). Cum ergo pro quolibet mortali peccato, dummodo constet ecclesiae, debeat quis excommunicari, nisi resipiscat, ut C. VI. qu. 1 *Illi qui* (c. 3), constat istos debere cogi ad testimonium, ne tacendo mortaliter peccent; consentire enim videntur tacendo, nec [91]) velle liberare coniunctos illos a morte animae; confirmant hoc idem ex C. XI. qu. 3 *Quisquis metu* (c. 80), *Nolite timere* (c. 86), et C. XIV. qu. 2 *Quamquam* (c. 2). Alii vero ecclesiae consuetudinem aemulantes dicunt, eos ab ecclesiastico iudice non cogi, sed moneri debere, quod confirmant ex decreto Alexandri Pp. III. misso Curiensi Episcopo, quod sic incipit: *Ideo inter alios* [92]); confirmatur hoc idem ex C. XXXV. qu. 6 *Notificamus* (c. 3); ad obiecta vero iis [93]) respondent dicentes, eos teneri ad confitendum, non autem ad iuramentum testium subeundum. Quid ergo faciendum est? Recurrendum est certe ad iudicem secularem, qui legum auctoritate eos debet cogere ad perhibendum testimonium veritatis; hanc sententiam fateor in meo animo valere.

Haec ego Bernardus tibi paucula [94]) verba notavi,
Quae non parta putes absque labore gravi [95]).

---

cohabitatores. [88]) Cod. *Item alia quaequae . . . occurrunt.* [89]) Cod. *illam.* [90]) In Cod. *vertitur.* [91]) Cod. *ne.* [92]) Cf. c. 7. Comp. I. de purg. canon. et Coll.

II.

BERNARDI SUMMA DE ELECTIONE.

Quamquam plerique multimode laudis gloriam assequantur, qui brevem sententiam multis et perspicuis verbis explicuerunt, id tamen laboriosius esse coniecto, quod me rogat socialis et amica petitio, magnam videl. summam compendiosis comprendere sermonibus et quasi quodam obstrusam involucro aperto stilo reserare sententiam. Et licet in re obscura tutius esset, alios audire quam dicere, intimae tamen dilectionis respectu, cum nihil honestum negandum est postulanti [1]), accingor. De electione igitur Christo dante tractaturus, quid sit electio, a quibus et de qualibus [2]) personis, et qualiter fieri debeat et facta confirmari, enucleare intendo.

I. Est autem electio alicuius personae ad religiosam domum, praebendam, dignitatem vel administrationem canonice facta vocatio. Quod si non canonice fiat, de iure non dicetur electio, sed de facto, et ab superiori iudice poterit irritari, ut colligitur ex Di. LVI. *Apostolica* (c. 12), et Di. LXII. *Nulla ratio* (c. 1), *Nullus in episcopum* (c. 3); quod enim contra canones factum est, per canones dissolvi meretur, ut Di. X. *Vides* (c. 10), et C. XXV. qu. 2 *Imperiali* (c. 13), et ar. C. X. qu. 2 *Casellas* (c. 1) in fine et ar. C. XVII. qu. 4 *Questi sunt* (c. 41), et infra extr. de interdicto ecclesiae *Videtur nobis* [3]). Nomine autem religiosae domus ecclesiae, monasteria et hospitalia intelliguntur, quia religionis amore ac divino intuitu construuntur; ecclesiae, ut C. X. qu. 2 *Imperator* [4]) (c. 2), monasteria, ut C. XVI. qu. 4 *Neque decennii* (c. 3), hospitalia, ut C. I. qu. 7 *Ipsum* [5]). Praebenda vero est ius perpetuo consequendi

---

Cass. tit. 41. c. 4. [93]) Cod. *vobis.* [94]) Cod. *pocula.* [95]) Quae in Cod. Pa. de quatuor casibus adduntur, in quibus vir nequeat uxorem de adulterio accusare, scil. ubi ipse aut fornicandi materiam praebuerit aut adulteratus, fuerit, vel si mulier aut vim passa sit aut a barbaris capta, cum non a Bernardo, sed a librario mihi videantur adiecta, in summulae contextum recipere nolui.

[1]) Cod. sic: *honestum ne grandum est postulantis.* [2]) Cod. *qualibet.* [3]) Coll. Par. tit. 88. c. 1; cf. c. 1. Comp. I. de matr. c. interd. [4]) Isto de capitulo, quam saepissime a Bernardo in Summa decret. laudato, cf. quae admonui ad Lib. III. tit. 11. not. 13. [5]) In litteris ad me datis, Maassenius adnotat, pro *ipsum* fortasse legendum esse *episcopum*, viderique Bernardum, tam hoc loco et infra, ubi ad idem cap. remittit, sed adiectis verbis *per peccatum*, quam in Summa decretalium Lib. III. tit. 31 illa prae oculis habuisse, quae in c. 2. qu. 7 cit. § 4 *Episcopum qui per pecuniam* et in §§ sqq. de cura et dispensatione

victum et vestitum de ecclesia; quod si quis alterum tantum habet, integram praebendam non habet, cum de altario, cui servit, victum et vestitum habere debeat, ut C. XII. qu. 1 c. *Clericus qui Christi* (c. 5) in fine, c. *Episcopus ecclesiasticarum* (c. 23); ideo vero dixi „perpetuo", quia, si ad tempus tantum, [non] praebenda [6]), sed beneficium dici debet; praebenda enim debet esse perpetua, ut colligitur ex Di. LXX. *Sanctorum canonum* (c. 2), et ar. C. XVI. qu. ult. *Inventum* (c. 38).

II. Sequitur, a quibus electio fieri debeat, explicare. Notandum est igitur, quod in electione tria consideranda occurrunt, potestas eligendi, qualitas electi et forma electionis.

I. De potestate eligendi. § 1. Sane si ecclesia collegium habet, ipsius collegii est electio, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), *Vota civium* (c. 27), et hoc quidem verum est de praelati electione; idem iuris erit, si ad fraternam societatem aliquis eligatur; tunc enim a fratribus est eligendus. Quod autem de praelati electione dicitur, in aliorum electionibus ad consequentiam est trahendum, ut Di. LXIII. *Omnis* (c. 7), sicut econverso forma electionis subditorum ad consequentiam trahitur in electione praelatorum, ut Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1). Porro si ecclesia unum tantum clericum habet, ipse debet eligere ad instar episcopi, qui solus in provincia remansit, ut Di. LXV. *Si forte* (c. 9). Si vero ecclesia collegium vel clericum aliquem non habet, patroni est electio, ut C. XVI. qu. 7 *Monasterium* (c. 33), et qu. 5 *Si quis episcoporum* (c. 1). Generaliter autem hoc scire debemus, praelatum ab illis clericis esse eligendum, quibus praeficitur, ut infra extr. de electione *Si archiepiscopus* [7]), et Di. LXI. *Nullus invitis* (c. 13) in fine. Attendendum est quoque, quod aliquando episcopus dicitur eligere, aliquando populus, ut C. XVI. qu. 1 *Sic vive* (c. 26), *Si quis monachus* (c. 28); cumque aliud sit postulari, aliud eligi, ut Di. LXI. *Sed aliud* (Grat. dict. ad c. 10), qui postulatur etiam eligi dicitur, ut Di. LXIII. *Valentinianus* (c. 3). Ne igitur haec supradictis aliquatenus obviare videantur, sciendum est, quod, ut diximus, clericorum est eligere, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), *Vota* (c. 27), et Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1), et infra extr. tit. de electione *Nullus in ecclesia* [8]); item clericorum est postulare est alienum clericum, ut Di. LXIII. *Litteras caritatis* (c. 14); reperitur etiam episcopus postulare, ut Di. LXXI. *Fraternitatem* (c. 5). Dicendum itaque sine melioris sententiae praeiudicio, quod ab utrisque debeat postulari; cum enim canonici alienum clericum in praepositum volunt eligere, ad suum episcopum debent recurrere, eique suo indicato proposito episcopus suas et canonicorum postulatorias litteras illius episcopo debet destinare. Populi vero est consentire, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12),

religiosarum domuum ab episcopis committenda necnon de ecclesiis per seculares potestates non obtinendis proferuntur. [6]) Cod. *praebendam*, omisso *non*. [7]) Coll. Par. tit. 10. c. 3; cf. c. 9. I. 4. Comp. I. [8]) Coll. Par. tit. 10. c. 1;

hoc idem est patroni in ecclesia, quae habet collegium, ut arguitur ex C. XVIII. qu. 2 *Abbatem* (c. 4). Confirmatio vero ad maiorem pertinet, ut Di. LXIV. c. 1. et C. I. qu. 1 *Ordinationes* (c. 113). Est igitur electio postulantium, ut Di. LXIII. *Valentinianus* (c. 3); est consentientium, ut Di. LXIII. *Episcopos* (c. 13); est eligentium, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), et haec proprie dicitur electio; est et confirmantium, ut C. XVI. qu. 1 *Si quis monachus* (c. 28).

§ 2. Hic oritur quaestio ex praemissis ducens originem. Diximus enim, quod ille qui eligitur ab his, quibus praeficitur, est eligendus; quaeritur ergo, an ad electionem archipresbyteri plebanive sufficiat canonicorum capitulum, an eidem electioni capellani parochiarum debeant interesse? Pro canonicis facere videtur, quod cum sint unum collegium, liberam debent habere potestatem, sibi eligere dominum, et liberum de eo, qui eos recturus est, habere iudicium, ut Di. LXI. *Nullus invitis* (c. 13) et infra extr. tit. de electione *Nullus in ecclesia* (v. s.) et ar. Di. LXIII. *Si in plebibus* (c. 20); hoc etiam dici potest ad instar venditionis rei ecclesiasticae, ubi sufficit ibidem deservientium consensus adhibitis aliis sollemnitatibus, ut C. X. qu. 2 *Imperator* (c. 2) et C. XII. qu. 2 *Placuit ut presbyteri* (c. 51) ar. per contrarium. Pro capellanis autem facere videtur, quia ille qui praeest ab omnibus, quibus praeest, est eligendus, ut infra extr. tit. de electione *Si archiepiscopus* (v. s.) et Di. LXIII. *Plebs Diotrensis* (c. 11), *Metropolitano* (c. 19), ut (et?) C. VII. qu. 1 *Quamvis* (c. 14); item ad instar electionis episcopi, a qua religiosi viri excludi non debent, ut Di. LXIII. *Obeuntibus* (c. 35). Sane dicendum videtur, capellanos huic electioni interesse ac eorum consensum exquiri debere, canonicos tamen in electione primam vocem habere, quod ex illo cap. *Obeuntibus* satis aperte colligitur; si autem super hoc alia fuerit consuetudo ecclesiae, ipsa vigorem obtineat, ut Di. XXXII. *Placuit* (c. 13), et Di. LXXXIV. *Cum de quorundam* (c. 4), et Di. LXXVI. *Utinam* (c. 11).

§ 3. Subsequenter quoque super episcopi electione hoc dubitale invenitur, an videl. ad hanc electionem clerici urbis et villarum debeant a maioris ecclesiae canonicis advocari, cum secundum praecedentem regulam ille qui praeest ab omnibus, quibus praeest, sit eligendus; quod si usque quaque protenditur, iam ad electionem Romani pontificis omnes, qui sunt in mundo, admittentur clerici, cum ex ipsa electione omnibus praeponatur. Super quo utique mihi taliter videtur respondendum, quod episcopalis ecclesiae clerus abbates et alios ecclesiarum praelatos, sive civitatis sive villarum, et capellanos civitatis saltem maioris ad electionem episcopi debeant advocare, illos videl., qui episcopo specialiter [9]) rationem reddere tenentur, et eorum viritim est exquirendus consensus. Praelati enim ecclesiarum et capellani civitatis, nisi aliis ecclesiis sub-

c. 1. I. 4. Comp. I. [9]) In Cod. *spualiter*, sed *spiritualiter* minus aptum foret.

diti sint, episcopo specialiter respondere tenentur; qui vero aliis ecclesiis subditi sunt, ut parochiales capellani plebibus, ipsi capitulo plebis debent reddere rationem; quod si capitulo plebis fuerint inobedientes, tunc demum est ad episcopum recurrendum. Ipse autem archipresbyter ab episcopo est in suis excessibus corrigendus, et ideo ei specialiter respondebit, exemplo abbatis, ad quem pertinet specialiter suorum correctio monachorum, ipse autem est ab episcopo corrigendus, ut C. XVIII. qu. 2 *Si quis abbas* (c. 15), *Abbates pro humilitate* (c. 16). Quod autem dictum est, electioni episcopi eos interesse debere, qui debent episcopo specialiter respondere, argui potest ad instar electionis archiepiscopi, in qua episcopi, qui specialiter respondent archiepiscopo, debent de iure canonico interesse, ut Di. LXIII. *Metropolitano* (c. 19), et Di. LXVI. *Archiepiscopus* (c. 1), et infra extr. tit. de electione *Si archiepiscopus* (v. s.). Si quis autem obiiciat, maioris ecclesiae canonicos non specialiter episcopo, sed praelato suo respondere debere, ideoque ipsos abbates ab hac electione contendat excludi, acute quidem movet [10]), sed aliam meam [11]), si placet, huius facti rationem attendat. Licet enim episcopus toti episcopio [12]) praeficiatur, specialius tamen episcopali praeficitur [13]) ecclesiae, tum quia ad eius vocabulum intitulatur, ut Di. XCII. *Si quis episcopus* (c. 4. 5. 7 et 8), et Di. LXXX. *Episcopis* (c. 3), tum etiam, quia res, quas in episcopatu habet, ipsius ecclesiae esse dicuntur, ut C. XVI. qu. 1 *Similiter et hoc* (c. 58). Hinc etiam est, quod ordinationes, promotiones, alienationes, iudicia, ab episcopis si non consensu canonicorum factae, irritae sunt, ut Di. XXIV. *Episcopus* (c. 6), et C. XII. qu. 2 *Alienationes* (c. 37), *Placuit ut presbyteri* (c. 51), C. XV. qu. 7 *Episcopus nullius* (c. 6), et Di. LXXXVI. *Si quid vero* (c. 23), nisi postea canonici alienationi consentiant, ut infra extr. tit. de capellis monachorum *Cum nos tibi iam pridem* [14]).

§ 4. Ad haec, cum religiosi clerici, sicut praedictum est, electioni futuri pontificis debeant interesse, ut Di. LXIII. *Obeuntibus* (c. 35), quaeritur, si in illa electione a canonicis discordaverint, et canonicis unanimiter eligentibus vel contradixerint vel alium elegerint, quid sit in talibus iudicandum? Plane videtur dicendum, ut, quia canonici primam vocem in electione habent, eorum debeat sententia praevalere, ad instar eius, quod dicitur de electione Romani pontificis, ut Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1), et exemplo illius, quod dicitur de populo ad consensum electionis vocando, qui si contradixerit, docendus erit, non sequendus, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12); plus enim obesse debet, cum quis absens contemnitur, quam si praesens contradicat, et arguitur ex Di. LXIII. *Obeuntibus* (c. 35), et Di. LXV. *Sane* (c. 1).

[10]) Cod. *moletur*. [11]) Cod. *aitu mecum*. [12]) Cod. *episcopo*, quod in *episcopatu* transmutare nolui, licet mox eo utatur Bernardus, sit *episcopium* rariusque. [13]) Cod. *praeferatur* et *praefertur*. [14]) Coll. Par. tit. 61. c. 1; cf. c. 3. III. 9.

§ 5. Quaerendum forte videbitur, cur primates et patriarchae aliique, qui specialiter Romano pontifici reddituri sunt rationem, ad eius non vocantur electionem? Hic autem cavendum est, ne in Petrum contumeliosi existentes lingua transeunte per terram os in coelum ponamus, ne, si de iure canonico haec necessitas imponitur, et privilegium Romanae ecclesiae minuatur et vocandis gravamen non modicum imponatur, cum etiam, si de consuetudine esset, propter ecclesiarum gravamen esset non immerito remittendum, ut infra extr. tit. de consuetudine *Consuetudines* [15]).

§ 6. Iam nunc de archidiaconi electione aliquid duximus inserendum, ne, si taceatur, aut ignorantiae aut negligentiae debeat imputari; videamus igitur, a quibus sit archidiaconus eligendus. Super quo utique canonum censura discordare videtur; alii namque episcopo, alii canonicis huius electionis videntur tribuere facultatem. Aperta est enim et nota canonis illius sententia, quae auctoritate pontificali in archidiaconi, primicerii ac thesaurarii sollicitudine clericorum ministeria statuit dividenda, ut Di. XXV. *Perlectis* (c. 1. § 10), unde colligi videtur, archidiaconi electionem ad episcopum pertinere. Apertius etiam pro episcopo loquitur Agathense concilium [in] Di. LXXIV. *Episcoporum* (c. 5. § 1); item cum archidiaconus vicarius sit episcopi, ut infra extr. tit. de offic. archidiac. *Ut archidiaconus* [16]), vicarius autem sive legatus ab eo, cuius vicem supplere debet, est eligendus, ut Di. XCIV *Valde* (c. 1), constat ergo electionem archidiaconi ab episcopo fieri debere. Quod vero a canonicis sit archidiaconus eligendus, prior regula insinuare videtur, qua dicitur, quod ille qui praeest ab his, quibus praeest, eligi debeat, ut infra extr. tit. de electione *Si archiepiscopus*, et illud: „liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium," ut Di. LXI. *Nullus invitis* (c. 13); manifestissime quoque diaconibus haec potestas conferri videtur, ubi dicitur, quod diaconi eligant de se, quem archidiaconum nominent, ut Di. XCIII. *Legimus* (c. 24. § 1). Sane super hac electione mihi videtur, debere canonicos triumphare, cum ad subditos eligere, ad praelatos autem pertineat confirmare, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), et Di. LXXIII. c. 1, nec duplici officio fungi debet episcopus, electionis scil. et confirmationis; duo enim officia nequaquam uni personae sunt [17]) committenda, ut Di. LXXXIX. *Singula* (c. 1). Absit enim a fidelibus, hoc sibi velle quempiam arripere, unde fratrum suorum honorem imminuere videatur, ut Di. XCIX. *Nullus patriarcharum* (c. 4); quod faceret episcopus, si electionem archidiaconi canonicis auferre niteretur. Quod vero dictum est, auctoritate pontificali esse ministerium archidiacono committendum, de auctoritate [18]) dumtaxat confirmationis, et non electionis accipimus. Si-

Comp. I. [15]) Coll. Par. tit. 1. c. 1; cf. c. 1. I. 3. Comp. I. [16]) Coll. Par. tit. 5. c. 1; cf. c. 2. I. 15. Comp. I. [17]) Licet Cod. habeat *fuerant*, id tamen ex cap. a Bernardo laudati auctoritate in *sunt* convertere haud dubitavi. [18]) Cod.

militer quod dicitur in illo cap. *Episcoporum* Di. LXXIV., dicimus de electione confirmantium intelligi, de qua supra dictum est; vel possumus dicere, quod non datur ibi potestas episcopo eligendi archidiaconum, sed [18]) coadiutorem, qui propter simplicitatem naturae ipsi archidiacono fuerat sociandus, ad instar eius, quod [19]) dicitur de episcopo C. VII. qu. 1 *Quia frater* (c. 18). Quod iterum de vicaria potestate obiicitur, dicendum videtur, quod vicaria potestas habetur quandoque auctoritate legationis, quandoque officio dignitatis, legationis, ut Di. XCIV. *Valde* (c. 1), dignitatis, ut infra extr. tit. de offic. archidiac. *Ut archidiaconus* [21]); qui autem habet [22]) auctoritate legationis, non acquirit aliquam specialem praebendam vel perpetuam dignitatem specialiter super aliquam ecclesiam, sed tantum supplet vices eius, cuius legatione fungitur, et ideo non mirum, si ab eo eligitur; qui vero habet ex officio dignitatis, specialem acquirit praebendam et perpetuam dignitatem specialiter super aliquam ecclesiam, et ideo ab eis, quibus praeficitur, secundum regulam praedictam est eligendus.

§ 7. Dum constet ex praedictis, electionem semper a subditis faciendam, quaeritur, an, ex quo semel elegerint, possint resilire, et quod fecerint in irritum revocare. Et quidem videtur, quod ante confirmationem possint quod fecerant revocare, quia non sufficit consentire, nisi duret consensus, ut acute colligitur ex Di. LXIII. *Quanto* (c. 10); confirmatur hoc idem ex C. XXXIII. qu. 3 *Divortium* (c. 21 de poenit. Di. I.) [23]), et infra extr. tit. de pueris, qui tonsurantur *Ad nostram* [24]), ubi dicitur, quod si quis sine probatione monasticum induit habitum et infra triduum deposuit, non tenetur ad illum. Econtra vero, quod revocare non possint, duplici ratione videtur, tum quia contra factum suum venire non possunt, ut praesumitur ex C. XII. qu. 2 *Monemus* (c. 18) [25]), et ar. C. XX. qu. 2 *Puella* [verb.]: „*nec ipsa etc.*“ (c. 2) [26]), et ar. C. XXXI. qu. 3 *Si qui parentes* (c. un.) et ar. C. XXXIII. qu. 5 *Mulier* (c. 3), tum etiam, quia, ex quo semel consenserunt, non possunt postea dissentire,

est auctoritatem. [18]) In Cod. hae occurrunt litterae *abr.* [20]) Cod. habet *eiusdem dicitur*, moxque remittit ad c. *quia super*, quod nullibi extat. [21]) Coll. Par. tit. 5. c. 1; cf. c. 2. I. 15. Comp. I. [22]) Cod. tam hic quam infra *quae habetur*, sed vitiose. [23]) In Cod. sic: *Di. XXVIII. qu. 3 Divortium;* atvero, quod sic incipiat, cum nullum in toto Decreto extet capitulum praeter c. 21 cit., haud improbabitur, quod *Di. XXVIII.* in C. XXXIII. commutaverim, neque quemquam fugiet, ea, quam Bernardus hic sequitur laudandi formam, satis evinci, quod Tractatus de poenitentia in Distinctiones divisio, quae in Bernardi summa decretalium toties quoties, atque in ipsius de matrimonio summula semel bisve occurrit, tunc temporis nondum in communem usum transierit, neque in omnibus Decreti codicibus fuerit observata. [24]) Coll. Par. tit. 68. c. 2; cf. c. 8. III. 27. Comp. I. [25]) Quid sibi voluerit Bernardus in hoc cap. allegando, equidem non video; sed unicum est, quod eiusmodi similisve initii exhibet Gratianus. [26]) In Cod. *puella nec ipsa;* cum vero non detur in Decreto, quod sic incipiat capitulum, moxque Bernardus simili modo ea speciatim referat, quae ex cap. cit. in mente habuerit verba, emendationi

ut colligitur ex Di. LXXII. *Placuit* (c. 3) et C. VIII. qu. 2 *Dilectissimi* (c. 2), et ar. C. X. qu. 3 *Relatum* (c. 9) et C. XX. qu. 3 *Eos qui* (c. 3), et C. XXXII. qu. 5 *Horrendus* (c. 17). Super hoc autem dicunt plerique, referre, an ipsa electio sit subscripta, vel coram episcopo vel in publico pronuntiata, quae pronuntiatio, ut dicunt, valet pro subscriptione, ut colligi potest ex Di. XCVI. *Bene quidem* verb.: „*interfuisse vel propria subscriptione etc.*“ (c. 1. § 5), et tunc dicunt clericos eam revocare non posse, an ipsa electio nondum sit subscripta, vel coram episcopo vel in publico pronuntiata, et tunc fatentur eos posse revocare, ut colligi videtur ex Di. LXIII. *Quanto* (c. 10). Mihi autem sine melioris praeiudicio sententiae dicendum videtur, quod, ex quo canonice facta electio saltem in capitulo fratrum pronuntiata fuerit, sive subscripta est sive non subscripta, dummodo populus non contradicat, cuius est electioni consentire, iam non licebit clericis mutare electionis arbitrium, ne argui possint inconstantiae ac levitatis, praesertim cum suo semel sint functi officio, ad instar eius, quod dicitur de iudice, qui post datam sententiam eam mutare non potest, ut Dig. de re iudicata L. *Paulus* (L. 42), et exemplo eius, quod dicitur de iudice delegato, qui ex quo sententiam executioni mandavit vel mandari praecepit, eius iurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus, ut infra extr. tit. de officio iudic. delegati *In litteris quas* [27]), licet ei, quod de ordinario iudice diximus, contrarium videatur, quod habetur in C. XI. qu. 3. c. *Cum apud* (c. 69) [28]), et C. XXXV. qu. 9 *Apostolicae* (c. 4) et *Sententiam* (c. 6). Sed quod dicitur in illo cap. *Cum apud*, forte vigorem non obtinet, cum sit de legibus Theodosianis, vel speciale est in sententia poenae; quod item dicitur in illo cap. *Apostolicae*, intelligendum est de rescriptis, quae dantur sub illa conditione, si preces veritate nitantur, et ideo mutari possunt non extante conditione; illud vere cap. *Sententiam* loquitur de eo casu, cum iudex falsis testibus vel falso est instrumento deceptus, quo casu sententia mutari potest, ut Cod. de fide instrum. L. ult. Hoc autem maxime, quia ex electione aliquid iuris videtur acquisisse electus, quod inde apparet, quia confirmationem petere potest, et eius episcopus electionem confirmare debebit, ut Di. LXV. *De persona* (c. 4) et infra extr. tit. de electione *Sicut iustas* [29]) et Di. XXIII. *Illud* (c. 5).

Quod autem ex diverso est in superioribus allegatum, consensum videl. perdurare debere, satis perdurat, si usque ad debitum finem durat, scil. usque ad pronuntiationem. Si autem obiicitur, hanc solutionem in

locum dandum esse putavi. [27]) Coll. Par. tit. 34. c. 5, et tit. 10. (de elect.) c. 5; cf. c. 14. I. 21. Comp. I. [28]) In Cod. Pa. tam hic quam mox *Cum cap̄.;* sed c. *Cum caput* (15) C. XXXIV. qu. 5, quod unicum est totius Decreti, nihil ad rem facit, et quae mox ex eo, quod in mente habuit, ipse profert Bernardus capitulo, clarissime docent, librarium falso pro c. *ap̄.* legisse c. *cap̄.* [29]) Coll. Par. tit. 10. c. 4; cf. c. 13. I. 4. Comp. I.

illo cap. *Quanto* (c. 10. Di. LXIII.) locum non habere, cum ipsi iam electionem pronuntiassent et tamen consensus perduratio fuerat inquirenda, forte dici poterit, ipsos nondum elegisse, verum futurae electionis vota Romano pontifici innotuisse, vel quod videri poterit, quia minus canonice facta fuit electio, cum ex consensu populi non fuerit pronuntiata, ut Di. LXII. *Nulla ratio* (c. 1) et Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), *Episcopos* (c. 13), ideo necessaria fuerat consensus perduratio, ne populo non consentiente atque clericis ratione communis utilitatis vota mutantibus irrita videatur electio, cum ex electione non canonice facta nihil iuris perveniat ad electum, ut Di. LXII. *Nullus in episcopum* (c. 3); iuvatur autem haec expositio ex Di. XXVIII. *De Syracusanae* (c. 13). Ad hoc vero, quod de consensus perduratione diximus, contrarium videri poterit, quod legitur de voventibus Di. XXVII. *Si nupserit* (c. 5) et quod legitur de contrahentibus matrimonium, ut C. XXXII. qu. 5 *Horrendus* (c. 57); sed notandum, quod quaedam sunt, quae solo consensu contrahuntur, ut votum et matrimonium, ut C. XXVII. qu. 2. § 1. (dict. Grat. ad princ.), quaedam, in quibus consensus non sufficit, nisi aliae sollemnitates addantur, ut electio, sicut in Di. LXIII. in omnibus fere capitulis tam plane quam plene ostendi potest. Sed nec obiicias cap. extr. Alexandri de pueris qui tonsurantur, quod sic incipit: *Ad nostram noveris* [30]); illud enim admittitur, quia contra formam canonum fuerant sine probatione recepti, quod fieri non debet, ut C. XVII. qu. 2 *Consaldus* (c. 1) et C. XIX. qu. 3 *Monasteriis* (c. 6).

§ 8. Praeter haec autem inquisitione dignum videtur, an absentis clerici consensus in electione est requirendus. Quod inde videtur, quia absenti clerico is qui eligitur est praeficiendus, si ad dignitatem promovetur, semper autem ille qui praeest [est] ab omnibus, quibus praeest, eligendus, ut infra extr. tit. de electione *Si archiepiscopus* (v. s.) et Di. LXI. *Nullus invitis* (c. 13); item cum hoc sit de iure istius, ut debeat exquiri consensus eius in electione, hoc iure privari non debet per absentiam, cum non sit absens per contumaciam, ut ar. C. III. qu. 9 *Omnia* (c. 4). Suffragatur etiam huic parti consensus Mediolanensium Ianuae positorum in electione archiepiscopi exquisitus, ut Di. LXIII. *Quanto* (c. 10), et consensus absentium suffraganeorum in episcopi consecratione per metropolitani litteras requirendus, ut Di. LXV. *Non debet* (c. 2) et Di. LXIV. cap. 1. 2. 3 et 6. Tertio etiam, si maior pars absens fuerit, hac ratione minor pars habebit potentiam eligendi, quod esse nequit, ad instar eius, quod dicitur Di. LXV. *Sane* (c. 1), *Non debet episcopus* (c. 2). Pro alia vero parte facit tum consuetudinis auctoritas, tum gravamen ecclesiarum. Non enim habet consuetudo tales ad electionem vocari, uniuscuiusque autem ecclesiae consuetudo, dummodo non sit veteri vel novo testamento contraria vel per expressum canonem extirpata, firmiter

[30]) Coll. Par. tit. 68. c. 2; cf. c. 8. III. 27. Comp. I. [31]) Cod. *sustinere*, quo servato

est tenenda, et usque ad sanguinem defendenda, ut Di. XI. *Consuetudinem* (c. 6), *In his* (c. 7), *Catholica* (c. 8), et Di. XII. *Scit sancta* (c. 3), *Illa autem* (c. 11), et Di. XXXII. *Placuit* (c. 13), et Di. LXXVI. *Utinam* (c. 11), et Di. LXXXIX. *Cum de quorundam* (c. 4). Accedit quoque ad huius partis auxilium ecclesiae gravamen non modicum, quia, si hoc passim admittimus, magnum proculdubio impedimentum ecclesiis apportamus, quia in absentium vocatione et pro nuntiis dispendium et interim ex praelati defectu grave potest sustineri [31]) incommodum; gravamen autem ecclesiarum quanta possumus est cura cavendum, tum exemplo Apostoli, qui, ne quem gravaret, manibus laborabat, tum ex [32]) canonum auctoritate, ut C. I. qu. 1 *Nullus episcopus* (c. 124), et C. X. qu. 3 *Quia* (c. 6), *Inter cetera* (c. 8), et C. XVI. qu. ult. *Ecclesias* (c. 28), et ad instar eius, quod diximus de consuetudinibus gravamen ecclesiis inferentibus, ut infra extr. tit. de consuetudine *Consuetudines* (v. s.). Ad haec autem nonnulli arbitrantur interiectam contrarietatem tali posse rationabili distinctione decidere, dicentes referre, an ille, qui abest, est absens pro ecclesiae utilitatibus, an pro suis commodis propriis. Primo casu dicunt, eius arbitrium ad electionem expectandum vel requirendum exemplo Mediolanensium, qui pro utilitate ecclesiae Ianuae morabantur, ut Di. LXIII. *Quanto* (c. 10); secundo vero casu absentis arbitrium non exspectant; debet enim eis obesse, qui potius secularibus student lucris, quam servitio Dei parent [33]), ut C. VII. qu. 1 *Si quis in clero* (c. 29). Maioris autem aequitatis videtur distinguere, an fuerit quis absens ex licentia, an sine licentia; cum autem ex licentia, tunc eius est requirendus consensus, nisi ita longe fuerit, ut sine magno ecclesiae detrimento inquiri non possit, exemplo illius, quod dicitur de pontificibus per Toletanum episcopum subrogandis, ut Di. LXIII. *Cum longe* (c. 25); cum autem sine licentia recessit, iam tamquam per contumaciam et contemtum absens videtur, et ideo non est arbitrium eius perquirendum, a simili eius, qui ex contemtu recessit a synodo, ut C. XI. qu. 3 *Certum* (c. 43), et a simili eius, quod dicitur de contumace C. III. qu. 9 *Decernimus* (c. 10), et a simili eius, quod dicitur de sacerdote ultra impetratam licentiam absente, ut ar. C. VII. qu. 1 *Praesentium* (c. 1). Quae igitur in contrarium allegantur, eatenus vires habent, ut circa utilitatem ecclesiae nihil contingat iniquum.

§ 9. Post haec de dissensionibus partium videtur non immerito inserendum, ut videlicet, cum partes dissenserint, et haec pars unum, illa vero alium elegerit, quae pars obtinere debeat, reseretur. Super quo utique, quamquam sic plene in decretorum summis Di. XXIII. c. *In nomine Domini* (c. 1) reperiatur, ut adiectione non egeat plenitudo, et supervacuis videatur laborare impendiis, qui solem certat facibus adiuvare, placuit tamen eximio et eloquenti meo doctori magistro Ioanni

quia in *quae*, et *potest* in *possunt* vel *possent* commutari necesse erit. [32]) Cod. *et*. [33]) Cod.

distinctionem illam sub quodam colligere compendio. Ait enim: „In dissensionibus partium eligentium circa personas tria sunt attendenda, videl. numerus et bonus zelus et dignitas vel auctoritas; quaecumque autem pars duobus horum praeeminet, in electione debet obtinere.“ Huic autem adiiciendum putavi: quod si in his omnibus partes pares fuerint, erit ad superiorem iudicem recurrendum, cuius est confirmatio, et ipse illum debebit praeficere, quem utilitati ecclesiasticae magis viderit expedire, ut Di. LXIII. *Obeuntibus* [34]) (c. 53), nisi forte altera ad maiorem iudicem duxerit appellandum; si autem utraque pars malo voto ducitur, electio utriusque cassatur, ut Di. LXXIX. *Si duo* (c. 8). Illud quoque notandum, quod quantumcunque pars bono zelo ducatur, quantave dignitate polleat, si aliquid est, quod electo [35]) iuste possit opponi, eius electio poterit irritari, ut Di. XXIII. *Illud* (c. 5).

II. Sequitur ordine praemisso de electi vel eligendi qualitate disserere. In eligendi vel electi persona tria consideranda (?) occurrunt, vita videl., scientia et integritas.

§ 1. Vita in duobus attenditur, ut inpolluta sit conscientia, et bona sit fama; duo enim nobis sunt necessaria, conscientia propter nos, fama propter proximos, ut C. XI. qu. 3 *Non sunt audiendi* (c. 56), et C. XII. qu. 1 *Nolo* (c. 10). Sit igitur conscientia inpolluta, ne ullius criminis conscientia mentem mordeat, ut Di. XXV. *Nunc autem* (Grat. dict. ad c. 3?); perferens enim memorandi criminis labem non habet lucidam sacerdotii dignitatem, ut Di. LXI. *In sacerdotibus* (c. 2). Sit et fama illaesa; oportet enim illum bonum habere testimonium, non solum ab his, qui intus sunt, verum et ab his, qui foris sunt, ut dicit Apostolus in epistola ad Timotheum. Oportet igitur eligendum esse sine omni crimine, non solum tempore electionis, sed etiam, ut numquam post baptismum crimen aliquod habuerit, ut Di. XXV. c. *Primum* (c. 6), et Di. L. *Illud quoque* (c. 66), et C. I. qu. 7 *Si quis omnem traditionem* (c. 2). Si autem aliquid istorum habuerit, et tamen in criminibus electus fuerit, cassabitur electio et cessabit a clero, ut Di. L. *Illud quoque* et Di. LXXXI. *Si qui sine* (c. 4); crimen autem est mortale peccatum accusatione et damnatione dignissimum, ut Di. LXXXI. *Apostolus* (c. 1).

§ 2. Scientia quoque praelati est necessaria; haec autem circa duo versatur. Constat enim in administratione temporalium, ut Di. XXXIX. *Petrus* (c. un.) et in reseratione [36]) spiritualium, scil. ut sacras scripturas sciat et intelligat, ut Di. XXXVIII. *Ignorantia* (c. 1), *Nulli* (c. 4), *Quae ipsis* (c. 5), *Si iuxta* (c. 9), et Di. XXXVI. *Qui ecclesiasticis* (c. 2); non solum autem intelligendi, sed et docendi scientia ei est necessaria, ut Di. XLIII. *Dispensatio* (c. 5). Inter alia quoque integritas intrinsecae

parere. [34]) Sic Cod., nec tamen quidquam hoc capitulum ad rem facit, de qua agit Bernardus, qui fortasse ad c. 36 *Si forte* voluit remittere, ubi re vera de votorum divisione sermo est. [35]) Cod. *electio.* [36]) Cod. *reservatione.*

vel extrinsecae praerogativae eligendi est opportuna. Intrinsecae, ne sit illitteratus, vel bigamus, vel viduae vel corruptae maritus, vel servilis conditionis, ut Di. XXXIV. *Praecipimus* (c. 10), et Di. XXXVI. *Illiteratos* (c. 1); non sit neophytus, ut Di. XLVIII. c. 1 et 2, nisi forte causa prohibitionis desit, ut Di. LXI. § *His omnibus* (Grat. dict. ad c. 8); non sit etiam laicus, qui ad sacerdotium vel ad ecclesiasticam dignitatem eligitur, ut D. LX. c. 1. 2. 3. 4, sed nec ad presbyteratum parochialis ecclesiae, nisi ex dispensatione, ut in decret. extr. tit. de electione *In litteris quas etc.* [37]) Extrinsecae quoque praerogativae integritas eligendi est necessaria, ne videl. sit corpore vitiatus, vel sorti traditus [38]), ut Di. LV. *Priscis* (c. 1), vel epilepsia [39]) i. e. caduco morbo laborans, ut Di. XXXIII. *Communiter* (c. 3), *Usque adeo* (c. 5).

III. Post praedicta forma [40]) electionis inquisitione digna occurrit, ubi quatuor consideranda videntur, videl. voluntatum inquisitio, pronuntiatio, subscriptio et inthronizatio.

§ 1. Cum enim electio facienda est, prius inquiri oportet, an hi, quorum est, velint per se vel per electores electionem facere. Si quidem per se ipsos, singulorum est arbitrium in capitulo vel in alio loco, ubi sint communiter, inquirendum, et hoc per aliquem de maioribus, ad instar eius, quod dicitur de episcopis cardinalibus in Romani pontificis electione, ut Di. XXIII. *In nomine* (c. 1). De electoribus [41]) autem notandum, quod quandoque pars eis sollicitudinis imponitur, quandoque plenum electionis arbitrium indulgetur. In partem sollicitudinis vocantur, cum de inquirendis fratrum voluntatibus eis onus imponitur, ut videl. illum eligant, quem omnium vel maioris partis arbitrio viderint praeelectum, ut Di. LXIII. *Metropolitano* (c. 39); hi autem necesse habent omnium voluntates inquirere nec ultra fines mandati aliquatenus evagari, ut colligitur ex Di. LXIII. *Plebs Diotrensis* (c. 11). Ceterum si fines mandati excesserint, eorum iurisdictionem non est dubium expirare, exemplo eius, quod dicitur de iudice delegato, quod si fines mandati praeterit, eius iurisdictio cessat, ut in decreto extr. tit. de officio iudicis delegati *Meminimus* [42]), [et] exemplo eius, quod dicitur de intercessore C. VII. qu. 1 *Constitutum* (c. 17). Caveant autem, ne de ecclesia aliena eligant, dum in propria reperitur idoneus, ne alteri debitam alter sibi audeat vindicare mercedem, ut Di. LXI. *Nullus invitis* (c. 13), *Obitum* (c. 16). Plenum autem electores habent electionis arbitrium, cum sic eliguntur,

[37]) Coll. Par. tit. 10. c. 5; cf. c. 5. I. 8. Comp. I. [38]) Sic Cod.; si vero ipsius c. 1 cit. verba cum iis contuleris, quae de lectionum varietate refert Boehmerus, nullum tibi dubium erit, quin ex *sordidatus*, quod in editis, et *sortitus*, quod in manuscriptis occurrit libris, *sorti traditus* factum sit, cui lectioni illam, quam veram rectamque equidem habeo, substituere non dubitassem, si librario, non ipsi Bernardo istam contextus formam esse imputandam constaret. [39]) Cod. *epilentia.* [40]) In Cod. perperam praemittitur *de.* [41]) Cod. *electionibus* et *eius.* [42]) Coll. Par. tit. 34. c. 4. et tit. 1. c. 2; cf. c. 12. I. 21.

ut per omnia eorum arbitrio stetur, et hi necesse non habent fratrum voluntatem inquirere, sed sua voluntate, quem idoneum viderint, eligendo praeferre [possunt]. Quo enim iure cogerentur ad inquirendas fratrum voluntates, cum semel [43]) ipsi super hac electione iuri suo cessissent, quod quam periculosum sit, canonum diligentia noluit reticere, ut C. VII. qu. 1 *Quam periculosum* (c. 8), *Quam triste* (c. 14), *Hoc nequaquam* (c. 45).

§ 2. Huic ordine praenotato pronuntiatio subsequitur, ubi notandum, quod illius, qui ad dignitatem provehitur, electio est coram populo pronuntianda, si ipsa ecclesia populi curam habere dignoscitur, ut Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), ubi dicitur, quod convocato clero et populo electio fiat, quod de pronuntiatione intelligendum est, et Di. ead. *Cleri* (c. 26). Tunc vero admonendus est populus, ut huic electioni consentiat, ut bene colligitur ex electione Romani pontificis Di. XXIII. c. 1, dum dicitur: „sicque reliquus clerus et populus ad consensum novae electionis accedunt." Quid autem, si electionem voluerint impugnare? Certe in eo casu docendus erit populus, non sequendus, ut Di. LXII. *Docendus* (c. 2) et Di. LXIII. *Nosse* (c. 12), nisi forte suae contradictionis iustam rationem allegent; tunc enim eos audiendos puto, ut Di. XXIII. *Illud* (c. 5). Sed numquid electores poterunt de hac causa cognoscere? Absit, cum semel electus ulterius ab eis iudicari non debeat, ut C. VIII. qu. 2 *Dilectissimi* (c. 2); puto igitur decurrendum ad eum, cuius est confirmatio, quod colligi potest ex Di. XXIII. *Illud*. Qui vero ad fraternam societatem eligitur, eius electio populi praesentiam non requirit, cum non ad curam animarum eligatur, exemplo eius, qui ad minores ordines promovetur, ubi civium assensus non requiritur, quod inde fieri creditur, quia nondum ei cura animarum confertur, ut Di. LXVII. *Reliqui* (c. 1).

§ 3. Subscriptio quoque non modicam exigit considerationem, de qua non immerito quaerendum videtur, utrum de forma, an de substantia sit electionis. Quod inde videtur, quia talis est ecclesiasticarum legum auctoritas, ut in causis gestorum semper scripturam requirat, et qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium corroborato eligatur, ut C. II. qu. 1 *Legum* (c. 9), [et] inde argumentum assumitur, quod legitur Di. LXIII. *Hadrianus* (c. 2), *Quanto* (c. 10) et Di. LXIII. *Vota civium* (c. 37). Econtra vero, quod non sit de forma nec de substantia electionis, inde videtur, quia post electionem fieri mandatur, ut Di. XLVII. *De Petro* (c. 4); iuvatur haec pars ex eo, quod, ubi forma electionis Romani pontificis praescribitur, nulla de subscriptione facta mentio reperitur, ut Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1).

Super hac quaestione variae sunt doctorum opiniones. Quidam enim eam interim electioni necessariam arbitrantur, ut sine ea infirmam asserant electionem, et ita dicunt, eam esse de forma vel substantia electionis,

Comp. I. [43]) Cod. *simul*, quod reiiciendum et commutarendum esse satis

opinionem suam ex praedictis cap. confirmantes, videl. *Legum*, *Hadrianus*, *Quanto*, *Vota*, intelligentes illud cap. *De Petro* non de subscriptione tunc facienda, sed de iam facta ostendenda, quod ex ipsius capituli verbis poterit apparere, ubi dicitur: „cum decreto a vobis facto." Sed in electione Romani pontificis subscriptionem necessariam putant, quae, etsi in illo capitulo sit praetermissa, non tamen alicubi si non ipsa legitur facienda [44]). Alii vero non eam de substantia putant, sed ad id tantum fieri, ut electionis iam factae fides fiat confirmatori [45]), quod etiam notant ex ipso cap. *Quanto*, ubi dicitur, „ne quid ad cautelam etc.", nec interim esse necessariam, ut sine ipsa maneat infirma electio, cum etiam ipsa pronuntiatio coram confirmatore facta nonnumquam pro subscriptione inveniatur haberi, ut Di. XCVI. *Bene quidem* (c. 1. § 5), ubi dicitur, „interfuisse vel propria subscriptione firmasse." Dicunt igitur, eam esse faciendam, sed si praetermittatur, non ob hoc solum est infirma electio, ad instar eius, quod dicitur de coniugio C. XXX. qu. 5 *Nostrates* (c. 3) in fine; sic plane pertransientur obiecta capitula. Haec sententia verior videtur. Quaeritur autem, an a laicis sicut et a clericis est subscriptio facienda; quod videri potest ex Di. XLVII. *De Petro* (c. 4), ubi scribit Gregorius civibus Neapolitanis et postea subdit: „cum decreto a vobis facto;" item ex C. VII. qu. 1 *Episcopus de loco* (c. 37), ubi dicitur: „decreto clericorum et laicorum"; forte et ex eo, quod dicitur in illo cap. *Quanto* Di. LXIII., ubi talis litterae series invenitur: „quoniam eadem non fuerit subscripta relatio ... Ianuam te proficisci necesse est," ubi erant multi Mediolanensium [46]); ex his ergo colligi videtur, subscriptionem esse a laicis faciendam. Melius tamen et rationabilius videtur, ut eorum tantum sit subscriptio, quorum est electio, scil. clericorum, ut Di. LXIII. *Hadrianus* (c. 2), *Vota* (c. 27), ubi dicitur: „teneatur subscriptio clericorum;" ibi etiam singulorum officia plenius distinguuntur. Quod autem dicitur Neapolitanis „cum decreto a vobis facto", intelligendum est „a vobis", i. e. a vestro consensu, vel „a vobis", i. e. a vestris clericis. Quod item dicitur in illo cap. *Episcopus:* „cum decreto clericorum et laicorum", sic [47]) est intelligendum, quia in illo decreto i. e. scriptura contineri debet, illam electionem esse factam utroque consensu. De eo vero, quod dicitur in illo cap. *Quanto*, notandum, quod non solum subscriptio fuerat praetermissa, sed etiam consensus populi non fuerat requisitus, pro quo perscrutando [48]) Ioannes ille Ianuam mittebatur; ubi etiam notandum, populi voluntatem non sigillatim, sed communiter requirendam, quod notari potest ex eo, quod ibidem dicitur: „in commune perscrutari."

§ 4. Iam nunc de inthronizatione aliquid inseramus, ubi conside-

patet. [44]) Sic Cod., cuius emendatio mihi, quin etiam Maassenio ipsi, licet illum inspexerit, periculosior videtur lectorique relinquenda. [45]) In Cod. *confirmationi*. [46]) In Cod. *medici*; at conferas cap. cit. [47]) In Cod. *sicut*. [48]) Cod. *per-*

randum videtur, duplicem fieri inthronizationem, unam videl. in electione, aliam post confirmationem. Quae in electione fit, ad plausum electi et electionis ostensionem fieri consuevit, de qua reperitur in Di. XXIII. *In nomine domini* (c. 1), nec obloquitur Antiochenum concilium Di. XCII. *Si quis episcopus vacans* (c. 8); ibi enim agitur de eo, qui populos subripiens in cathedram irruit, hic autem de canonice electo intelligitur. Haec autem inthronizatio numquam est a laicis facienda, ut C. XVI. qu. 7 *Sane* (c. 15). Ceterum post hanc inthronizationem non est electo tutum in sede morari, nisi prius fuerit confirmatus; quae vero fit post confirmationem, ab episcopo confirmatore vel eius nuntio fieri consuevit, et haec institutionis vim obtinet.

III. Superest secundum praemissa de electionis confirmatione tractare, ubi duo consideranda occurrunt, confirmatio videl. et institutio.

§ 1. Notandum igitur, quod confirmatio semper ad maiorem est referenda; horum enim omnium, qui sunt subiecti episcopo, confirmatio ad episcopum spectat, sive ad dignitatem sive ad praebendam eligantur, ut C. XVI. qu. 7 *Nullus omnino* (c. 11), nisi forte alia est consuetudo ecclesiae, secundum quam forte illud intelligitur, quod legitur in synodo Ravennae habita *Ut singulae plebes* [49]), ubi dicitur, quod sicut episcopus matrici praeest, ita archipresbyter praeest plebibus. Si vero episcopus eligitur, confirmatio ad [archi]episcopum spectat, ut Di. LXII. *Nulla ratio* (c. 1); „iudicium" enim ibi [50]) pro confirmatione accipitur, sicut et in C. VIII. qu. 3 *Talia* (c. 1) in fin.; ab eo enim quis est confirmandus, a quo et consecrandus, ut C. I. qu. 1 *Ordinationes* (c. 113). Quodsi archiepiscopus eligitur, eius confirmatio ad Romanum pontificem spectat, ut Di. LXIII. *Quanto* (c. 10), nec obiicias, ad comprovinciales episcopos confirmationem archiepiscopi pertinere debere, sicut et consecrationem, cum nec ipsa quoque consecratio eis ex stricto iure conveniat, sed ex privilegio competat, ut colligitur ex Di. LXIV. *Quia per ambitiones* (c. 6). Confirmationem autem, qui eligunt, postulare debent, ut colligitur ex Di. LXIII. *Quanto* (c. 10), *Litteras* (c. 14), et Di. XXVIII. *De Syracusanae* (c. 13) et Di. LXI. *Studii vestri* (c. 15); ipse quoque [electus], si eam postulat, minime reprehendendus videtur, sicut et consecrationem potest rationabiliter postulare, ut C. IX. qu. 3 *Nunc vero* (c. 20).

§ 2. Plane confirmatione petita necesse habet is, cuius interest, electionem confirmare, qui rectis dispositionibus nihil morae aut difficultatis debebit afferre, ut Di. LXV. *De persona* (c. 4), et infra extr. tit. de electione *Sicut iusta* (v. s.), argumento eius [51]), quod legitur de Petri electione, ut Di. LXI. *Studii* (c. 15), et Di. LXXXV. *Florentinum archidiac.* (c. 1), nisi forte iustam et rationabilem causam alleget, cur eum non debeat confirmare, ut colligi potest ex Di. XXIII. *Illud* (c. 5) et C. VIII. qu. 3 *Artaldus* (c. 2).

---

scruptando, tam hic quam mox. [49]) Coll. Par. tit. 6. c. 4; cf. c. 8. I. 16. Comp. I.

§ 3. De institutione praeterea tractat[uri], differentiam inter eam et investituram, si possumus, denotemus. Sunt enim nonnulli, qui differentiam in [hoc] facientes fieri investituram dicunt, cum post confirmationem electionis ille, qui confirmavit, in manu electi annulum vel baculum vel aliquid huiusmodi tribuit, his verbis vel similibus utendo: „Investio te de hac dignitate vel praebenda vel ecclesia;" institutionem autem fieri dicunt, cum quis in possessionem mittitur, v. g. cum a confirmatore vel eius nuntio in ecclesiam ducitur, in sede locatur, funes campanarum et claves eius manibus immittuntur. Verum quamquam hoc rationabiliter dici videatur, invenitur tamen, investituram et institutionem pro eodem accipi, ut C. XVI. qu. 2 *Visis* (c. 1); prius enim [quam] ibi Ioannes Pp. institutionem appellavit, eandem postea investituram nominavit, ubi dixit: „investituram concedere." Id autem tene firmissime, institutionem vel investituram alicuius spiritualis a laico fieri non posse, ut C. XVI. qu. 7 *Quoniam* (c. 13), *Constitutiones* (c. 17) et C. I. qu. 7 *Ipsum qui per peccatum* in fine [52]).

§ 4. Notandum autem institutionem aliam esse temporalium, aliam spiritualium; utraque autem ad episcopum de ecclesiis suae dioecesis videtur generali iure pertinere, cum ad eum omnes ecclesiae cum dotibus suis spectare sciantur, ut C. X. qu. 1 *Decretum* (c. 1) et C. XVI. qu. 7 *Omnes basilicae* (c. 10). Hinc autem excipiuntur capellae monachorum, de quibus sic distinguendum videtur. Refert enim, an ipsi monachi aedificaverint eas, an ab aliis acceperint, et si ab aliis, an [a] fundatoribus, an ab episcopis, an a Romano pontifice. Porro si eas aedificaverint, institutionem habent in temporalibus, puta in praediis, domibus, reditibus et pensionibus; in spiritualibus vero, sicut sunt decimae, primitiae, oblationes, poenitentiae, sepulturae et ceterae populi curae, institutione episcopi possident, ut C. XVI. qu. 2 *Sane* (c. 6). Hanc autem temporalium institutionem habent abbates et monachi secundum Ioannem, non quia sunt fundatores, sed quia tales fundatores; melius autem est dicere, hoc ex solo privilegio monachis competere, cum non ex generali iure fundationis hoc possideant, ut colligitur ex C. X. qu. 1 *Noverint* (c. 6), quod autem generali iure non possidetur, solo privilegio defenditur, ut Di. C. *Contra morem* (c. 8). Iuvatur haec sententia ex decreto Pascalis II. C. XVI. qu. 1 *Pervenit* (c. 9) et infra extr. tit. de decimis *Ut nullus abbas* [53]), ubi ait Gelasius, ut nullus abbas detineat aliqua, quae secundum statuta canonum ad episcopos pertinent, sine auctoritate Apostolici vel consensu episcopi; cum ergo institutio temporalium ad episcopum, ut supra monstratum est, spectet, non potest abbas vel monachus aliquis eam nisi spirituali iure habere, et sic ex solo privilegio. Sane si a fundatoribus eas capellas acceperint, sive ante consecrationem,

---

[50]) Cod. *sibi*. [51]) In Cod. *est*. [52]) Cf. quae de isto capitulo supra iam adnotavi pag. 307. not. 5. [53]) Coll. Par. tit. 56. c. 1; cf. c. 20. III. 26. Comp. I.

sive post, non credo, eos ibi aliquid praeter ius patronatus habere, nisi ex consensu et auctoritate episcopi datae fuissent, quod colligitur ex decreto Alexandri Pp. III. tit. de capellis laicorum cap. *Quamvis simus* [54]). Si vero ab episcopis vel a laicis consensu episcoporum acceperint, referre puto, an simpliciter sint concessae, an ad aliquod ius specialiter; plane in simpliciter concessis, utramque puto eos habere institutionem, licet nonnulli magnae auctoritatis viri aliter sentiant, et in hoc casu intelligo illud cap. C. XVI. qu. 2 *Visis* (c. 1); interpretandum est enim contra episcopum, cum eius fuerit apertius ius dicere, ad instar eius, quod dicitur de locatore, ut Dig. de pactis L. *Veteribus* (L. 39). Nec est in episcopali concessione Romani pontificis consensus requirendus, cum sufficiat episcopi consensus, ut C. XVI. qu. 1 *Pervenit* (c. 9) et infra extr. tit. de decimis *Ut nullus abbas* (v. s.); plane si capellas monachi Romani pontificis auctoritate habuerint, secundum formam sui privilegii ecclesias ipsas possidebunt, cum non sit fas ulli episcopo contra Romanae sedis statuta venire, ut Di. XIX. *Nulli fas* (c. 5) et C. XXV. fere per totum.

Hoc tam in monasteriis quam in eorum capellis est proculdubio sciendum, ius episcopale in ordinationibus, consecrationibus et ceteris, quae ad solius episcopi spectant officium, eisdem episcopis integrum vel illibatum debere servari, ut C. XVIII. qu. 2 *Hoc tantum* (c. 1), *De monachis* (c. 12), *Monasteria* (c. 17), *Abbatibus* (c. 18), *Cognovimus* (c. 19). Notandum quoque, quod si quid iuris episcopus in ecclesia monasterio data tempore consecrationis vel dedicationis sibi reservaverit, illud perpetuo retinere debet, ut C. XVIII. qu. 2 *Eleutherius* (c. 30).

IV. Postremo consideratione dignum occurrit, quid electus ex electione consequatur. Ubi notandum, quod dignitas alia est administrationis, alia consecrationis; administrationis, ut archidiaconatus, archipresbyteratus, prioratus et huiusmodi; consecrationis, ut episcopatus, abbatia et similia. Generaliter itaque sciendum, quemlibet electum ante confirmationem dignitatis, ad quam electus est, officio fungi non posse. Licet enim canonice sit electus, quia tamen suspensa et quodammodo infirma est ante confirmationem electio, nondum habet electus potestatem exequendi, sicut si pro me lata est sententia, licet iusta sit, si est per appellationem suspensa, nondum tamen valeo actionem rei iudicatae proponere, ut Cod. de appellat. L. 3; quia enim ex alieno pendet arbitrio, necesse est confirmatoris arbitrium expectare, ut colligi videtur ex Di. LXIII. *Quanto* (c. 10) et C. I. qu. 1 *Ordinationes* (c. 113) et Di. XCII. *Si quis episcopus vacans* (c. 8). Post confirmationem autem, si est dignitas administrationis, poterit suae dignitatis officium exercere, dum tamen sit eius ordinis, qui a sua dignitate requiritur; necesse est enim ad explendum suae dignitatis officium, archidiaconum esse diaconum, et archipresbyterum esse sacerdotem, ut Di. LX. *Nullus episcopus* (c. 1). Plane si fuerit dignitas consecrationis, post confirmationem ante consecrationem potestatem habebit res ecclesiasticas disponendi, ut Di. XXIII. *In nomine Domini* (c. 1) et Di. LXXIX. *Si quis pecunia* (c. 9) et ar. C. VIII. qu. 3 *Talia* (c. 1) [verb.] *patiatur*. Non tamen deponere, sicut nec ordinare valebit, exemplo eius quod dicitur de minore iudice; quia enim non potest minor maiorem benedicere, ideo nec maledicere potest, ut Di. XXI. *Denique* (c. 6); sed vero clericos in criminali causa poterit iudicare, qui et potest ordinare, ut C. IX. qu. 2 *Nullus primas* (c. 3), *Episcopum non debere* (c. 7). Causas matrimonii poterit definire, cum consuetum sit, ubi episcopus deest, eas per archidiaconum vel canonicos terminari; iurgia namque absente episcopo ad archidiaconum pertinent, ut Di. XXV. *Perlectis* (c. 1).

[54]) Coll. Par. tit. 62. c. 2. et tit. 29. c. 1; cf. c. 10. III. 33. in Comp. I.

Hoc Bernardus fecit opus non absque labore;
Sed labor est facilis, quando superatur amore.

III.

BERNARDI GLOSSAE.

1. c. 2 De constitutionibus (I. 1) *formam:* Ar. constitutiones tantum dare formam futuris negotiis, ut de qualit. et act. praefic. *A nobis* (c. 7) b'.

2. c. 7 eod. *prohibet:* Ar. aliquo prohibito vel etiam concesso, omnia prohibentur vel conceduntur, quae inde sequuntur, ut infra de offic. iudic. deleg. *Praeterea* (c. 6) b'.

3. c. 5 De rescriptis (I. 2) *quodcunque:* Ar. cum quis oneratur ad duorum alterum tantum sub alternatione, quod voluerit praestando liberatur (afferuntur plures loci ex Inst., Dig., Cod. et Decr.); ubi autem sub diversis conditionibus legatur, novissimae parendum est (alii afferuntur loci). Sol.: Haec contraria sunt sophistica, ut potest liquere per singula, et pars prima pure vera est, nisi data fuerit in mora, ut de legatis II. *Si ita* (L. 43), C. II. qu. 6 *Ei qui appellat* (c. 41), infra de offic. vicar. *Mandata* (c. 1) b.

4. c. 8 eod. *de sufficienti:* Infra de offic. iudic. ordin. *Quaesitum* (c. 2) b'.

5. c. 16 De electione (I. 4) *iam promoti:* iam electi et investiti, scil. tempore concilii, et est ar. quod constitutio trahitur ad praeterita, ar. ut infra de aetate praefic. *A nobis* (c. 7) b'.

6. ibid. *potestate:* Ar. quod per abusionem cadit quis a iure suo, infra de [privil. et] excess. [privileg.] *Dilecti* (c. 4) b^.

7. c. 2 De temporibus ordinationum (I. 6) *consuetudo:* Ar. quod consuetudo a culpa defendat, ut supra de consuet. b'.

8. c. 2 De aetate et qualitate praeficiendorum (I. 8) *vivis:* Ar. qui unum connexorum assumit, ad alterum pariter tenetur, ut infra de offic. et pot. iud. deleg. *Praeterea* (c. 6) b'.

9. c. 6 eod. *infra breve tempus:* Ar. quod parum interest, utrum aliquid fiat de praesenti, an in brevi fiat, . . . infra de desponsat. impub. *Accessit* (c. 6) b.

10. c. 1 De servis non ordinandis (I. 10) *praecaveri:* Supra de election. *Licet* (c. 6) in pr. b', quoniam tales praesidio ecclesiae relinquuntur, ut Di. LXXXVII. *Libertos* (c. 7).

11. c. 18 De officio iudicis delegati (I. 21) *sequi:* Ar. quod licet quis compromiserit in ecclesiam (?), non tenetur ad eius iniquum arbitrium suscipiendum, ut dictum est supra de election. *Causam* (c. 17) b'.

12. c. 1 De postulando (I. 28) *stipendiis:* Ergo a sensu contrario, si stipendia non habent, possunt advocare, quod plane verum intelligo de minoribus ordinibus; de maioribus secus, nam si sine titulo sunt ordinati, episcopus providere tenetur, ut infra de praebend. *Episcopus si aliquem* (c. 5); de regularibus planum est, quod [ab] advocatione repelluntur, ut C. XVI. qu. 1 *Alia causa* (c. 6), *Placuit communi nostro concilio* (c. 8), *De praesentium* (c. 20), *Sunt nonnulli* (c. 25) et qu. 7. c. 1 et 2, et infra ne clerici vel monachi secular. negot. *Non magnopere* (c. 2) b'.

13. c. 31 De appellation. (II. 20) *statim erit in eadem:* vel infra XL dies, ut supra (c. 30?); vel forte excommunicatus est hic in casu, pro quo a principio non licuerit appellare, ergo et modo statim est retrudendus (sic), supra eod. *Cum sit* (c. 5) in fin.; vel hic subterfugii causa appellat, si ex causa iusta, [ut] supra c. prox., contr. Sol.: ibi iuravit stare mandato ecclesiae, hic mandato episcopi, vel ibi erat excommunicatus pro incta (iusta?) causa b'. Sed melius dico, quod si appellet, ne sibi aliquid ab ecclesia iniungatur, iuramento suo derogat, nec est audiendus, ut hic; si autem appellet, ne quid sibi ab isto excommunicatore, quem habet suspectum, iniungatur, tenet appellatio, ut supra; hoc quia sonat ipsa littera »quae iuramento etc.«; non derogat, si superioris mandato obediat b'.

14. c. 36 eod. *arbitrium:* Dig. quis et a quo appell. L. 1 in fin. contr. Sol.: Hic ante sententiam appellatur, ibi post; vel hoc in causis ecclesiasticis, illud in secularibus; vel illud, quando iurisdictio demandatur, hoc, quando aliqua specialis causa delegatur b'. Ultimam credo meliorem.

15. c. 37 eod. *ad nos:* Supra eod. *Significaverunt* (c. 35) b'; supra de election. *Consideravimus* (c. 22). Sol.: Ibi uterque erat iniuste electus, vel non poterat alteruter eorum sine scandalo obtinere; hic autem excommunicati ipso iure nulla fuit electio, nec appellatio obtinere potuit, qui eam non servavit, [ut] supra de mutuis petition. c. ult. b'.

16. c. 42 eod. *erumpant* (sic, non *prorumpant*, in Cod.): Supra eod. *Super eo vero quod interdum* (c. 13) contr. Sol.: Qui vult appellare ante litem contestatam, aut gravatur a iudice, aut non; si non gravatur, appellare non potest, ut hic, si gravatur, potest, ut ibi; simile supra eod. *Cum sit Romana* (c. 5). Post litem autem contestatam, sive gravetur sive non, dummodo gravari suspicetur, appellare potest, C. II. qu. 6 *Ad Romanam* (c. 6 et 8), § *Patet* (Grat. dict. ad c. 10), supra eod. *Cum sit Romana* b^.

17. c. 13 De praebendis (III. 5) *celebrare:* Ar. quod de spiritualibus beneficiis possunt transactiones intervenire, supra de election. *Significasti* (c. 21) b', supra de transaction. b' (sic!). Non tamen fuit hic pactio cum aliqua persona, sed sic disposuerant praebendam unam canonici, et sic Apostolicus confirmavit.

18. c. 2 De his quae conceduntur ab episcopo etc. (III. 9) *non contradicente:* Ergo taciturnitas pro consensu accipitur, supra de praesumtion. b'.

19. c. 1 De solutionibus (III. 19) *necessitate:* Ar. successorem teneri, ad quod praedecessor tenebatur, ut supra de offic. iudic. deleg. *Quam aliis* (*quamvis?* c. 7) b.

20. c. 1 De statu monachorum (III. 30) *deservientibus:* Ar. contra scholares, ne habeant beneficia absentes, supra de cleric. coniugatis *Inter cetera* (c. 4) b.

21. c. 16 De sponsalibus (IV. 1) *potentiam:* Quid autem, si confiteretur publice? duplici ratione non debet ei credi, primo quia unius confessio in alieno facto nulla est, ut C. IV. qu. 3 § *Item* (Grat. dict. ad c. 2) et supra de testibus *Veniens* (c. 9) b; secundo quia turpitudinem suam confitetur, ut C. XIV. qu. 5 *Non sane* (c. 15) et infra de eo qui duxit etc. *Propositum* (c. 1) b.

22. c. 7 De sponsa duorum (IV. 4) *irritare:* Ar. quod non sit matrimonium, quod contra interdictum ecclesiae contrahitur, ut C. XXXV. qu. 3 *Contradicimus* (c. 22), C. XXXIII. qu. 4 *Non oportet* (c. 8), infra de matr. contra interd. eccl. *Videtur* (c. 1); ar. contr. infra de matrim. cont. int. *Litterae quas* (c. 2) et *Ex litteris venerabilis* (c. 3). Sol.: hic uterque scit interdictum, ibi tantum alter, ut C. XVII. qu. 2 *Nos novimus* (c. 2); vel hic interdictum est publice et sollemniter, ibi secus b. Credo autem, quod ubi causa est perpetua, propter quam sit interdictum, et in veritate subest, locum habet, quod hic dicitur; ubi autem ea, quae subest, non est perpetua, aut putatur subesse, sed non subest, locum habent contraria. Quando ergo est interdictum ecclesiae per se impedimentum matrimonii? Resp.: quando iudex ordinarius specialiter utrique inter-

dicit, ne contrahat, ut hic et infra de matr. contra interd. eccl. *Videtur* in princ.

23. c. 2 De coniugio servorum (IV. 9) *habuerint commixtionem:* Ar. quod qui facit contra privilegium ei renuntiare videtur, ut infra de privileg. *Si de terra* (c. 9) b. Numquid non tenebatur reddere debitum exigenti lite pendente, ut C. VIII. qu. 4 *Nonne* (c. un.)? Resp.: super hoc nihil cautum inveni, credo tamen, quod si ea accusatur vel de fornicatione vel de servitute, bene potest reddere debitum exigenti; si autem scit, eam esse consanguineam et super hoc eam accusat, secus; in omni autem casu, si debitum exegerit, sibi praeiudicium facit, ut aliquando peccet cum consanguinea, et praeiudicium patiatur in primis duobus casibus.

24. c. 6 Qui filii sint legitimi (IV. 18) *nihilominus erit:* No. ergo, quod ab initio non valuit, ex post facto non potest convalescere, ut supra de his quae fiunt ab episc. *Cum nos* (c. 3) b'. Hoc intelligo, ubi uterque eorum hoc scelus scivit; nam ubi alter ignoravit, sicut ad voluntatem ignorantis toleratur matrimonium, ita et proles, ut supra de eo qui contraxit cum ea etc. *Propositum* (c. 1) et infra C. XXVII. qu. 1 c. *Igitur* (sic Cod.); idem enim est iudicium de matrimonio et de prole, et ubi alterum, toleratur et alterum, ut C. XXXII. qu. 4 *Dicat* (c. 9). Dicit tamen Mag. Hug., quod proles haec est legitima secundum susceptionem, sed non quoad promotionem; sed ego non distinguo, quia nec canon distinguit.

25. c. 1 De magistris (V. 4) *consuetudinis:* Consueverunt enim praelati pro docendi licentia pecuniam quaerere, et est ar. contra malam consuetudinem, quamvis antiquam, ut supra de consuetud. c. 2. b'.

26. c. 11 De haereticis (V. 6) *iudicium:* No. per hoc cap. specialibus privilegiis cuiuslibet derogari, et est ar., quod per generalia derogatur specialibus; sed contr. de rescript. *Sicut Romana* (c. 1) b. Sed unum et idem tam generale quam speciale, diversis tamen respectibus dici potest; nam etc.

27. c. 2 De apostasia (V. 8) *apostatas:* Sed est apostasia triplex, perfidiae, quando quis recedit a fide, inobedientiae, quando quis transgreditur praeceptum, irregularitatis, quando quis a statu sumtae religionis recedit, ut hic b.

IV.

BERNARDI [1] ET RICARDI [2] CASUS DECRETALIUM.

„Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit“ [2]). Hi siquidem in sanctae ecclesiae horto concluso, ab austro perflato, in odorem suavitatis prodeuntes melliflua dulcedine implent [3]) et reficiunt viscera singulorum, nos etiam per florum [4]) odorem currentes quosdam ex eis in componendo libro decretalium duximus eligendos, ad quos capessendos [5]) scholasticis aditum in summa curavimus praeparare; et ut cautius inter spinas dubitationum et quaestionum spiritualia lilia colligantur, tertium laborem assumsimus in casibus explicandis, super insufficientia et imperfectione nostra primum a Deo, secundo a lectoris benevolentia venia postulata.

„Qui abscondit frumentum, maledicetur in populo; benedictio autem erit super caput vendentium illud“ [7]). Cum igitur discipulorum provectio metiatur titulos magistrorum, et tantum doctoribus accrescat honoris et famae, quantum suis sequacibus adiicitur disciplinae, nil aliud decere doctorem existimo, nisi se ipsum deliciis et sibimet abnegare, tollensque crucem suam, hoc est incaustum cum calamo, sequatur [8]) poetam dicentem [9]): „fiat lingua mea calamus scribae velociter scribentis“; nam, ut Salomo [10]) ait, „qui apponit scientiam, apponit dolorem“ [11]), facienti enim plures libros nullus est finis. Cuius rei baiulus ego ad crebram et multiplicem [precem] sociorum casus decretalium in opere subiecto compilavi, ita tamen, ne opus causa brevitatis obscurum nec prolixitatis gratia videatur onerosum; in cuius rei [12]) prosecutione quamvis non magna sit gloria scriptorem tamen excuset utilitas operis non modica talibus indulgentem [13]). Invocato igitur altissimi nomine gratia praedictorum, ne nostrae

---

Praef. — [1]) Cod. Francof. hanc exhibet rubricam: *In nomine Christi. Amen. Casus decretalium a b'ernardo Pap̄. Epī.* [2]) Cf. Canticum Canticorum c. 2. v. 12. [3]) Cod. *impletum.* [4]) Cod. *p̄ horum.* [5]) Cod. *capiscendo.* [6]) In Cod. Mon. haec occurrit rubrica: *Casus decretalium Ricardi.* [7]) Cf. Lib. proverb. c. 11. v. 26. [8]) Cod. *sequitur.* [9]) Cf. Lib. Psal. Ps. 45. v. 2. [10]) Cf. Ecclesiast. c. 1. v. 18. [11]) Sic Cod.; versio vulgata ita: *qui addit scientiam, addit et laborem.* [12]) In Cod. post *rei* occurrit *grā (gratia?* an *grata?)*, quod quid sibi velit et an sit tolerandum, videant alii. [13]) Cod. sic: *scriptorem tamen non excuset ... non modicam etc.*

faciat conceptio mentis abortum, ne res tanta ruat, ne lux moriatur in umbra, sed magis exposita praefulguret, exeat istud in commune bonum.

Lib. I. tit. 1. De constitutionibus [1]).

C. 1. *Canonum statuta etc.*

Ab omnibus: Ergo a laicis maxime, cum et vim legis obtinent, ut infra de vita et honest. *Quoniam* (c. 10) [2]) et in Authent. quomodo poorteat episcop. §1. Coll. 1 (Nov. 6).

Casus in operibus nostris non nostro sensu, sed canonum auctoritate ducantur.

C. 2. *Cognoscentes etc.*

Non infligatur poena, ubi culpa non reperitur; nova vero constitutio futuris formam imponat nec puniat ante commissa [3]).

Casus. Quaedam nova constitutio nuper a sede Apostolica emanavit; erant autem quaedam prius facta, quibus constitutio ista contradicere videbatur. Quaeritur, numquid occasione sequentis constitutionis ipsa sint revocanda. Resp. quod non; v. g. ut subiiciamus exemplum, a novo Lateranensi concilio canonem constat esse promulgatum, ut minoribus XXV annis ecclesiarum regimen nullatenus committatur, erant autem plures, quibus iam ante ipsum concilium fuerant regimina ecclesiarum commissa; quaerebatur ergo, num occasione sequentis canonis essent ipsis ipsa regimina auferenda, et resp. quod non, ut habes hic et infra [4]) de aetate et qualit. praefic. c. ult.; qui enim legem praevenit, in legem non commisit, ut C. XXXII. qu. 4 *Dixit* (c. 3). — *in damnum vocare non convenit:* Unde versus: „qui caruit culpa, careat me iudice poena". — *ut multa praeterita:* i. e. perfecta. — *non commodet:* i. e. non faciat patr. dispendium i. e. damnum, scil. quod debeat retractari; similis locatio commodo memoriae (sic!); et haec vera sunt, nisi expressius etiam de praeteritis statuatur, ut Cod. de constit. *Leges* (L. 3).

C. 3. *Pervenit ad me etc.*

De sabbato: Sed nonne decalogus pertinet ad moralia? Utique; ergo praeceptum de sabbati observatione est observandum. Sed intellige illud praeceptum dupliciter, ad litteram et spiritualiter, ut sit sensus „memento sanctificare diem sabbati", i. e. servare hic requiem a vitiis et in futuro expectare requiem aeternam; sabbatum enim requies interpretatur. Ergo secundum litteram pertinet ad ceremonialia, secundum vero spiritualem intelligentiam ad moralia; sufficit autem praeceptum spiritualiter observare, ar. C. XXIII. qu. 4 *A malis* (c. 8), *Recedite* (c. 9).

Mandatum de sabbato servando ad litteram obtinuit usque ad tempus Gregorii; exinde spiritualiter intelligimus, scil. ut a malis vacemus. Nam si ad litteram hoc servaremus, a simili vitulos et hircos et arietes et similia sacrificaremus ad litteram, quod esset absurdum.

Lib. I. tit. 1. — [1]) In duobus primis titulis explicandis Bernardus sive certe scriptor Cod. Fr. non per omnia eandem, quam ipsa Comp. I. sequitur, servavit capitulorum seriem, sed hanc: tit. I. c. 2. 4. 5. 6. 1. 2. 3. 7, tit. II. c. 4, tit. I. c. 7, tit. II. c. 1—3. 5—8; quin et, quae ad c. 2 et 7. tit. I. interpretationem pertinent, binis locis proferuntur. Sed optimum esse duxi, Bernardi dicta, ne a collectione et Ricardi casibus nimis discordarent, communi ordine componere. [2]) Cod. sic: *de vita ca qm̃ th'entes.* [3]) Cod. Fr. habet *intelligitur* atque *imponit ne puniat.* [4]) Cod. *habes ut hic ut infra.* [5]) Cod. Fr. hic quoque addit *et lex.* [6]) In utroque Cod. cum obveniat *spospondit,* nolui quidquam mutare. [7]) Cod. Mon. *observatio.* [8]) Non exhibet Cod. Mon. *i. e. festa Iudaeorum.* [9]) Sic Cod. Mon.; in Francof. falso legitur *placet.*

C. 4. *Translato etc.*

Sacerdotium et lex sunt connexa; ergo cum Petro commissum est sacerdotium [5]) sub his verbis: „Pasce oves meas," et ipse spospondit [6]) Domino dicens: „Domine, tu scis, quia amo te," constat, quia legis observantia [7]) non est apud Iudaeos, sed apud Petrum et suos; nam quod dicitur de uno, et de altero.

C. 5. *Testificor etc.*

Qua ratione aliquis est debitor legis, ut se ad litteram circumcidat, eadem ratione et omnia ceremonialia i. e. festa Iudaeorum [8]) ad litteram tenetur observare.

C. 6. *Ne innitaris etc.*

Per se patet [9]).

C. 7. *Nam concupiscentiam etc.*

Lex dicit: „non concupisces;" omnia mala prohibet, quia concupiscentia est mater omnium malorum.

Omnia mala prohibet, scil. mortalia.

Tit. 2. De rescriptis et eorum interpretationibus.

C. 1. *Sicut Romana etc.*

Ut sibi liceat appellare: Sed ad quid profuit istud rescriptum, cum Dominus G. rescriptum ad iudices appellatione remota impetravit

hoc liceret iure communi? naturale enim supervacuum esse non debet, ar. Dig. ad municip. L. I. (sic!) Resp.: illud in privilegiis intelligi solet, hoc in aliis rescriptis, in quibus id praecipue intelligitur concessum, quod iure communi concessum, ar. C. XXV. qu. 2 *Dicenti* (c. 16) et Cod. de innoffic. testam. *Si quando* (L. 35).

contra Dom. R.; Dom. R. autem habebat generale privilegium, quo sibi licebat in omni causa appellare. Quaer., an in hac causa appellare possit? Resp. quod non, quia omne speciale rescriptum privilegio derogat generali.

C. 2. *Ex parte etc.*

Casus. Orta controversia inter G. et F. clericos super quadam praebenda, G. actor accessit ad curiam, proponens, F. adversarium suum publice de periurio esse convictum et eidem praebendae renuntiasse, unde litteras apostolicas ad Conventrensem episcopum impetravit, ut si ita esse constaret, scil. quod dictus F. de periurio esset publice convictus et perpetuo illi praebendae renuntiasset, ipsi G. litterarum portitori, appellatione remota, praebendam adiudicaret. Quod [cum] fecisset, reus ante executionem sententiae appellavit, episcopus autem eius appellationi non deferens, sicut nec debuit, quia scriptum erat „appellatione remota [1])“, nihilominus actori praebendam assignavit. Reus vero scil. F. ad Apostolicum veniens narravit, quod post appellationem fuerat praebenda spoliatus, et impetravit litteras ad Cantabrigensem archiepiscopum, ut ei praebendam restitueret absque causae cognitione, et Conventrensem episcopum, quia post appellationem eum spoliaverat [2]), sic puniret, quod privaret eum potestate alicui beneficium de cetero auferendi, donec satisfacturus iret vel mitteret ad sedem apostolicam. Tunc Conventrensis omnia supra dicta domino Papae suis litteris intimavit, Apostolicus vero suam sententiam revocavit, mandans iterum domino Cantabr. [3]), ut inspiciat litteras apostolicas missas Conventrensi et alias pro reo ad se missas, et si in posterioribus non est facta mentio priorum, sententiam Conventren. confirmet, et reum ad sedem apostolicam cum litteris posterioribus forte suspectis mittere non postponat.

Verba Dom. Papae ad archiepiscopum: Cum talis episcopus secundum tenorem mandati nostri G. quandam praebendam adiudicasset, R. eius adversarius ad nos appellavit, et prosequens appellationem litteras sub hac forma reportavit, quod praecise praebendam suam recuperaret, et quod praedictus episcopus iudex communione privaretur, et praedictus G., si eum amplius infestaret, excommunicaretur, unde quia non credimus, nos ita praecise scripsisse, aut si scripsimus ex nimia occupatione hoc accidisse, tibi praecipimus, quod si in secundis litteris non est mentio de prioribus, priorem sententiam confirmes et ipsum R. ad nos cum litteris puniendum remittas.

Tit. 2. — [1]) Cod. *suberat appellatione remedium.* [2]) Cod. *post ap. apm.*

C. 3. *Ceterum etc.*

Casus manifestus. — *procedere debent:* Videtur contr. infra de off. iudic. deleg. *Sane* (c. 16). Sed distinguendum est, utrum ille, qui secundas litteras impetravit, sciebat de praedicta commissione, an ignorabat: primo casu tenet, quod hic dicitur, secundo, quod ibi, quia etiam hic notari potest vel subditur: „cum eaedem non sint veritate tacita impetratae;“ ergo aliquando statur prioribus litteris, et aliquando posterioribus, ut infra eod. *Si autem aliquis* (c. 7), aliquando suspenduntur utraeque, ut infra de off. iud. deleg. *Sane* (c. 16). — *in expensis condemnari debet:* Et merito, quia fraus nocet utenti, non autem fraude carenti; simile ar. infra de appell. *Reprehensibilis* (c. 42) et infra de dolo *Ex litteris* (c. 2).

Dom. G. et Dom. R. litigium habentes adinvicem, G. litteras quibusdam iudicibus committi impetravit, R. vero super eadem causa aliis iudicibus alias litteras impetravit. Quaeritur, quae plus valeant? Respondetur, si in secundis fit mentio de prioribus, tantum secundae valent, alioquin tantum primae; unde R., si secundus tacita veritate impetravit, adversario condemnabitur in expensis.

C. 4. *Inter ceteras etc.*

Quaeritur, quid iuris sit, cum duo mandantur sub disiunctivis [4]), quorum unum est verum, alterum falsum? Resp., quod praepositio disiunctiva [5]) est vera, si eius altera pars est vera; exemplum [6]) per se patet.

C. 5. *Si quando etc.*

Verba Papae ad archiepiscopum: Non minus te diligimus, quamvis quandoque, [ut] clamoribus querelantium satisfaciamus, nimis aspere tibi scribamus, unde si hoc acciderit rogamus, ne movearis, sed rescribas nobis causam, quare facere non possis quod praecepimus.

C. 6. *Ad aures etc.*

Casus manifestus. Hic satis reprehenditur et apparet avaritia quorundam praelatorum, qui nolunt

Quaeris quid iuris sit, si praelati tacito nomine dignitatis velut supplices clerici per interpositas

[3]) In Cod. adduntur: *hanc epistolam dans in mandatis.* [4]) In utroque Cod. occurrit *disiunctione.* [5]) Cod. Fr. habet *disiuncta.* [6]) Cod. Mon. addit *vero.*

ponere finem voto habendi praebendas, et ideo, veritate tacita et suppresso nomine suae dignitatis, alias praebendas, quae conferri deberent pauperibus clericis, sua importunitate usurpant, non attendentes, quod, quantum crescunt in numero praebendarum, tantum decrescunt in munere (?) gratiarum. Ceterum statuit Apostolicus, ut haec fraus eis ad ipsas obtinendas nullatenus patrocinetur; simile infra de cohab. cleric. et mul. *Super eo* (c. 8).

personas litteras impetrant de minoribus beneficiis impetrandis; tibi respondemus, tales litteras nil valere, ne fraus eis sit lucrosa.

C. 7. *Si autem aliquis etc.*

Casus. Quidam possessor rei petitae, in iudicio metuens contrariam sententiam reportare, appellavit ad apostolicam sedem et obtinuit litteras commissionis, sed causam non est prosecutus. Adversarius autem eius ab eadem sede litteras ad alios iudices impetravit et dedit eas iudicibus delegatis, et fecit, ut citaretur appellator; ille vero obiecit, se priores litteras habere, de quibus in posterioribus mentio non fiebat, et ita iudicium subterfugiebat et semper rem possidebat. Super hoc consultus Apostolicus respondit: distinguendum est, utrum dolo vel negligentia praetermisit uti litteris commissionis, an quia delegati iudicis copiam habere nequit; nam priori casu non potest excusari, immo respondere tenetur, sed habet excusationem, nec potest per posteriores litteras conveniri.

G. conventus ab R. per litteras Papae excipit: G. non potes me convenire per has litteras, quia super hoc facto priores habeo, de quibus tuae non faciunt mentionem. Quaeritur, quid iuris sit? Resp.: si G. per negligentiam prius litteras non ostendit, excusationem non habet, si vero iudicis copiam non habuit, necessitas eum excusat.

C. 8. *Ad haec cum inter etc.*

Casus satis est planus; ceterum varietas mandatorum hunc episcopum in dubitationem induxit. Statur autem hic secundis litteris, si tamen non sint obtentae tacita veritate, contra id, quod est supra eod. *Ceterum* (c. 3). Verumtamen prima et secunda commissio non sunt penitus super eodem capitulo, quia in priori commissione dabatur potestas excommunicandi, in secunda potestas absolvendi; vel dicas, quod in posterioribus facta erat mentio priorum, alioquin essent obtentae tacita veritate, ut supra eod. *Ceterum* (c. 3). — *quod iudicio ecclesiae:* Nota, quod aliud est iurare, se obediturum praeceptis ecclesiae, et aliud iurare, se ipsius iudicio obediturum; priori casu non licet propterea appellare, ut infra de appell. *Quaestioni* (c. 31), posteriori potest, ut infra de appell. *Praeterea de his* (c. 32).

A iudicibus tibi delegatis quandoque tibi praecipitur, ut certas personas tuae parochiae excommunices, excommunicati vero ad alios iudices super eodem negotio litteras impetrant, a quibus iudicibus tibi praecipitur, ut praedictos habeas absolutos; super quo casu dubitanti tibi, quid agas, respondemus, ut eos ad mandatum illorum, nisi litterae impetratae ad illos falsae fuerint, debeas absolutos habere [7]).

[7]) Cod. Mon. pro *nisi* habet *nec*, atque *debeant* loco *debeas*.

Tit. 3. De consuetudine.

C. 1. *Consuetudo etc.*

Casus per se patet [1]).

C. 2. *Ceterum etc.*

Datae rei quantitas et illius terrae consuetudo: Hic igitur duo consideranda sunt in donationibus rerum ecclesiasticarum; nam si res modica fuerit, facilius eius donatio toleratur, et si terrae consuetudo consentiat, facilius ipsa donatio confirmatur; sed et aliae causae in donationibus attenduntur, de quibus legitur infra de simonia *Etsi quaestiones* (c. 20), de quibus habes infra de donation. in illius tit. summa; simile ar. C. XVII. qu. 4 *Questi* (c. 41). — *quae tamen sacris canonibus non manifeste obviet:* Notandum, quod specialis consuetudo alia est secundum legem, alia praeter legem, alia contra legem; prima laudatur, secunda toleratur, tertia reprobatur; de prima habes supra Di. VII. *Frustra* (c. 7), de secunda hic in princ. et supra Di. XI. *In his rebus* (c. 7), de tertia in hoc capitulo in fin. et supra Di. XII. *Scit sancta* (c. 3) et infra de sentent. et re iudic. *Cum causa* (c. 10).

Si abbas cum quibusdam de conventu donationem fecerit et pars conventus postea reclamet, ea consuetudine loci inspecta, quia non sit contra canones, videri potest, an teneat alienatio.

Lib. II. tit. 9. De restitutione spoliatorum.

C. 1. *Sollicite etc.*

Casus sumi potest ex illo c. infra eod. *Audita* (c. 4) et est talis. Cum H. spoliatus ab ecclesia sua extra iudicium et coram non iudice

Tit. 3. — [1]) Cod. Fr. non habet *per se*, quae alias, et in Mon. hic quoque adduntur.

dam presbyter de ecclesia sua fuit, ut dicebat, per vim eiectus, deinde eandem ecclesiam resignavit et abiuravit; postulabat restitui; obiiciebatur ei resignatio et abiuratio, et parata erat adversa pars probare utrumque; iste replicabat, se nihil de his sua voluntate fecisse, nec tamen confitebatur se resignasse vel abiurasse, asserens et probare paratus [1]), quod tempore, quo adversarius eius dicebat eum resignasse et abiurasse, iam fuerat ipsa ecclesia spoliatus. Quia igitur probata replicatione sua praefatae exceptiones non ei obessent, nec Apostolicus vult, ut reus pro nihilo laboret ad praedictas exceptiones sibi non profuturas, mandat, ut non recipiantur testes ad probandas exceptiones, sed huius testes recipiantur ad probandam suam replicationem; nec obiicias de iuramento infra de iureiur. *Si vero* (c. 3), quia ex hoc rescripto sacerdos credi potest ab Apostolico absolutus. Videtur hoc cap. contr. infra c. prox.; sed iste post expoliationem, ille ante resignavit.

suo per iuramentum ecclesiae suae renuntiaret, praecipit Papa, quod adversarius non admittatur probare volens, spontaneam fuisse renuntiationem; praesumitur enim invitus facere quod facit spoliatus, sed testes de probanda spoliatione admitti non debent [2]).

C. 2. *Accepta etc.*

(Vacat.)

Dedimus vobis in mandatis, quod si G. clericus esset spoliatus contra ius et legitime fuerit ab initio institutus, appellatione remota restitueretur. Sed adversarius eius excipit, quod ipse spontaneo motu in manibus archiepiscopi ecclesiam illam abiuravit, quod si verum est, vobis mandamus, ut ei perpetuum silentium imponatis.

C. 3. *Fratres Aremarenses etc.*

Contra abbatem suum. Ergo monachi contra suum abbatem criminaliter agere possunt; ad idem ar. infra de accusation. *Illa* (c. 5), *Ex parte* (c. 13), et ita credendum est, nisi constaret, monachos malitiose versari, ut infra eod. cap. in fin.

Monachi suum abbatem accusabant de dilapidatione, de sortilegio, de eo etiam quod esset inutilis, et coram Papa; nuntius vero abbatis haec omnia negando [3]) dominum suum iniuste conquerebatur spoliatum. Delegat Papa causam sub hac forma, ut secundum iustitiam vel restituatur spoliatus, vel [4]) etiam deponatur, si tale crimen probatum fuerit, verum si fratres in probatione defecerint, digna animadversione puniantur.

Lib. II. tit. 9. — [1]) In Cod. *parare probatus.* [2]) Cod. *teste* atque *non deb.*,

C. 4. *Audita etc.*

Casus iste non difficultatem continet, sed prolixitatem, quam ex ipsa littera sic plane et plene colligere potes, ut a nobis nequeat plenius explicari. Sed ad maiorem huius cap. intelligentiam nota, tria paria litterarum sive tres commissiones super hoc negotio a sede apostolica emanasse; primae obtentae sunt pro Telialdo clerico regis Scotorum, conquerente de molestia et inquietatione, quam ei faciebat Henricus adversarius eius; secundae Henrico adversario ipsius T., tertiae praefato T. super praefata inquietatione, quae litterae, scil. tertiae, hic ponuntur et habent continentiam primarum et secundarum, et harum scil. tertiarum; primae litterae sunt destinatae episcopo Lundonensi et archidiacono Eliensi, secundae autem episcopo Wigorriensi et praedicto archidiacono Eliensi, ut supra eod. *Sollicite* (c. 1), tertiae ad eosdem, scil. episcopo Wigorriensi et archidiacono Eliensi, et in his tertiis continentia primarum et secundarum continetur, et habent tertiae totius negotii diffinitionem. Sed ex huius cap. fine colligitur, quod id, quod factum est auctoritate primarum litterarum, occasione posteriorum non est aliquatenus immutandum. Simile ar. C. VI. qu. 4 *Quod bene* (c. 6) et C. XXXV. qu. 9 *Omnibus modis* (c. 1). — *si vero post susceptionem:* Videtur contr. infra de appellat. *Suggestum* (c. 20); sed ibi per fraudem litterae impetratae sunt, hic sine fraude.

In hoc capitulo nota tria rescripta, primum iustitiae (sic!) petitorium, secundum cassatorium, tertium primi confirmatorium. In primo impetravit Thomas clericus regis Scotorum, quod si constaret, adversarium vel ecclesiam, quam ab eo petebat, abiurasse vel etiam ecclesiam habere, quod perpetuum silentium imponeretur ei. Contra hoc secundus nuntius praedicti H. impetravit, quod si constare posset, quod spoliatus esset, cum ecclesiam abiuravit, quod restitueretur, et testes contra eum de spontaneo iuramento non admitterentur, et si quid esset immutatum post iter (?) nuntii [5]) inceptum, quod totum irritaretur. Interim autem, cum iudicibus legitime constaret de contumacia H., et quod praedictam ecclesiam abiuraverat, et quod aliam ecclesiam haberet, ei perpetuum silentium imposuerunt. Cum vero praedicti H. nuntius postea cum praemissis litteris rediisset, dubitastis, o iudices, an omnia medio tempore facta essent retractanda; sed resp. nunc tertio rescripto, quod ratum debet esse, quicquid ante reditum nuntii legitime factum fuerit, quod vero postea factum est, debet irritari.

quod tamen subpunctando ipse librarius delevit. [3]) Cod. *negandi.* [4]) Cod. *vel rest. vel confirmetur spoliatio et etc.* [5]) Cod. *si quis . . . potū nuntii.*

C. 5. *In litteris etc.*

Cum spoliatus restitutionem petit et spoliator obiicit, cum numquam canonice fuisse institutum, dicimus, quod causa restitutionis primo agitari et terminari debet, et postea, an eam legitime adeptus fuit [6]), inquiratur.

C. 6. *Item cum quis etc.*

De possessione eiectum vel adversarium clam etc.: Duo vitia possessionum notat initium [7]); qui enim petit sibi possessionem restitui, allegare debet, adversarium suum vel clam vel precario a se possidere, ar. Dig. uti possid. *Quod ait* (L. 1. § 9) et Dig. de itin. actuque priv. *Inde* § *Ait Praetor* (L. 3. § 11) et Dig. de aqua cottid. L. 1; qui vero ea crimina obiicit, ut eum a sua intentione repellat, nihil agit, quia propter hoc principalis quaestio retardari (sic!), quia, etiamsi constaret de crimine, posset tamen agere in sua propria causa, ar. IV. qu. 6. c. 1 et 2 et 3.

Cum quis dicit, violenter se spoliatum vel adversarium secreto intrasse possessionem eius, et adversarius obiicit crimen in modum exceptionis, prius causa restitutionis finietur, nec etiam postea criminaliter spoliator cum accusare potest, cum sit eius inimicus.

C. 7. *Licet etc.*

Consentiente: Ubi enim consensisset, quod ista probatio praemitteretur, statim erat restituendus. — *res ei tuta:* i. e. ablata, a tollo tuli.

Cum Philagrius caecus ab hominibus ecclesiae vestrae esset spoliatus et restitutionem peteret, procurator ecclesiae vestrae in praesentia nostra probavit, immo probare voluit, quod praedictus Ph. homo ecclesiae vestrae esset, unde, quamvis ante cognitionem causae deberet restitui, tamen, quia eo consentiente hoc factum est, vobis mandamus, quod si constiterit, cum esse hominem ecclesiae vestrae, ab intentione cesset, alioquin statim restituatur. Hoc autem addimus, quod ipse inter alios [8]) concives ad collectam non compellatur, cui potius pietatis intuitu esset aliquid conferendum.

C. 8. *Ex conquestione etc.*

Casus est manifestus. — *quod minime fieri debuit:* Subaudi, ubi ille in continenti paratus sit probare divortium, ar. Dig. ad exhib. L. 3. § Ibidem (§ 13).

Cum E. miles uxorem suam post filiam ab ea susceptam arbitrio privato dimisisset, et postea a nobis litteras impetrasset ad quosdam iudices, coram quibus causam de consanguinitate probare volebat, illa medio tempore coram episcopo loci ante litem contestatam et postea restitui petebat, et hoc idem postea coram delegatis postulabat, et [cum] iudices hoc constanter negassent, illa ad nos appellavit; unde vobis mandamus, quod si praemissa constiterint, appellatione remota ei virum suum restitui faciatis, et, quae post appellationem facta sunt in irritum revocatis, causam super matrimonio fine debito terminetis.

[6]) Cod. Mon. *debeat* et *fuerat.* [7]) Sequitur in Cod. *sub* et trium quatuorve litterarum lacuna. [8]) Cod. *aliquos.*

Lib. III. tit. 22. De testamentis [1]) et ultimis voluntatibus.

C. 1. *Testamentum etc.*

Hoc est speciale et pro sua propria sepultura, ideo [2]) quod est episcopus factus.

Cum B. esset episcopus, condidit testamentum, quod Papa confirmat; nec enim fuit hic monachus.

C. 2. *Quorundam etc.*

Hic episcopus, dum esset laicus, uxorem et filiam habuerat. Casus planus est, sed mirum est, quod videtur velle, quod, quidquid acquirit episcopus post susceptam dignitatem, ecclesiae sit, ita ut non possit inde testari, quod quidem olim obtinuit, sicut praediximus in summa tit. huius.

Cum hic episcopus condidisset testamentum et partem bonorum reliquisset ecclesiae et partem nurui, praecipit Papa, ut bona ecclesiastica ecclesiae ante vel post episcopatum acquisita ei absque laesione conserventur.

C. 3. *Quia ingredientibus etc.*

Pars huius cap. est supra C. XIX. qu. 3 (c. 7), ultima pars est hic, cuius talis est casus. Quaedam abbatissa cuiusdam monasterii nomine Syrica [3]) decedens condidit testamentum de rebus, quas velut proprias possidebat [4]) dum vivebat, et magnam partem suorum bonorum cuidam hospitali reliquit. Successit ei alia nomine Gabiniana, quae G. abbatissa nobis conquesta est, S., quae in eodem officio eam praecessit, testamentum condidisse, quod videbatur posse excusari, quia praefata S. numquam vestem monachalem induerat quasi ex loci consuetudine. Nobis autem videtur testamentum non valere, quia, si nondum induta fuit, ut debuit, hoc potuit ad culpam episcopi pertinere, non

Lib. III. tit. 22. — [1]) Cod. *testibus.* [2]) Cod. *in eo.* [3]) Cod. *si ita.* [4]) Cod.

ipsum testamentum infringere volebat; sed tamen contra eam proponebatur, quod ipsa abbatissa non autem ipsam aut eius testamentum excusare.

vixerat in habitu monachali et, ut ita dicam vixerat ut monacha secularis, et quod etiam ex antiquo illae, quae eam in abbatia [5]) praecesserant, in simili habitu incedebant, unde haec, quae nunc successit illis, Gabiniana domino Papae per suum nuntium querelam deponens, ea, quae [ab] adverso allegabantur, domino Papae insinuavit. Ipse vero habito consilio sapientum causam Caralitano [6]) episcopo commisit, dicens, quod, ex quo facta fuit abbatissa, nullatenus potuit facere testamentum; nec obstat, quod [non vixerat in] habitu [7]) monachali, quia in eo est culpandus episcopus, qui eam debuit coercere, non tamen ex hoc eius testamentum confirmatur, cum eadem sit ratio monachorum et monialium, ut in Auth. de monachis (Nov. 5) § ult.

C. 4. *Cum in officiis etc.*

Penes ecclam: Sic ergo ea q̃ dēt simonia p'bnda's (sic!) aliquis clericus conquisierit, in alios transferre non potest, licet possit in suo usu expendere vel eleemosynae intuitu Sive praelatus moriatur testatus vel intestatus, bona tamen per ecclesiam acquisita apud ipsam remaneant.

in usu pauperum erogare, et hoc donatione inter vivos, non causa mortis, ne sit contr. infra eod. c. prox.

C. 5. *Ad haec etc.*

In aegritudine: Multo ergo fortius . . . [8]) — *moderate:* Hoc ideo dicit, quia res est ecclesiae, licet usus sit eius, qui rem propter eleemosynam erogavit [9]). Dicimus, quod clerici de bonis ecclesiae testari non possunt, sed dum in aegritudine sui compotes vivunt, non ratione testamenti, eleemosynae [10]) intuitu possunt aliquid largiri.

C. 6. *Quia nos tua etc.*

(Vacat.)

Tibi quaerenti, an clerici testari possint, respondemus, de bonis paternis et aliis aliunde acquisitis, non habito respectu ad ecclesiam, libere testari possunt, dummodo non laedant ecclesiam.

possideat. [5]) Cod. *abbatissa.* [6]) Cod. *Carolitano.* [7]) In Cod. inter *quod* et *habitu* obvia est lacuna. [8]) Lacuna in Cod. adest. [9]) Cod. *ppar. simoniam congregavit.*

C. 7. *Ad haec licet etc.*

Poteris tolerare: Nota, quod quatuor ex causis consuetudo perimitur et reprobatur, cum fidei obloquitur, cum legi resistit [11]), cum rationi repugnat, cum honorem gravat; cum fidei obloquitur, ut Di. XI. *Consuetudinem* (c. 6), cum legi resistit, ut Di. XI. *Usus* (c. 1) et Di. XII. *Scit sancta* (c. 3), cum rationi repugnat, ut Di. VIII. *Veritate* (c. 5), *Frustra* (c. 7), cum honorem gravat, ut Di. XII. *Omnia* (c. 12). Cum igitur ista consuetudo et onerosa sit nec consentanea rationi, non erit aliquatenus approbanda; sed licet non esset approbanda, quia tamen in multis ecclesiis observabatur, poterat non incongrue tolerari. Saepe namque pro vitando scandalo fit, quod alias non fieret, et sustinetur, quod alias non sustineretur, ut ar. Di. XXXIII. *Usque adeo* (c. 5) et Di. LI. *Aliquantos* (c. 1) — *illud est:* Singulae namque dignitates singulas habere debent personas; presbyter, ecclesiā [9]iunc'ī honor unus et una, ut Di. (sic!) Cum apud vos sit consuetudo, ut clericus moriens post calendas Martii vel ante calendas Novembris testari possit de beneficio, quod toto anno percipere debet, hanc consuetudinem tolerare potes, licet non sit consona rationi, praecipue si defunctus gravetur onere debitorum; hoc autem penitus interdicimus, ut unus in diversis ecclesiis habeat dignitates, cum unaquaeque personae praesentiam desideret.

C. 8. *Admonet etc.*

Absque tuo assensu: Nullus enim praelatus infra episcopum constitutus debet instituere ecclesiam et maxime parochialem absque proprii episcopi assensu et auctoritate, ut C. XVI. qu. 7 *Nullus omnino* (c. 11), licet apud quosdam consuetudo in contrarium habeatur. Praecipias in tuo episcopatu, ut nullus presbyter de rebus suae ecclesiae testetur, et si ab intestato decesserit, bona ecclesiae sibi conserventur; de aliis vero, quae aliunde acquisivit, libere testetur. Insuper statuimus, ut nullus presbyter inconsulto episcopo ecclesiam recipiat aut receptam dimittat, et qui fecerit, canonice coerceatur.

C. 9. *Cum esses etc.*

Sicut in summa praediximus, quod in hoc et in sequenti cap. dicitur, speciale est in testamentis et legatis, quae ecclesiis fiunt. Re- In hoc cap. et sequenti idem casus est; puta cum esset loci consuetudo, ut, si intestato aliquid piis causis relinqueretur, non aliter le-

[10]) Cod. *sed eleem.* [11]) Cod. hic *tenetur*, mox *re;* sed emendationem nostram

liqua satis plana sunt et sine scrupulo dubietatis.

gatum peti poterat, nisi VII testium subscriptiones testamentum haberet, nos eam irritantes statuimus evangelica auctoritate roborati, ut quantum ad res piis causis relictas nullus audeat testamentum impugnare, quod fuerit in praesentia duorum vel trium declaratum.

C. 10. *Relatum etc.*

(Vacat.)

Dictum est supra cap. proximo.

C. 11. *Si heredes etc.*

Vota: i. e. voluntates scil. ultimae, ut C. XIII. qu. 2 *Ultima* (sic!); videtur contr. supra Di. LXXXVIII. *Episcopus* 2. (c. 5); sed hic agitur de his, quae relinquuntur ad pias causas, ibi de aliis.

Per se patet.

C. 12. *Nos quidem etc.*

Casus est planus. — *elogio:* i. e. sermone emisso, a logos, quod est sermo; vel dicas, elogium hic dici testamentum nuncupativum. — *Theodosia:* Forte quae fuerat sua fideicommissaria. — *tunc per te:* Quod enim ad pias causas dari vel fieri a testatore praecipitur, cessante herede vel fideicommissario, per episcopum mandatur expediri, ut hic et Cod. de episc. et cler. *Nulli* (L. 28) *Si quis* (L. 49) ad fin. Videtur contr. Di. LXXXVIII. *Episcopus tuitionem* (c. 2); sed illud in aliis, hoc in his [12]), quae relinquuntur ad pias causas.

Audivimus supra in testamento ordinasse, ut monasterium in certo loco fundaretur, unde tibi praecipimus, ut eius heredem admoneas defuncti voluntatem infra annum adimplere, et si tibi non acquieverit, tu auctoritate nostra exequaris, vel in eo loco, ubi defunctus praecepit, vel in alio loco idoneo. Praecipiunt enim leges seculares, defunctorum voluntates per episcopos effectui manicipari.

C. 13. *Iudicare etc.*

(Vacat.)

Patet.

C. 14. *Filius etc.*

Casus. Quidam decedens ecclesiae, apud quam sepeliri debebat, quaedam aliena reliquit, post cuius decessum episcopus, cuius ecclesia fuerat, praedicta legata inter bona defuncti invenit, res legatas forte apud suam ecclesiam commendatus, scil. calicem quemdam et quemdam puerum servum, qui servus et calix cuiusdam ecclesiae cuius erant quos testatoris heredes reddere debebat ecclesiae cuius erant (sic!). Quia vero, cum res aliena legatur, heredes eam debent emere et legatario dare, praedictus episcopus ea detinebat, nec ei reposcenti reddere volebat, unde apud dominum Papam querelam deposuit, et ipse scribit eidem episcopo, quia ipse non debet vivere lege seculi, sed lege Dei, reddat calicem et puerum servum. — *conquestus est:* Sed quid ad eum, cuius res essent alienae? non enim potest in rem agere, cuius non interest; quid intererat istius, quia calicem et puerum reddere tenebatur, forte apud patrem suum depositos vel forte patri pignori obligatos et postea debito soluto liberatos? — *aliena legaverit:* Distinguitur tamen, sciebat testator rem alienam esse, aut ignorabat; si sciebat, heres debet eam redimere et legatario dare; si ignorabat, non tenetur heres, ut in Inst. de legatis § *Non solum* (§ 4) v. *Quod.* — *calix electrinus:* Electri plures species dicuntur; est enim electrum, quod conficitur vulgariter os maltum (sic Cod.!), et est electrum, quod conficitur ex duobus metallis, auro scil. et argento, et de tali mixtura erat iste calix. Sed obiicitur sententiae huius cap.: nonne voluntas testatoris est omnibus modis adimplenda, ut supra c. prox. et C. XIII. qu. 2 *Ultima?* (v. s.) Cum testator sciret rem alienam, ūr hr̄e q. credendum ūr heres eam redimere et legatario dare debebat, vel si dominus dare nollet, heres tenebatur ad rei pretium; ergo secundum quod dicitur hic, voluntas defuncti non impletur, quod est contra legem Dei. Sed episcopus haec postulare non debebat, licet heres dare deberet; saepe namque inhoneste postulatur, quod iuste debetur, ut C. XXIII. qu. 3 *Sex sunt* (c. 1) et Cod. de episc. et cler. *Si quis in hoc* (L. 10) et Dig. de vacat. et excusat L. 1. Consonat plurimum huic cap., quod habetur C. XVII. qu. 4 *Quicumque vult* (c. 43).

Ioannes filiam suam nondum septennem Stephano nondum septenni calicem unum et servum unum, qui sunt iuris alieni tu met plurimum rigorem legum (sic!), quae dicunt, quod, si testator rem alienam scienter alii legat, tunc heres eius tenetur eam emere, et legatario eam vel eius aestimationem praestare, quod nolumus in hac parte obtinere, et tu episcope cum clericis tuis debuistis aliena restituere, ex quo P. archidiaconus iuris peritus sic fuerat protestatus.

---

[12]) Cod. addit *ūbis,* quod relicere non dubitavi.

luebitur ipse c. 3. Di. XII. cit.

Lib. IV. tit. 2. De desponsatione impuberum.

C. 1. *Lex divinae etc.*

Casum plene et plane littera ponit, et plenius intelligitur de puella,

quae fuerat desponsata per verba de futuro. — *verbis simplicibus:* i. e. usitatis, puta: „accipiam te in meam" et contra, simile ar. Di. XXIII. *Qui episcopus* (c. 2); vel dicas *verbis simplicibus* i. e. nuda parentis promissione, unde subditur „decreverat desponsare" — *posse fieri:* Videtur contr. infra eod. *Litteras* (c. 5); sed hic fuit desponsatio de futuro, ibi de praesenti, vel ista desponsavit, qua mortua vult ei aliam filiam suam tradere in uxorem. Quaeritur, an possit? et nos respondemus, quod eam habere possit; nam cum prima sponsalia ipso iure non tenuerint, nec haec sibi sit affinis, quia non osculo, non verbis, sed sola carnis commixtione contrahitur [affinitas], nulla ratione ipsam habere prohibetur.

non erat desponsata, sed tantum a patre promissa, illa erat desponsata, unde hic subditur „decreverat desponsare"; ibi igitur impediebat causa publicae honestatis, hic non, ar. supra tit. prox. c. 1. — Notandum etiam circa hoc cap., quod aliud est despondere, aliud desponsare; despondere est promittere, desponsare sibi coniugio copulare, despondet [pater] filiam ut hic, desponsat sponsus sponsam, ut infra eod. *Litteras*, unde ista desponsa erat, non desponsata. Hanc diversitatem innuit scriptura divina; audi quod Apostolus [1]) dicit: „ecce despondi," inquit, „vos uni viro virginem castam exhibere Christo;" audi etiam, quod Christus [2]) dicit, sponsus animae tuae: „sponsabo te mihi in fide, sponsabo te mihi in iustitiam, sponsabo te mihi in gloria," quibus verbis triplex animae desponsatio denotatur. Ex hoc cap. colligitur, quod saepe dicere solemus, cuncta licent nisi decreto vel lege vetentur ar. Di. [3]) V. *Baptizari* (c. 3).

C. 2. *Tua sanctitas etc.*

Casus est planus et benigne interpretandus. — *matrimonium ducere:* i. e. contrahere. — *adimplere debet:* Non debito necessitatis, sed debito honestatis, et ita non contradiceret supra C. XXVII. qu. 1. § 1.

Tibi respondemus dubitanti, quod pater filio adulto sponsam dare nec debet nec potest, nisi filius consentiat; si vero nondum adultus est, potest ei sponsam quam voluerit assignare, qui, cum adultus fuerit factus, patri debet consentire, quod generaliter observari mandamus.

C. 3. *Manifestum etc.*

Notandum, quod pubes dicitur quis duobus modis, scil. aetate, et usu vel effectu; aetate, ut puer quatuordennis

Iam pubes est, qui generare potest, licet XIV annos non habeat.

Lib. IV. tit. 2. — [1]) Cf. Epist. II. ad Corinth. c. 11. v. 2. [2]) Eandem quae mox antea occurrit, hoc quoque loco exhibet Cod. siglam, eamque quae non possit nisi de Christo intelligi; sed quae huic attribuuntur verba, ex Oseae

et puella duodennis, ut ar. C. XX. qu. 1 *Firma* (c. 1) et qu. 2 *Si tu qualibet* (c. 1), *Puella* (c. 2); usu vel effectu, qui iam coire potest, ut hic.

C. 4. *Ubi non est etc.*

Ad aetatem legibus vel canonibus destinatam: scil. septennii, ar. C. XXX. qu. 2 *Ubi* (c. un.) et Dig. de sponsal. *In sponsalibus* (L. 14); vel potest intelligi hoc de traductione, et sic intelligetur de aetate adulta, ar. C. XX. qu. 1 *Firma* et qu. 2 *Si in qualibet.*

Praecipimus, ne sponsalia ante VII annos contrahantur, nec matrimonia per verba de praesenti ante pubertatem, nisi pro bono pacis coniunctio talis permittatur.

C. 5. *Litteras etc.*

Casus est manifestus. Contraria, quae supra sunt assignata, ibi sint soluta; sed hic non distinguitur, utrum puella sit proxima pubertati, sicut infra eod. *Continebatur* (c. 8), *Si puella* (c. 11), quia ex quo septennis erat, sponsus eius non poterat aliquo casu contrahere cum [4]) eius matre vel sorore, ceterum posset cum ulterioribus, sed si esset proxima pubertati, cum nulla eius consanguinea contrahere posset, ut ar. C. XXVII. qu. 2 *Si quis uxorem* (c. 14), *Si quis desponsaverit* (c. 15); ergo in [nondum] septenni nullus gradus, in septenni primus gradus, in proxima pubertati etiam gradus reliqui prohibentur.

Cum Petrus quandam in cunabulis desponsasset, matrem eiusdem puellae in uxorem duxit et eam cognovit. Tibi quaerenti, an matrimonium valeat, respondemus, quod, si cum matre contraxit, antequam puella septennium complesset, eam perpetuo habeat, cum nulla sint ipso iure sponsalia; si vero antea VII annos complevit, nec matrem, nec filiam in uxorem habeat.

C. 6. *Accessit etc.*

Casus. Quidam vir nobilis W. quandam puellam filiam cuiusdam nobilis viri desponsavit; idem ab ea separatus mortuo patre puellae matrem eiusdem puellae desponsavit, traduxit eam et cognovit, et ex ea filios procreavit, cuius rei seriem aliter dom. Eboracensis per suas litteras domino Papae significavit,

W. quandam parvulam desponsavit, quae postea in eum noluit consentire, quae in tuam praesentiam ducta publice confessa est, se nolle W. pro marito habere, et ideo tu eam ab illa desponsatione absolvisti. Postea vero mortuo patre puellae rex matrem eiusdem isti W. dedit in uxorem, quam, ut odium

libro c. 2. v. 19. 20 desumta sunt. [3]) In Cod. *de cons. Di. V.*, sed ibi non extat huius initii capitulum. [4]) In Cod. legitur *vel cum*, sed perperam.

et aliter iste praesens narravit. Enim Eboracensis significavit, quod iste W., cum esset maioris aetatis, desponsavit quandum puellam, quae erat minoris aetatis, postmodum [cum] ipsa, antequam ad annos nubiles pervenisset, nulla ratione consentire(t) eum habere in matrimonio [5]), inter eos est divortium celebratum; procedente vero tempore defunctus est puellae pater. Idem [6]) vero W. relictam eius C. matrem praefatae puellae accepit uxorem, quo comperto dictus archiepiscopus eum admonuit, ut ab ipsa discederet, reputa(ns) inhonestum, ut habe(re)t matrem uxorem, cuius filiam antea desponsaverat; sed quia admonitis archiepiscopi parere noluit, eum excommunicavit. Tandum cum rediisset ad archiepiscopum, recepit ab isto iuramentum, quod adiret praesentiam summi pontificis, et super hoc eius mandato pareret, et sic absolvit eum ab excommunicatione, et cum cum suis litteris haec narrantibus ad Dom. Papae praesentiam constitui destinavit. Iste vero in Dom. Papae praesentia constitutus aliter factum narravit, quam in litteris archiepiscopi continetur: dixit enim, quod desponsavit ipsam puellam infra VII annos existentem, postea, cum nondum ad nubiles annos pervenisset et nollet aliquatenus consentire, iste et pater puellae et ipsa puella archiepiscopum accesserunt, ut coram ipso inter eos divortium celebraretur; cum autem archiepiscopus eam monuisset, ut istius copulae assensum praeberet, et illa nollet consentire, denuntiavit istum in plena synodo ab huius desponsatione penitus absolutum; demum mortuo patre puellae rex Angliae matrem huic tradidit in uxorem, et hoc pro bono pacis, scil. ut discordia, quae fuerit inter parentes istius et parentes mulieris, sopiretur; et ita iste accepit eam sollemniter, et sine contradictione ecclesiae duxit et ex ea filios procreavit, et saepe dicta puella fuit alii copulata. Rescribit igitur summus pontifex praefato archiepiscopo, quod, si ita est, ut iste narravit, scil. quod puella ipsa nondum erat septennis, nec postea in eum consensit, pronuntiet matrimonium inter eum et matrem puellae postea subsecutum esse legitimum, et filios legitimos esse, si vero puella iam septimum annum impleverat tempore desponsationis, matrimonium postea cum matre subsecutum dicat non esse legitimum; verum in hoc casu inter se et parentes mulieris olim ortum sedaret, in uxorem accepit et liberos ex ea procreavit, et puella alteri matrimonio fuit copulata. Verum cum hunc pro hac causa excommunicatum de mandato nostro absolveris, praecipimus, ut, si puella nondum VII annos compleverit, quando eam desponsavit, matrem pacifice habeat, si vero iam septennio erat, matrem sponsae suae habere non poterit; verum ne pristinum odium sedatum suscitetur, eum cum ea esse poteris dissimulare (sic!); filios autem ex ea susceptos ab hereditate iubemus non repelli, si ecclesia tolerante matrimonium est contractum.

[5]) Cod. *maritumvīo (maritum omnino).* [6]) Cod. *Ī (item).* [7]) Cod. *et ea.*

pro bono pacis ei dat licentiam dispensandi. — *dum esset minoris aetatis:* scil. ipsa puella — *in virum nolebat etc.:* Ergo non erat expectanda pubes aetas ad dispensum; ar. infra eod. c. ult.; ar. contr. infra eod. *A nobis* (c. 10), *Si puella* (c. 11), sed ista ante septennium fuerat desponsata; hanc solutionem posuimus in huius tit. summa. — *verum si tibi visum fuerit:* Hic pro bono pacis concedit archiepiscopo dispensare, quia:

Pro variis curis fit dispensatio iuris;
Pax ut servetur, iuris moderamen habetur.

tolerante ecclesia: Ergo legitimus vel bonus habetur, qui ab ecclesia toleratur, ar Di. XIX. *Secundum* (c. 8) et C. XV. qu. ult. c. ult.

C. 7. *Puberes etc.*

Recurre ad distinctionem, quam diximus supra *Manifestum* (c. 3), et quae hic dicuntur, plana sunt.

Planum est.

C. 8. *Continebatur etc.*

Casus est in littera planus. — *carnali commixtione cognovit:* Ergo iam erat coniugium consummatum, ar. C. XXVII. qu. 2 *Si quis desponsata* (c. 38). — *viri standum est veritati:* i. e. canonicae probationi, quam VII manu facere debet, de qua satis habetur in summa infra de frigidis et malef. — *benedicta:* Non putes huiusmodi sollemnitates esse de necessitate, sed de honestate, ar. contr. C. XXX. qu. 5 *Nostrates* (c. 3) — *aetati proxima:* Hinc notari potest, quod praediximus in illo cap.: defuncto sponso vel alia causa [7]) separato ab ea nullus de eius consanguinitate ipsam accipere potest in uxorem, ut ar. C. XXVII. qu. 2 *Si quis* (c. 14), *Desponsatam* (c. 27); nam proxima pubertati quasi pubes habetur, ut hic et infra *Si puella* (c. 11) et c. ult.

Cum infra nubiles annos quaedam puella a parentibus cuidam pro uxore traderetur et ab ipsis matrimonio apta assereretur, ipsa demum ad nubiles annos veniens alii nubendi licentiam petit, quamvis sponsus eius, se eam cognovisse alleget, quod illa negat. Unde tibi respondemus, quod, cum viro potius quam mulieri in talibus sit credendum, si hoc iuramento firmaverit, viri standum est veritati, praecipue si illa tunc fuit aetati nubili proxima, cum ab eo traduceretur. Hoc autem addimus, quod, si quis aliquam supra VII annos desponsaverit, nec illa cum consanguineis sponsi, nec ille cum consanguineis sponsae contrahere potest matrimonium.

C. 9. *De illis etc.*

Hic distinctionem nota. Qui per desponsationem coniunguntur, tempore desponsationis aut ambo sunt

Ecce duo decennes sponsalia contrahunt, et ante nubilem aetatem, si alter vel uterque dissentit, non

puberes, aut unus pubes, alter impubes. Si ambo puberes, neuter poterit resilire ratione aetatis; si ambo impuberes, expectare debent pubertatem, nisi forte unus eorum perveniat ad pubertatem, quo casu statim poterit resilire, ut hic, dummodo carnalis copula non intervenerit, ut infra c. prox. Si vero auditur; sed si in aetate nubili dissentiunt, in facie ecclesiae separentur. Si vero mulier matrimonio apta cum puero decenni (Cod. nii) sponsalia contrahit, in arbitrio eius [est], cum ad aetatem pervenerit, utrum discedat vel non, non in arbitrio mulieris.

tempore contractus unus erat pubes, alter impubes, pubes non poterit resilire, sed hoc erit in potestate impuberis, cum pervenerit ad pubertatem: sed hic distinguitur, quo tempore pubes divortium petat. Nam si antequam impubes perveniat ad aetatem, prius monendus est, ut desistat et expectet; alioquin audietur, ut infra eod. c. ult; si vero ille qui erat pubes quia tempore contractus petat divortium tempore quo ille qui erat impubes et factus est impubes et consentit matrimonio (sic!), tunc repellendus est argumento istius cap., licet non putem, inter eos esse copulam coniugalem, ut in summa huius tit. plenius invenitur. Cum enim numquam eodem tempore talis inter eos consensus fuerit, qui sufficeret ad contrahendum matrimonium, restat, ut non fuerit inter eos vinculum coniugale, quia non [8]) in illo tempore coniugaliter consenserunt, nullo ergo tempore matrimonium contraxerunt; nam ante nubiles annos coniugalem assensum non habent, ut infra c. prox.

C. 10. *A nobis etc.*

Distinctio facta in superiori exponitur. — *coniugalem consensum non habent:* Opponitur, in ipsa desponsatione, quae praecessit, inter eos fuit consensus coniugalis, ar. C. XXX. qu. 2 *Ubi* (c. un.); quid est ergo, quod hic dicitur? Resp.: duobus modis dicitur consensus coniugalis sicut et pachio coniugalis, alia praesentis coniugii ut hic, alia futuri, ut ibi. — *carnis commixtio:* Nam ibi coitus supplet aetatem, et suppletur in sillaba (sic!), quod in temporibus deest; nam et malitia supplet aetatem, ut infra eod. *De illis* (c. 12) et Cod. si minor se maior. dix. L. 4.

Hic idem dicitur, quod supra cap. prox.

C. 11. *Si puella etc.*

Non possunt a pactione nuptiali recedere: Signatur contrarium supra C. XXX. qu. 2 *Ubi;* sed quod ibi dicitur „in cunabulis", intelligendum est „ante septennium", ut ar. supra eod. *Litteras* (c. 5) — *aetati proxima:* Satis dictum est supra de proxima pubertati, et in huius tit. summa.

Adhuc idem reperitur.

C. 12. *De illis etc.*

Isti petebant divortium duabus de causis, scil. ratione minoris aetatis et ratione violentiae sibi illatae; sed prima ratio tollebatur per coitum, qui intervenisse dicebatur, secunda penitus negabatur. Dicit ergo Apostolicus, quod, si coitus intervenerit, non sunt separandi ratione minoris aetatis, sed ratione violentiae, si modo [9]) de ea constaret, possunt separari, cuiuscunque aetatis essent. Sed pone [10]), aliquem compulsum timore mortis accipere quandam et postea eam carnaliter cognovisse; poteritne divortium postulare, cum videatur subsequenti coitu consensisse? Resp.: aut coactio adhibita est in acceptione et in coitu, aut in acceptione tantum. In primo casu poterit divortium postulare, nam coitus vi eripi potest tam in viro quam in muliere, ar. infra C. XXXII. qu. 5 *Lucretiam* (c. 4. § 1), *Ad Deum* (c. 7); ar. contra infra de eo, qui dux. in matr. c. 2. Secundo casu [non] potest, ad instar eius, quod dicitur de eo qui compulsus fuit promittere et solvit, ubi distinguitur, an fuit illata vis in promissione et in solutione. an in promissione tantum; nam priori casu poterit repetere, secundo nequaquam, ut Cod. quod metus causa L. 2 et Dig. de cond. ob turp. caus. L. penult. Item pone, istum per vim accepisse Mariam, et per vim iurasse, quod ei carnaliter iungentur (sic!), sed postea timore iuramenti cognovit eam; numquid ipse ratione violentiae poterit divortium postulare? Resp.: non, quia non tenebatur ex illo iuramento, ar. C. XXII. qu. 4 *In malis* (c. 5), nec est observanda diffinitio tribet (sic!); nam cum non consentiret in eam, coitus ille erat mortale peccatum, et ideo impune poterat venire contra iuramentum, ut supra de iureiur. *Si vero aliquis* (c. 4).

Quidam post sponsalia contracta petunt separari, allegantes tum aetatem minorem, tum metum, de quibus respondemus, quod metus iustus quamlibet aetatem excusat; sed si aetati ita proximi fuerint, ut carnaliter possint commisceri, cum malitia aetatem suppleat, non potest eos aetas excusare.

C. 13. *Attestationes etc.*

Casus ex littera plane habetur. — *si mulier per idoneos testes probare nequiverit:* Numquid mulier probare debebat? Resp.: utique, quia agebat, alioquin iuramentum erat viro deferendum; videtur contr. supra de testibus *Cum A.* (c. 6), *Causam* (c. 10), sed attestationes nondum

Per (sic!) attestationes a te nobis missas respondemus, quod H. nondum duodennus (sic!) cum G. muliere contraxit et nisus est [11]) eam cognoscere, licet utroque fatente ipsa virgo evaserit, et ante annum XIV ab ea recessit, quae nunc eum in virum repetit, in qua causa tibi

[8]) Cod. *si.* [9]) In Cod. *ūo (vero)* loco *mo.* [10]) Cod. *pene.* [11]) Cod. habet *rursus.*

fuerant publicatae; vel dicas, hoc esse speciale matrimonii causa. — *vel circa finem XIV.:* Videtur ergo interpretari illa verba, scil. prox. cap. „vel pubertati", scil. cum iam instat finis duodecimi in puella vel quartidecimi in puero, quod intelligo, si medietas ultimi anni iam esset transacta, ar. Dig. de excus. tutor. *Non tantum* (L. 17).

consulimus, ut, si mulier per testes non probet, H. circa XIV annum in eam consensisse, recepto ab eo iuramento, quod post [12]) legitimam aetatem in eam non consensit, absolvatur, uterque vero ad alia vota possit pertransire.

C. 14. *Ex litteris etc.*

Casus in littera patet; et nota, quod hic discedere volenti datur licentia discedendi non expectata legitima aetate; contradicitur supra eod. *De illis* (c. 9), *A nobis* (c. 10), sed forte hic fuit coacta, ibi volens, vel quod supra dicitur tenetur expectare, intelligas de debito honestatis, non necessitatis.

Cum quaedam puella duodennis a matre et fratribus esset desponsata cuidam puero novenni, et invita in domum pueri traducta, in qua cum vi et metu per annum stetisset, reversa est ad domum propriam; dicens, se numquam consensisse, alii nubendi licentiam petit. De quo tibi consulenti respondemus, quod, si et admonita pueri pubertatem noluerit expectare, si praemissa constiterint, alii nubendi poteris dare libertatem.

Lib. V. tit. 10. De homicidio voluntario vel casuali.

C. 1. *Si quis per industriam etc.*

Ab altari: Videtur contr. supra C. XVII. qu. 4 *Sicut antiquitus* (c. 6), sed quod hic dicitur, est de lege Mosaica, nec hodie servatur, sed correctum putatur.

Hoc de illo debet intelligi, qui publice insidiatur et publicus latro est, ut C. XVII. qu. 4 *Sicut* (c. 6).

C. 2. *Si rixati etc.*

Abortivum fecerit: Quod hic indistincte dicitur, alibi distinguitur, sit formatum puerperium vel informe, ut C. XXXII. qu. 2 *Quod vero* (c. 8). Circa huiusmodi abortum hodie crederem distinguendum, an ex huiusmodi abortu secuta est [mors] [1]) utrius[que], scil. parientis et

Qui percussit praegnantem, si illa evadit, punietur pecuniariter; si occiderit, etiam et ipse morietur.

[12]) Scripsit librarius $p \overset{o}{q}$ *(pro quo)*, sed voluit certe scribere $q \overset{9}{p}$.

partus, an alterutrius, an neutrius; si utriusque, duplex est homicidium, si [2]) alterutriusque, simplex, si neutrius, nullum; habenda est tamen in poenitentia congrua distantia (sic!) circa personam percutientis, scil. an id fecerit voluntate, an casu, ut dicitur in huius tit. summa. Illud etiam tenet ecclesia, ut, si puerperium erat informe, nihilominus tamen percussori de homicidio poenitentia imponatur, ar. infra eod. *Si aliquis causa* (c. 13). — *arbitri:* i. e. iudicis.

C. 3. *Qui sine etc.*

Casus. Quidam fur vel latro abstulit tibi tua et fugiebat cum rebus tuis; tu cum prosequebaris; nec [3]) eum poteras comprehendere nec tua recuperare; tandem emisisti pennam vel iaculum vel lapidem, et eum percussisti, ita quod postea mortuus est ex hac percussione. Quaerebatur, an esses reus homicidii, vel esset tibi tamquam de homicidio poenitentia imponenda, et responsum est, te non esse reum homicidii, nec esse tibi sicut homicidae [4]) poenitentiam imponendam. — *sine odii meditatione:* Nam si ex odio id fecisset, et reus homicidii esset; sicut enim bonum, quod fit ex caritate, aedificat ad vitam, sic malum, quod fit ex odio, aedificat ad gehennam. — *fures vel latrones:* Fur dicitur nocturnus, latro diurnus. — *capi non poterant:* Scil. nec furtum dimittebant; nam si rem tuam tibi dimisisset, nequaquam eum ulterius prosequi debuisses, et si tunc occideres, crederem te reum homicidii, cum videaris iam eum prosequi quasi sine causa — *quod humanitatis est facere:* Scil. ad cautelam, nam fecisse ibi videtur aliquid inhumanitatis, cum tanti habuerit res suas, ut pro ipsis hominem interfecerit — *si presbyter est, non deponatur:* Hoc ex dispensatione credo dictum, unde subdit „cunctis diebus poenitentiam agat" i. e. dolorem habeat de commisso. Sed quaeritur, numquid istud homicidium sit necessitatis? Resp.: est necessitas absoluta et est necessitas determinata: siquidem [5]) aliter evadere non posset a latrone, esset necessitatis absolutae, si vero res suas ab eo aliter non poterat liberare, personam suam tamen poterat liberare, non est necessitatis absolutae, sed determinatae, quia non aliter poterat res suas liberare et necesse habebat sic agere, si vellet res suas recuperare.

Si quis se defendendo sine odio aliquem occiderit, propter hoc non compellatur iciunare; si tamen presbyter talia fecerit, semper poeniteat, licet a beneficio deponi non debeat.

C. 4. *Interfecisti etc.*

Casus similis est superiori, nisi quod hic additur, quod si aliter

Si occidisti latronem, ubi vivum deprehendere potuisti, peccasti et

Lib. V. tit. 10. — [1]) In Cod. lacuna est. [2]) Cod. *sed.* [3]) C. *ii.* [4]) C. *dio.* [5]) C. *sed.*

capi poterat (subaudi: vel res aliter recuperari), ipse interfector sit homicidii reus. — *tuaque:* Hic copulativa coniunctiva ponitur pro disiunctiva, scil. que pro vel, ut Virgilius in Aeneidi: „pelago Danaum [6]) insidias suspectaque dona praecipitare iubet subiectisque urere flammis", que pro vel.

ideo XL diebus poeniteas sub forma in capitulo expressa; si vero alias sine odii meditatione in defensione personae et rerum talem occidisti, nil ieiunes, nisi volueris, et si presbyter hoc fecerit, nec ipse deponatur.

C. 5. *Superfodiens etc.*

Casus. Quidam fur fodiebat nocte domum tuam, ut auferret tua, et forte, ut te occideret; tu surgens percussisti eum ita, quod inde mortuus est; quaeritur, an sis reus homicidii? Respondetur, te non esse reum homicidii; si vero in die hoc fecisti, reus es homicidii. Ratio diversitatis est, quod in nocturno non potest discerni, an venerit ad occidendum, vel tantum ad sumendum, in diurno constat, quod ad furandum, non ad occidendum. — *hoc et in antiquis legibus:* Ut Dig. ad L. Aquil. *Itaque* (L. 4), § *Lex* (§ 1) et Dig. ad L. Corn. de sicar. *Furem* (L. 9); nec te moveat, quod dicitur in illa lege *Furem,* „si parcere ei sine periculo suo non potuit," nam ibi dicitur „sine periculo" i. e. sine gravi damno, videl. personae et rerum.

Si furem superfodientem domum tuam occidisti, de nocte non peccas; si vero de die hoc feceris, reus eris, quia discernere hic potuisti, utrum venerit ad furandum, an ad occidendum; ubi enim occidere vult, plus quam fur est [7]), et hoc tam in lege seculari, quam in veteri testamento continetur.

C. 6. *Cum iuramento etc.*

Certum est Herodem promisisse puellae saltanti, quod ei daret, quidquid illa peteret; illa petiit caput Ioannis Baptistae, quod ille, excusans se promissione et refundens culpam in puellam, [fecit?] Ceterum B. Hieronymus in eum culpam retorquet; nam si puella petiisset caput patris vel matris ipsius Herodis, non ei dedisset, et quod repudiaturus erat in suis, non debuit facere in propheta.

(Vacat.)

C. 7. *Sicut dignum etc.*

In hac prima cap. parte notantur, quae circa crimina punienda sint consideranda, quae his versiculis continentur:

(Vacat.)

Quantum, quale scelus aetasque, scientia, sexus,
Conditio, tempus [8]), locus modusque notantur.

ergo et causa [9]), ut hic et C. XXIII. qu. 8 *Occidit* (c. 14) et de poenit. Di. I. *Poenae* (c. 18) et infra § *Eos vero.* — *potuissent eis quorum fuerunt restituere:* Ex his datur intelligi, quod ea, quae male quaesisti, potius debes illis, quibus abstulisti, vel eorum heredibus reddere, quam pauperibus erogare, et hoc verum est, ubi inveniuntur, quibus reddantur; si vero nesciantur vel non inveniantur, pauperibus sunt eroganda, ut infra de usuris *Cum tu* (c. 5).

C. 8. *Presbyterum etc.*

Casus est manifestus. — *vel aliam infirmitatem:* scil. si ex illa percussione incurrit talem infirmitatem, unde mors subsecuta. Videtur contr. C. XV. qu. 1 *Si quis non iratus* (c. 13), sed quod ibi dicitur „innocens", est intelligendum, quantum ad homicidium voluntarium, quia non habuit animum occidendi; ecce hic praesumitur decessisse ex percussione sacerdotis, quia post paucos dies obiit, ceterum si longe post obiisset, non praesumitur ex illa percussione obiisse, ar. infra de clerico percussore *Praeterea* (c. 2). Sed nonne fuit hic homicidium casuale, et instabat presbyter operi licito scil. illius pueri disciplinae? Resp.: fuit quidem [10]) casuale et intendebat licito presbyter operi [11]), sed non adhibuit illam diligentiam vel cautelam, quam debuit, siquidem non gravis, sed modica castigatio concessa est magistris, ar. Di. XLV. *Cum beatus* (c. 8) et Dig. locati *Item quaeritur* (L. 3) § *Item Iulianus* (L. 4).

Praecipimus, ut presbyter ab officio deponatur, qui cultellum suum intuitu disciplinae percussit in capite, cuius occasione puer intra paucos dies expiravit.

C. 9. *Continebatur etc.*

Casus est manifestus. — *nec ad superiorem:* Videtur contrarium infra c. prox. Solutio haec forte: hic alium provocavit occisor, ibi est ab alio provocatus, simile ar. Dig. si quadrupes pauperiem L. 1. § *Cum* (§ 10); vel, quod rationabilius videtur, hic culpa occisoris, ibi culpa occisi mors intervenit; quamvis enim iste diaconus instaret operi non multum reprehensibili, constat tamen eum debitam diligentiam non habuisse; sciebat enim consuetudinem illius ludi, sciebat etiam, se falce accinctum, quod forte non omnes alii sciebant; debuit ergo falcem deponere vel protestari aliis, ut sibi caverent, ne laederentur a falce, ar. Di. L. *Si duo* (c. 51). Item videtur contr. C. XV. qu. 1 *Nec is* (c. 11), ubi dicitur, quod, qui sic occidit, minister Dei videtur; sed licet Dei minister dicatur, non tamen immunis est a culpa, nam et diabolus in

Per se patet.

[6]) Cod. *donavit.* [7]) Cod. *furem.* [8]) Cod. *turpis.* [9]) Cod. *g. i. ea.* [10]) Ista inde a *casuale* Cod. ad marginem exhibet. [11]) Cod. *licite presb. oportet.*

torquendo malos minister Dei dicitur, non tamen sine culpa, et Sennacherib virga furoris Dei dicitur, non tamen sine culpa, ut C. XXIII. qu. 5 *De occidendis* (c. 8), ubi videtur dici, quod tales non peccant; sed licet is, qui iuste occidit vel alias sine sua culpa, sit immunis a reatu homicidii, tamen nec promoveri debet, nec in suo ordine nisi dispensative ministrare, non ratione criminis, sed ratione irregularitatis, sicut et bigamus, ut Di. XXVI. *Acutius* (c. 2), *Una* (c. 4), *Qui sine* (c. 5).

C. 10. *Lator praesentium etc.*

Istud cap., ut diximus, solet multum discordare a superiori, sed in veritate iste, qui occisus est, se ipsum casu occidisse videtur. Clericus enim, cum quo ludebat, nec eum occidisse, nec mortis videtur occasionem praestitisse; licet enim luderet, quod quidem non est prohibitum, et cultellum de more in vagina portaret, quomodo potuit cogitare, quod iste eum prosterneret, vel quod cultellus de vagina exiret vel in istum incideret? simile ar. C. XXII. qu. 2 *Ne quis* (c. 14) in fine; non igitur a promotione propter hoc prohiberi debuit, quia nec occidit nec mortis praestitit occasionem.

Indicavit nobis lator praesentium, quod quidam clericus ludens cum eo proiecit eum in terram, et incidit in cultellum huius, qui erat inferius, et mortuus est; unde praecipimus, quod, si ita est, eum ad sacros ordines ascendere non prohibeas.

C. 11. *Suscepimus etc.*

Casus est manifestus. — *constat equidem ... ex utriusque opere:* Igitur si non occidas, sed tamen adiuves ad aliquem capiendum, et ex illa captione mors subsequitur, reus homicidii es habendus; ad idem est ar. supra eod. *Sicut* (c. 7) § 1. et ar. Di. L. *Si quis viduam* (c. 8).

Per se patet.

C. 12. *De cetero etc.*

(Vacat.)

Per se patet.

C. 13. *Si aliquis causa etc.*

Explendae libidinis: i. e. suae voluntatis. — *non posset generare vel concipere:* ut homicida; videtur contr. C. XXXII. qu. 2 *Sicuti* (c. 10), sed illud ad vetus testamentum referendum est, hoc ad novum, ar. C. II. qu. 5 *Consuluisti* (c. 20).

Per se patet.

V.

DAMASI BOEMI ET BERNARDI PARMENSIS SUMMARUM SPECIMINA.

A. DAMASI BOEMI

1. Prooemium.

Iuri operam daturum prius nosse oportet, quid sit ius. Est autem ius ars aequi et boni, hoc est scientia, per quam bonum discernitur a malo et aequum ab iniquo, ut Dig. de iustitia et iure L. 1. Iuris autem species sunt duae; est enim ius naturale, quod natura omnia animalia docuit, ut Inst. de iure nat. gent. et civ. in princ.; est etiam ius positivum sive expositum ab homine, ut sunt leges seculares et constitutiones ecclesiasticae. Ius autem naturale coepit a principio rationabilis creaturae, et est plenum et perfectum, cum sit factum a Deo, qui opus imperfectionis non novit, ut X. de sacram. bapt. *Maiores* (c. 1) Lib. III. (Gr. c. 3. III. 42), et immutabile, ut Di. V. § 1 (Grat. dict. in princ. § 1) et Inst. de iure nat. gent. et civ. § *Naturalia* (§ 11). Ius autem positivum, cum inventum sit ab homine, est imperfectum, quia in rebus humanis nihil est perfectum, [ut] Cod. de veteri iure enucl. L. 2. § *Sed quia divinae* (§ 18), et immutatur per aliud ius postea prolatum, ut X. de cognat. spirit. c. 1. Lib. I. (Gr. c. 1. IV. 11). Post compositionem autem decretorum variis temporibus a summis pontificibus emanaverunt iura vel corrigentia (Cod. *genda*) iura antiqua vel novos casus decidentia, et quia utile erat studentibus invenire huiusmodi iura sub titulis collocare, ex eis compilationes factae sunt, de quibus est haec. Videamus ergo, quid sit materia huius libri, quae utilitas, et quis ordo agendi, et cui parti philosophiae supponatur. Materia sunt decretales .... Gratianus (v. Bernardum Papiensem). Intentio summorum pontificum, qui promulgaverunt has constitutiones contentas sub isto volumine, est haec, ut metu poenarum in eis expressarum humana coerceatur audacia et iusti vivere possint in quiete, ut Di. IV. *Factae sunt* (c. 1). Utilitas patet, qui per huiusmodi scientiam .... diffiniendum (v. eundem). Ordo agendi talis est: dividit opus compilator in V libros; in primo tractatur de constitutionibus .... iudiciorum (itidem v. Papiensem), in tertio de

vita et honestate clericorum et rebus eorum, in quarto de matrimonio et de eius impedimentis, in quinto de criminibus et poenis. Supponitur ethicae, ut alii libri iuris.

2. Summa ad tit. de regulis iuris.

Post tractatus titulorum de singularibus materiis loquentium subiicit [magister] titulum generalem s. de regulis iuris. Videndum, quot modis .... complectens (v. Bernardum Papiensem) universitatem, unde dicitur: regula quae rem breviter enarrat, Dig. de reg. iur. L. 1; et in hac quarta significatione hic sumitur. Ad esse regulae exigitur, quod sit generalis et nusquam fallat; si autem fallat in aliquo casu, perdit officium suum in illo casu, in quo fallit, ut Dig. eod. L. 1, et fere omnes regulae patiuntur exceptionem, unde dicitur L. 1, quod omnis diffinitio in iure periculosa est; nihil est enim, quod subverti non possit et exceptionem non patiatur, ut Dig. eod. *Omnis diffinitio* (L. 1). In summa notandum, quod pla. dixit, sub regula exceptiones contineri, quia generalibus specialia insunt, ut Dig. de reg. iur. *Semper* (L. 147). Sed nil est, quod dicit; verum est enim, quod species inest generi, quia de quocunque praedicatur species, et genus, ut si homo (Cod. *hoc*) est, animal (Cod. *al.*) est; sed regulae exceptiones non insunt, cum sint contrariae regulae, et contraria cohaerere non possunt, [ut] C. XVI. qu. 7 *In nova actione* (c. 22). — Benedicam nomen Domini.

B. BERNARDI PARMENSIS

1. Prooemium.

Formavit Deus hominem ad imaginem vel similitudinem suam, [ut] C. XXXIII. qu. 5 *Haec imago* (c. 13) et Cod. de poenis *Si quis in metallum* (L. 17). Fuit autem creatus in perfecta aetate scil. virili, [ut] de poenit. Di. II. § *Romanos* et *Adam vero* (Grat. dict. ad c. 29 et 30), necessarium fuit ergo, ut haberet iura, per quae regeretur; unde videndum, quid sit ius. Est enim ius ars .... ab iniquo (v. Damasum), ut Dig. de iust. et iure L. 1, cuius iuris duae sunt species, naturale et positivum. Naturale ius est, quod coepit ab exordio rationabilis creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile perseverat, quo iure ab initio homines regebantur, de quo habes Di. V. § 1 (Grat. dict. ad princ.), quod et natura omnia animalia docuit etc. etc.

2. Summa ad tit. de regulis iuris.

Post tractatum .... i. e. de regulis iuris (v. Dam.), qui omnes amplectitur, in quem terminat magister tractatum suum. Unde videndum, quid sit regula, unde dicatur et quid ad esse regulae exigatur. Regula est plurium rerum compendiosa narratione facta conditio (sic!), unde dicitur .... narrat (v. Bern. Pap.), ut Dig. eod. L. 1, et in hac significatione sumitur hic; exinde potes ponere infra eod. c. 1 et per totum. Item dicitur regula i. e. virga, unde legitur de Achor, quod furatus fuerit .... virgam (v. Bern. Pap.), de qua habes in C. I. qu. 4. § *Item peccato Achor* (Grat. dict. ad c. 11); item dicitur regula spiritualis notitia (sic!) vivendi .... canonicorum (v. Bern. Pap.), ut supra de purgat. canon. *Moniales* (c. 3); item dicitur regula canonica institutio (sic!), ut Di. *Hoc vestrae* (c. 10). Ad esse regulae, prout hic sumitur exigitur, quod sit generalis et nequaquam fallat; si autem .... ut Dig. *Omnis diffinitio* (v. Damasum). Pla. dixit .... generalibus (v. Dam.) [ut] Dig. eod. Sed hoc non est verum; verum est tamen .... insunt (v. Dam.), cum sint contrariae ipsi regulae et contraria contrariis non insunt, quia cohaerere et coniungi non possunt, quibus studia sunt diversa, [ut] C. XVI. qu. 7 *In nova actione* (c. 22).

VI.

DE ANTIQUIS DECRETALIUM COLLECTIONIBUS EARUMQUE GLOSSATORIBUS TESTIMONIA.

A. VINCENTIUS HISPANUS

1. ad breviarium Bernardi [1]) in prooemio.

Quia non omnia poterant comprehendi in decretorum corpore, ut Di. XIX. *Si Romanorum* (c. 1), ideo Mag. Bernardus Papiensis praepositus hoc opus compilavit, cuius intentio est, diversa extravagantia Romanorum pontificum et auctoritates novi et veteris testamenti compilare sub titulis; materia sunt ipsae constitutiones seu decretales etc.

2. ad compilationem tertiam [2]).

Quoniam non omnia gesta Romanorum pontificum in corpore canonum poterant compaginari, ut Di. XIX. *Si Romanorum* (c. 1), et ideo

[1]) Cf. Ant. Augustini Ep. Ilerd. notae fol. 1. [2]) Cf. Richteri Comm.

magistri et professores iuris canonici diversorum Romanorum pontificum decretales ad utilitatem scholarium sub titulis ordinarunt, quae quoniam non erant authenticae, infra de simon. *Per tuas* (c. 4. Comp. III; – Gr. c. 32. V. 2) et infra de sent. excomm. *Per tuas* (c. 14. Comp. III; – Gr. c. 40. V. 39), Dom. sanctissimus P. Innocentius, pater eminentis scientiae et perspicacissimi ingenii, decretales epistolas usque ad XII annum per notarium providum et discretum, magistrum quondam Bononiae, sub competentibus titulis compilavit. Super quarum expositione laborans, ego Vincentius Yspanus in appositione glossarum veniam postulo etc.

B. TANCREDUS ARCHIDIAC. BONONIENSIS

ad compilationem tertiam in praefatione [3].

Post compilationem decretorum factam a Gratiano multae a curia Romana decretales epistolae manaverunt, quas Mag. Bernardus, tunc praepositus, postmodum episcopus Papiensis, ad studentium utilitatem sub competentibus titulis collocavit, quaedam antiqua iura interserendo, et vocatur compilatio prima. Post illam compilationem quaedam aliae decretales a diversis Apostolicis emanaverunt, quas Mag. Gilbertus adinstar primae compilationis sub titulis collocavit; post illum vero Mag. Alanus suam compilationem effecit. Tandem Mag. Bernardus Compostellanus archidiaconus, in curia Romana moram faciens aliquantam, de registris Dom. Innocentii P. unam fecit decretalium compilationem, quam Bononiae studentes Romanam compilationem aliquanto tempore vocaverunt. Verum quia in ipsa compilatione quaedam reperiebantur decretales, quas Romana curia refutarat, sicut hodie quaedam sunt in secundis, quas curia ipsa non recipit, idcirco felicis recordationis Dom. Innocentius P. III. suas decretales usque ad annum XII editas, per Mag. Petrum Beneventanum, notarium suum, in praesenti opere compilatas, Bononiae studentibus destinavit. Post illarum receptionem Mag. Ioannes Galensis, decretales omnium Apostolicorum, qui praecesserunt Innocentium, de dictis compilationibus Gilberti et Alani extrahens, quandam compilationem ordinavit, quae hodie mediae sive secundae decretales dicuntur. Super quarum expositionibus plures doctores Bononiae studentes glossas plurimas varias et diversas posuerunt, et apparatus plures super eas scripserunt; et quia de dictis apparatibus opiniones studentium erant diversae sententiaeque confusae, idcirco ego Tancredus Bononiensis canonicus, qualiscunque decretorum magister, ad multam instantiam sociorum meorum, meliora et utiliora de dictis apparatibus colligens, ex

cit. p. 5. [3]) Cf. Bosqueti not. ad Innocentii III. Epist. Lib. I. ep. 71 (Tolosae 1635. p. 48 sq.), Sarti l. c. Tom. I. P. II. p. 31, Theineri Comm. cit.

ingenio meo quaedam interserendo, sicut et signis glossularum demonstratur, primas et secundas decretales, prout melius potui, glossulavi. Sed super praesenti tertia compilatione non apparatum feci, sed audiendo atque legendo quaedam in libro notavi, quae scholares quidam absque conscientia mea de libro meo extraxerunt, et pro apparatu tertiarum mihi intitulaverunt. Nunc autem, docendi officio ad multorum instantiam reassumto, praesentem tertiam compilationem cum diligentia, Domino favente, glossabo, et constitutiones concilii proxime celebrati et iura a Dom. Innocentio P. III. post XII annum edita tam in apparatibus a me factis, quam in hoc, quem ordinare dispono, diligentissime collocabo.

C. HENRICUS DE SEGUSIO HOSTIENSIS

in summae super titulis decretalium prooemio rubr. *Unde habuit* § 9 et 10 [4].

... Ex praemissis patet, fore duo genera hominum, scil. laicorum et religiosorum, et duo genera vitarum, scil. contemplativae et activae, et duo genera scientiarum, divinae scil. et civilis... Sed sine dubio addere possumus tertium genus ex ingenio quasi permixtum; nos enim clerici seculares, quos oportet Domino famulari et etiam curare, ne pereant possessiones ecclesiasticae, in medio istorum sumus positi tamquam centrum.... Ideo hoc tertium genus permixtum, vitam permixtam ducens, scientia permixta egebat, qua utrumque sibi commissum, scil. spirituale et temporale posset regere et defendere et tueri. Et sic tam ex dictis sanctorum patrum quam legibus fuit liber decretorum compositus, ut in ipso patet.... Postea vero, cum multae decretales epistolae extra corpus decretorum vagarentur, Mag. Bernardus Papiensis praepositus primam compilationem composuit; sed et tempore procedente Mag. Gilibertus suam effecit, aliam etiam Alanus; demum Mag. Bernardus Compostellanus, in curia Romana moram faciens, ex registro Dom. Innocentii III. quandam compilationem extraxit, quae Romana appellata fuit. Sed quia ibi erant quaedam decretales, quas non admittebat Romana curia, ideo idem Innocentius per manum Petri Beneventani compilationem edidit, quae tertia vocabatur; qua recepta et Mag. Ioannes Walensis de duabus dictis compilationibus Giliberti et Alani unam compilavit, quae vocabatur secunda. Postmodum, concilio generali per eundem Innocentium celebrato, tam de constitutionibus generalis concilii quam aliis decretalibus ipsius Innocentii compilatio quarta

p. 8. 9. [4]) Hanc secutus sum editionem: »Henrici Cardinalis Hostiensis summa aurea,« Lugd. 1568. fol., quam eis addas, quas Theinerus in Comm. cit. p. 19.

processit. Postremo quinta compilatio per Honorium III. facta fuit; et si ea, quae praemisi, bene attenderis, octo compilationes poteris invenire; ideo bene congruebat, ut Gregorius IX. faceret opus novum etc. etc.

D. VINCENTIUS BELLOVACENSIS

in speculi doctrinalis Lib. VIII. c. 49: De compilatione extravagantium et adbreviatione earum [5]).

Sed cum omnia non possent in corpore decretorum comprehendi, post compilationem ipsorum factam a Gratiano multae decretales epistolae a Romana curia emanaverunt, quarum tempore Alexandri primus fuit B(ernardus) Papiensis praepositus et etiam subtilissimus ordinator, quae prima compilatio appellari solebat. Secundo tempore Coelestini et Urbani Ioannes Galensis quandam edidit compilationem, quae solebat secunda compilatio sive secundae nuncupari. Sed quia quaedam decretales reperiebantur in illis, quas Romana curia non approbat, ideo Innocentius III. per B. (sic!) Beneventanum aliam fecit compilationem de his, quae a principio suae promotionis usque ad XII annum in suo continebantur registro, et quaestiones (sic! *constitutionibus?*) quas in generali concilio promulgavit, quae tertia et quarta compilationes appellabantur. Deinde crescente hominum multitudine et se infinitis quaestionibus cavillationibusque immiscente, tempore Honorii Papae facta fuit quaedam compilatio, quae quinta seu Honoriana dicebatur. Verum cum non debeat reprehensibile iudicari, si pro varietate temporum statuta quandoque varientur humana, ... adveniente novo homine i. e. Gregorio, ... decretales a praedecessoribus suis compilatas, removendo superflua et membranas frustra occupantia, decurtavit, iniungens super hoc fratri Raymundo poenitentiario suo, ut de compilationibus veteribus constitutiones eliceret meliores in consonantiam luculentam etc. etc.

E. GUILELMUS DURANTIS

in speculi iudicialis ad Card. Ottobonum epistola dedicatoria [6]).

... Ecclesia Deo auctore crescente gradibusque ac ordinibus rite in ea dispositis, cum ... lex non sufficeret Evangelica, ... tam ab Apostolis

not. 23 recenset. [5]) Hoc capitulum, quod iam commemoravit Phillipsius, inscriptum est: *Ex summa de casibus decretalium;* quae cuius sit, et an eadem

quam eorum vicariis per temporum curricula statuta plura sunt edita, ... quae generali vocabulo canones appellantur... Canon tamen duas leges ponit tantum, videl. publicam i. e. canonicam, et privatam... Porro super huius canonicae legis expositione varii iuris professores per varias temporum successiones diversimode laborarunt, ut Ruffinus, Silvester, Ioannes Hispanus, Ioannes Faventinus, Hugo, Melendus, Petrus Pisanus, Ioannes Galensis, Damasus Boemus, Petrus Papiensis, Alanus Anglicus, Petrus Apulus, Laurentius, Vincentius, Tancredus, Ioannes Theutonicus, Ioannes de Finto, Iacobus de Albenga, Episcopus Faventinus, Goffredus, Bartholomaeus Brixiensis, Ioannes de Deo et Bernardus Parmensis.

F. IOANNES ANDREAE

1. in Novella super decretalibus [7])

a. ad prooemium libri primi.

... Sicut enim fuit intentio Gregorii, diversas constitutiones et decretales epistolas dispersas in dispersa volumina ... in unum volumen reducere, sic est mei Joannis Andreae in hoc opere principalis intentio, diversos apparatus a summis huius iuris prudentibus editos super hac compilatione vel ipsis constitutionibus compilationis, ut per hoc etiam apparatus antiquarum compilationum includam, cum diligentia summa revolvere.... Antiquarum enim compilationum habuimus recolendae memoriae notatores Bernardum Papiensem, Ioannem Galensem

atque illa, quae aliis in capitulis hisce sub titulis affertur: *Ex summa decretalium* vel *ex summa iuris decretalium* (cf. Phillips l. c. p. 321 sq. et not. 28), diversa vero ab ea, quae *iuris* et *iuris canonici* atque *de casibus* sub nomine in speculo Vincentino occurrit, incertum est, certissimum vero, istud capitulum neque ex Bernardo neque ex Damaso desumtum esse, qui de antiquis compilationibus nihil prorsus proferunt, Gregorianamque non viderunt. Ceteroquin usus sum editione s. l. et a. vetustissima, ex Rostochiensi bibliotheca mihi oblata. [6]) Huius libri vulgatissimi extant in bibliotheca Lubecensi mihique ad manus erant tam Argentoratensis quam Romana editiones, quas Savinius (Gesch. etc. Tom. V. p. 516 sq. Ed. II. p. 589) primo loco recenset; sed illius primum folium, huius primum volumen cum deesset, neque alia mihi recentior in promtu esset editio, nisi Francofurt. A. 1592, optimum esse duxi, Durantinum locum ex ea recensione repetere, quam Savinio (l. c. Tom. III. p. 582. Ed. II. p. 631) debemus, quod et de Ioannis Andreae valet additionibus sub F. 3 repetitis. [7]) Usus sum Papiensi huius libri editione A. 1504/5. fol., a Savinio (l. c. Tom. VI. p. 102 et 115) secundo loco commemorata, quam mihi suppeditavit biblioth. Hamburgensis una cum Novellae ad Sextum editione, cuius nulla ab illo fit mentio ideoque hoc loco addatur subscriptio: „Opus aureo Novelle peritissimi viri Ioann. an. sup. sexto Decre. feliciter finit. Impressum Venetiis arte et industria Andree thoresani de Asula. Anno Domini MCCCCXCI

Vulteranum, antiquum Bernardum Compostellanum, Rufinum, Silvestrum, Ricardum, Rodoycum, Petrum Hispanum, Bertrandum, Damasum, Alanum, Laurentium, Vincentium, Ioannem Theotonicum, Tancredum, Guilelmum Nasonem, Iacobum de Albenga, de quorum apparatibus, scriptis et reportationibus, aliquibus additis, Bernardus Parmensis canonicus Bononiensis super hac compilatione apparatum, quo nunc utimur, compilavit.... Demum contemporanei Bernardi eiusque sequaces super hac compilatione scripserunt profundissimae scientiae patres, scil. praedictus Vincentius, Goffredus, Philippus [8]), Innocentius, Hostiensis, Petrus de Sampsone, Abbas, Bernardus Compostellanus, qui divina providentia non perfecit, Egidius Bononiensis, Bonaguida de Aretio et Franciscus Vercellensis. Horum autem scripta plus quam octingentarum peciarum numerum ascenderunt, ita quod praeter alia scripta, quae non per modum apparatuum manaverunt, computatis Bernardi et praedecessorum apparatibus, plus quam mille pecias scriptorum habuimus.

b. ad epist. Gregorii *Rex pacificus* v. *compilationes.*

... Nam post compilationem Decreti factam a Gratiano multae decretales epistolae emanaverunt a curia, de quibus Bernardus circa (leg. *tunc*) Papiensis praepositus, postea Faventinus episcopus, fecit primam compilationem, quaedam antiqua iura interserendo. Post illam aliae decretales ab aliis Apostolicis manaverunt, de quibus Gillibertus fecit aliam, post illum Alanus aliam fecit, de quibus Ioannes Galensis unam fecit compilationem, quae olim erat secunda, et dicebatur prima liber primus, secunda compilatio liber secundus. Bernardus autem archidiaconus Compostellanus, moram trahens in curia, de registro Innocentii III. extrahens quasdam decretales de illis unam fecit compilationem, quae Romana compilatio vocabatur, in qua erant quaedam inserta, quae Romana curia non approbat; unde ipse Innocentius per Mag. Petrum Beneventanum notarium suum compilationem

septimo idus Martii.« [8]) Quae teste Savinio (l. c. p. 583 not. g.) in Ioannis Andreae addit. hoc in nomine occurrunt siglarum varietates, scil. Phi., Phy., Phil., easdem exhibet Novella; aliquoties vero et integrum legitur Philippi nomen, e. g. ad c. 46 *Cum post petitam* X. de elect. Ceterum huius nominis canonistam neque apud Diplovataccium vel Sartium aliosve scriptores video commemoratum, neque ulla hoc sub nomine ab Haenelio Blumiove recensentur scripta, quae huc possent aliquo modo trahi, praeter »Philippi Episcopi Viterbiensis concordantiae decreti«, quae sunt Argentorati (cf. Haenelius l. c. p. 458). In unica tantum ad Decretum glossa sigla Phi. mihi obvenit, scil. in gl. *Permittantur* c. 1. C. I. qu. 5, cuius in fine legitur: *Phi. est additio.* Hinc plane incertus sum, quis ille fuerit, quem noster adiungit celeberrimis Gregorianae collectionis summistis et commentatoribus.

fieri fecit, quae tertia dicebatur, et fuit de decretalibus per ipsum editis usque ad XII annum sui pontificatus, post quam adhuc fecit quasdam alias decretales et in concilio generali quasdam constitutiones scil. LXXI, ... de quibus fecit quartam compilationem. Demum Honorius fecit quintam, quam Mag. Tancredo antiquo doctori nostro et archidiacono Bononiensi direxit; de quibus omnibus Gregorius fecit unam. Et dicunt quidam, quod impulsiva causa huius compilationis fuit, quod, cum coram Gregorio allegaretur secundo anno sui pontificatus decretalis *Coram* (c. 35. X.) de elect., et non reperiretur in compilatione, quia erat extravagans, idcirco compilationem hanc fieri iussit; sed falsum est, quod decretalis *Coram* esset extravagans; erat enim eius tit. prima in quarta compilatione.

2. in glossa ad prooemium Clementinarum v. *Ioannes.*

Inter canonistarum etiam commentarios hoc nomen viguit. Habuimus enim Ioannem Theutonicum, praeferendum non ex ordine, sed ex fructu, Ioannem Galensem Vulteranum, Ioannem Hispanum, Ioannem Faventinum, Ioannem de Faucona, Ioannem de Anchona, Ioannem de Deo etiam Hispanum, Ioannem de Iargui cella Caesenatensi, Ioannem monachum, Cardinalem. Ego etiam, qui memor sum inter XII doctores collegii Bononiensis me quartum fuisse Ioannem, nunc inter eos solus, sed inter commentatores decimus, etiam denigro papyrum, forte non dignus occupare membranas etc.

3. in additionibus ad Guilelmi speculum iudiciale.

... Non mireris, si omnes supra scriptos in prooemio Novellae non descripsi, cum ibi in versic. *antiquarum* solum de his, qui scripserant super quinque antiquis compilationibus vel altera illarum, facerem mentionem, hic vero loquendo de expositoribus legis canonicae omnia ipsius scripta et volumina comprehendit. Et tamen de antiquis, quos ibi scripsi, praetermittit Bernardum Papiensem (credo tamen, quod, ubi supra est Petrus Papiensis, debet esse Bernardus), item antiquum Bernardum Compostellanum (de novo non conqueror, qui secutus est istum), item Richardum Anglicum, et Rodoicum, Bertrandum, Guilelmum Nasonem, quem tamen allegat infra tit. 1. § 2. v. *sed numquid etc.*... et Philippum, quem etiam allegat infra de primo decreto § *nunc videamus* in fin.; econverso mihi noti non sunt Petrus Boemus et Petrus Apulus, quos hic ponit. Illos ergo vel alios,

ut Ioannem Hispanum et Faventinum, Hugonem et Melendum, item Bazianum et Gandulphum, quos duos auctor etiam omisit, quorum scripta super compilationibus illis non habentur per modum summae, lecturae vel apostillarum, congrue praetermisi; de modo dixi, quia Paulum Ungarum, qui notabilia secundae et tertiae compilationis ordinate collegerat, etiam non expressi. In his autem instando, credens non displicere, quaero, quare Bernardum Papiensem, Ioannem Galensem et antiquum Bernardum Compostellanum ibi praeposui Rufino, Silvestro et aliis, qui fuerunt antiquiores? dico, id actum, quia fuerunt compilatores non solum glossarum, sed textuum, ut ibi scripsi super prima glossa. Ipse ergo Bernardus super rubricis compilationis, quam fecerat et cui suum nomen inscripserat, fecit Summam, quae incipit: *Profectus discipuli gloria magistri etc.*; fecit etiam super illa paucas glossellas. Ioannes Galensis (de quo auctor infra de actione vel petitione § 1. v. *porro*, et per me X. de elect. c. *Quod sicut* super fine gl. *Sic patet*) aliquas glossas fecit, et ipsius fuit pars primae glossae decret. *Super hoc* de renuntiatione. Bernardus Compostellanus, quia non diu viguit sua compilatio, non habemus, quod illam glossaverit, sed legerat duas primas compilationes et apostillas dederat super illis, cui certas legendo signabam, ut de appell. c. 2. (et interpositionem faciendo, sciendum, quod, dum decretales legebam, dabam signa antiquorum, quorum fuerant glossae, quae propter brevitatem raro posui in Novella; quod enim brevissime fiebat signo, multum occuparet in scripto.); Rufinus (de quo in C. IX. qu. 1 in summa, C. III. qu. 4 in summa, de poen. Di. I. c. *Quis aliquando*. § *Illud autem*, de bigamis c. 2 in 4ta gl.) et Silvester (cuius fuerunt duae primae glossae decr. *Ad nostram* de consuet.) et Ioannes Hispanus fecerunt lecturas super Decreto, in quibus nullam decretalem allegant; idem dico de Ioanne Faventino (de quo not. Di. XIII. c. *Nervi*, Di. XXVII. c. *Quod interrogasti*, C. IV. qu. 1 in summa, C. IX. qu. 1. c. 2, C. XVI. qu. 2 et C. XIII. qu. 4 in summis et de iure patron. c. 2, de sent. excomm. c. *Cum non ab homine*); praevenerunt enim compilationes, de quibus supra; dicuntur tamen primi duo supervixisse et certas compilationes legisse, et sic reportatas post (per?) eos aliquas apostillas. Hugo certum est, quod vidit primam et secundam compilationem, in sua tamen summa rarissime decretales allegat, et si allegat, ut facit Di. LVI. § 1 et c. 1, non tamen allegat sub compilatione vel sub rubrica, motus, ut puto, quia non fuerant papales; quod illas viderat, patet, quia decr. *In quadam* de celebrat. missar. et decr. *Quanto* de divort. directae fuerunt ad ipsum tunc Ferrariensem episcopum, et de ipso loquitur decr. *Coram* de offic. deleg., ut ibi dixi, quae omnes in tertia compilatione postea sunt insertae. Richardi Anglici videtur fuisse gl. ult. decr. *Ex litteris* de sponsal.; Rodoicus habuit cognomen Modicipassus; de ipso dixi post Vincentium de sepult. c. *Fraternitatem* super 3. gl.; sibi etiam multae glossae signantur, inter

quas est gl. penult. decr. 2 de coniugio lepros., ubi perpende, quod horum posteri, ipsos allegando vel ipsorum glossas signando et solam litteram R sine vocali ponendo, inter Rufinum, Richardum et Rodoicum nos reliquerunt incertos, qui, vocalibus positis, certi fuissemus propter varietatem ipsarum. De Mellendo nota Di. XVIII. c. 2, C. XXVIII. qu. 1 c. *Virginibus*, et de serv. non ordin. c. *Nullus* et de accusat. c. *Veniens* in pr. gl.; de Petro Hispano de appell. c. *Pastoralis* in gl. *haec ratio*, et Di. L. in summa, C. XI. qu. 3 c. *Nemo condemnat*, C. XXXIII. qu. 1 c. *Si quis accepit*, et vide, quod de eo scripsi de restit. spoliat. c. *Litteras* in gl. *Ergo ecclesia*; Bertrandi glossae fuerunt sec. in decr. *Non est* de sponsal. et pr. in decr. seq. Damasus fecit summam super primam compilationem et librum quaestionum super multis decretalibus et Brocarda, et hunc allegat gl. sec. in decr. *Ad haec* de rescr. Alani, Laurentii, Ioannis Theutonici et Tancredi glossas abundanter habemus; Vincentius autem, qui scripserat super quarta compilatione, facta compilatione Gregorii, glossavit illam; Tancredus autem in antiquis compilationibus allegat Vincentium, et ipse Vincentius in compilatione Gregorii allegat Tancredum. Bazianum miror per auctorem omissum, de quo multae glossae loquuntur: de cler. aegrot. c. *Tua*, et summae Di. LI. et qu. 7. C. II., Di. I. de poen., et C. I. qu. 1 c. *Qui studet*, C. XXVII. qu. 2 c. *Desponsatam*, C. XXXII. qu. 7 c. *Licite*, C. XXXIII. qu. 5 c. *Mulier*, de cons. Di. II. c. 2 et Di. III. c. *Qui bis*. De Gandulpho idem dico, de quo auctor in vers. *Porro*, de quo supra, et not. de consecr. eccl. vel altar. c. un. Lib. VI. in quart. gl., et Di. XXXI. c. *Quoniam*, C. I. qu. 1 c. *Detrahe*, C. XI. qu. 3 c. *Non licet*, C. XXXII. qu. 1 *Dixit dominus*, et qu. 2 *Honorantur*, et qu. 7 c. *Licite*. Guilelmi Nasonis reportationes multas habuimus, et de ipso loquitur gl. decr. *Ad hoc quoniam* de appell. Iacobus de Albenga, magister Hostiensis, glossavit Honorianas, quarum prima erat decr. *Noverit* de sent. excomm., et eius glossas ibi signavi et de eo scripsi de appellat. *Ad haec si in una* super gl. Est autem sciendum, quod Gregorius IX. successit immediate Honorio III., quo creato statim fuit fama, quod compilationem, qua utimur, facere intendebat; itaque praedicti antiqui non curarunt Honorianas glossare, et merito, quia multae ex illis omissae vel resecatae fuerunt. Item sciendum, quod quaedam glossae in Decretis allegant Petrum Manducatorem: Di. XXX. c. 1, Di. LXXXVI. c. *Non satis* in princ., de poenit. Di. I. in princ. in gl. *Alii*, C. XXXIII. qu. 3 c. *Vir cum propria*; allegant etiam Cardinalem: C. XXXI. qu. 1 in summa, C. XXXIII. qu. 1 c. *Si per sortiarias*.

G. IOANNES DE IMOLA

1. in praefat. § 2 *Ingredientibus etc.* [9])

... At quia voluminis huius compilationem praecesserunt compilationes aliae, ... non solum eos, qui hanc suis scriptis, sed illos etiam, qui illas illustrarunt, referimus, ut rem hanc pernoscamus usque ad sua cunabula, et, quod philosophi dicere solent, usque ad elementa. Antiquarum ergo compilationum commentatores fuerunt Bernardus Papiensis, Ioannes Galensis Vulteranus, Bernardus Compostellanus, qui dicitur antiquus propter novum, de quo submittitur, Rufinus, Silvester, Richardus, Rodoicus, Petrus Hispanus, Bartrandus (sic!), Damascus (sic!), Alanus, Laurentius, Vincentius, Ioannes Theutonicus, Tancredus, Guilelmus Naso et Iacobus de Albenga; et eorum scripta et forte aliorum, quorum ignorantur nomina, Bernardus colligens compilavit apparatum seu glossas, quae textui huius compilationis sunt appositae. Hoc etiam ferme tempore, quo ipse Bernardus scripsit, scripserunt et alii super hac compilatione, Goffredus, Philippus, Innocentius, Hostiensis, Petrus de Sansona (sic!), Abbas, Bernardus Compostellanus, qui tantum scripsit super certa parte libri primi; scripsit insuper Egidius Bononiensis, Bonaguida Aretinus, Franciscus Vercellensis etc. etc.

2. ad epist. Gregorii *Rex pacificus etc.* § 15 *Sane.*

... Postea per summos pontifices et alios patres in conciliis, et extra concilia per summos pontifices promulgatae sunt constitutiones seu canones, ex quibus fuerunt facta varia volumina; tandem Gratianus fecit volumen decretorum. Sed adhuc promulgatae sunt constitutiones aliae et decretales epistolae, ex quibus facta sunt diversa volumina, de quibus hic fit mentio; et ante hanc compilationem fuerunt V compilationes approbatae. Nam Bernardus Papiensis praepositus, postea episcopus fecit primam compilationem, quaedam antiqua iura interserendo. Post illam aliae decretales ab aliis Apostolicis emanaverunt, de quibus Gilibertus fecit aliam, Alanus aliam; deinde post ipsos Ioannes Galensis fecit unam, quae olim dicebatur secunda, et dicebatur prima compilatio liber primus, secunda liber secundus. Deinde Bernardus

[9]) Ex edit. Veneta A. 1575. fol. (cf. Savinius l. c. Tom. VI. p. 245. Ed. II. p. 280) ad litteram recudi feci eos locos, ad quos quam saepissime Diplovataccium video recurrisse.

archidiaconus Compostellanus moram trahens in curia, de registro Innocentii III. extrahens quaedam decreta, de ipsis fecit unam compilationem, quae Romana compilatio vocabatur, in qua erant quaedam inserta, quae Romana curia non approbabat. Deinde magister Petrus Beneventanus de mandato ipsius Innocentii fecit aliam, quae tertia dicebatur, et hoc de decretalibus eiusdem Innocentii usque ad annum sui pontificatus duodecimum. Demum ipse Innocentius in concilio generali fecit LXXI constitutiones, de quarum ordine no. de accusation. *Sicut*, et de his facta est quarta compilatio. Deinde Honorius fecit quintam compilationem, quam magistro Tancredo antiquo doctori et archidiacono Bononiensi direxit. Et ex his Gregorius fecit hanc etc. etc.

H. ANT. AUGUSTINUS

de quinque veteribus collectionibus decretalium epistularum, ex Ioanne Andreae filio et aliis scriptoribus.

Primus post Gratiani collectionem Bernardus Circa fuit, Papiensis praepositus, mox Faventinus episcopus, qui .... epistulas decretales collegit, quarum postremae sunt Alexandri III. et Lucii III. et aliorum ad Coelestinum III., cuius nullum rescriptum exstat in hoc volumine. Hanc ... ipse breviarium extravagantium, qui scholia scripserunt, librum I. vocant; sic etiam ceteras collectiones alii compilationem II. III. IV. V., alii librum II. III. IV. V. appellaverunt. Idem Bernardus sub eisdem titulis summam scripsisse dicitur, cuius initium fuit: „Profectus discipuli gloria magistri," item scholia sive glossulas eidem primae collectioni adscriptas; nos vidimus aliquot sine nomine scriptas, sed multo plures adscriptis nominibus Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii et aliorum. Bernardo antiquiores a Gullielmo Durante et .... Ioanne Andreae filio fuisse dicuntur Rufinus, Silvester, Ioannes Hispanus et alter Ioannes, Falensis s. Fanensis s. Faventinus, ut alii referunt, quorum nos scripta non vidimus..... Papiensem Bernardum imitatus est Gilbertus atque etiam Alanus; sed nomen his praeripuit Ioannes Gallensis s. Vallensis, cuius liber secunda compilatio dicta est. Hic ... post XII annos a prima collectione eorundem Pontificum rescripta collegit, ... eisdemque mox addidit scholia quaedam; sed et Hugo Ferrariensis episcopus ... et Bernardus maior Compostellanus archidiaconus huius collectionis interpretes fuerunt. Nos eorundem scholia vidimus, quorum nomina supra scripsimus, Vincentii, Tancredi, Alani, Laurentii et aliorum, non pauca etiam sine nomine, quae eiusdem Ioannis fuisse putamus. Tertiam collectionem coeperat idem Bernardus Compostellanus ..., eaque

aliquando Romana compilatio dicta est. Sed offensi Romani, quod usu iudiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetravunt, ut Pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur, cui rei Petrus Beneventanus notarius praefectus est A. XII. eiusdem Pontificis.... Fuit huius collectionis interpres, ut Ioannes Andr. F. refert, Paulus Hungarus; nos eadem nomina in scholiis vidimus, quae in aliis collectionibus. Quartae collectioni causam praebuit concilium generale Lateranense.... Eius interpres Vincentius fuisse dicitur; ego Ioannem et Iacobum et Robertum s. Rogerium legi. Quinta collectio Honorii III. constitutiones habet a Tancredo Bononiensi archidiacono collectas sub ipsius P. M. nomine. Eius interpres fuit Iacobus Albanus, Faventinus episcopus, Henrici Ostiensis praeceptor.

INDEX.

	pag.
Epistola dedicatoria	VII—XII
Praefatio editoris	XIII—LXII
Bernardi summa decretalium.	
Liber primus	1— 31
Liber secundus	32— 65
Liber tertius	66—130
Liber quartus	130—195
Liber quintus	196—284
Appendix.	
I. Bernardi summa de matrimonio	287—306
II. Bernardi summa de electione	307—323
III. Bernardi glossae	323—326
IV. Bernardi et Ricardi casus decretalium	327—352
V. Damasi Boemi et Bernardi Parmensis summarum specimina	353—355
VI. De antiquis decretalium collectionibus earumque glossatoribus testimonia	355—366

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. XIX. lin. 20 v. iuniorum quis *add. haec notula:* Novam eamque criticam antiquarum collectionum editionem ab **Aug. Theinero** praeparari, iam pridem adnotavit **Blumius** (Kirchenrecht der Juden und Christen, Halle 1831, p. 43), sed ne ab inceptis destiterit vir ille hisce de litteris meritissimus, verendum est.

» XXI. lin. 9 *add.:* Idem, quod **Ioannes Andreae**, sed proculdubio ad ipsius tantum auctoritatem, summae initium esse dicit **G. Panzirolus** de claris legum interpretibus Lib. III. cap. 8, ed. Hoffmanni, Lips. 1721, p. 324.

» 1. not. 1. lin. 14 *add.* Ed. II. pag. 649.

» 5. lin. 2 *pro* (c. 16; – Gr. c. 11) *leg.* (c. 3; – Gr. c. 2).

» 26. not. 1 *pro* adnexit *leg.* adnexuit *et not. 16* c. 1 *pro* c. 2.

» 66. lin. 8 *pro* noverca *ex auctoritate Gregorii P. VIII. in c. ult. de vita et hon. cler. legendum fortasse erit* nociva.

» 67. lin. 13 *pro* (Gr. c. 10 eod.) *leg.* (Gr. c. 9 eod.)

» 176. lin. penult. *pro* IV. 14 *leg.* IV. 16.

» 181. lin. 17 et 19 *pro* IV. 20 *et* IV. 18 *leg.* IV. 18 *et* IV. 16.

» 289. not. 8 *pro* P. VIII. *leg.* P. XVIII.

» 317. not. 37 *pro* c. 5. I. 8 *leg.* c. 6. I. 8.

» 320. not. 49 *pro* c. 8. I. 16 *leg.* c. 4. I. 16.

» 360. not. 6 *add.:* Sigiam *Phi.* itidem de *Philippo* intelligit **Panzirolus** l. c. cap. 9 p. 327, nec tamen quidquam de eo affert, nisi iuris pontificii ipsum fuisse interpretem post Goffredum Tranensem.

EINSCHLÄGIGE WERKE UNSERES VERLAGES:

FRIEDBERG, Emil

CORPUS IURIS CANONICI

Graz 1955. Unveränderter Neudruck der 2. Auflage, Leipzig 1876–82, 1496 Seiten, 8°, 2 Bände, Ganzleinen.

Ladenpreis:
US $ 52.-, DM 215.-, ö.S 1,280.-, Lit. 33,000.-

Literaturhinweis:
...il Friedberg dedicò la maggior parte dei suoi lavori ad argomenti di diritto ecclesiastico e di storia del diritto antico e moderno... Degna di grande rilievo l'edizione critica del Corpus Iuris Canonici e delle Quinque Compilationes Antiquae...
(Enc. Catt. V/1775)

* * *

FRIEDBERG, Emil

QUINQUE COMPILATIONES ANTIQUAE

Graz 1956. Unveränderter Neudruck der Ausgabe Leipzig 1882, 260 Seiten, 8°, Ganzleinen.

Ladenpreis:
US $ 5.-, DM 20.-, ö.S 120.-, Lit. 3,000.-

Inhaltsverzeichnis:

Collectio Cantabrigiensis
Collectio Parisiniensis I. und II
Appendix Concilii Lateranensis
Collectio Bambergensis
Collectio Lipsiensis
Collectio Casselana
Collectio Brugensis
Compilatio I

Literaturhinweis:
...Chi deve studiare la storia del diritto canonico tra il Decreto di Graziano e le Decretali di Gregorio IX (1140-1234) e chi si interessa di qualsiasi altro argomento di questo periodo storico tanto importante, non può accontentarsi del assetto definitivo che lo sviluppo del diritto canonico classico ha avuto nel Liber Extra ma deve necessariamente rifarsi alle compilationi intermedie di testi legali tra le quali occupano un posto del tutto eminente le Compilationes Antiquae, perchè roconosciute dalla Scuola e dalla Curia Romana. La loro edizione, fatta dal Friedberg, non è dun-

AKADEMISCHE DRUCK- U. VERLAGSANSTALT
GRAZ